# كشف الظنون
عن
اسامى الكتب والفنون

# LEXICON
## BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPÆDICUM


MUSTAFA BEN ABDALLAH

KATIB JELEBI DICTO ET NOMINE HAJI KHALFA CELEBRATO

COMPOSITUM.


AD CODICUM VINDOBONENSIUM PARISIENSIUM ET BEROLINENSIS

FIDEM

PRIMUM EDIDIT LATINE VERTIT ET COMMENTARIO INDICIBUSQUE

INSTRUXIT


GUSTAVUS FLUEGEL

SCHOLAE REGIAE AFRANAE QUAE MISENAE IN SAXONIA FLORET QUONDAM PROFESSOR


---

TOMUS SEXTUS

LITERAS MÍM (MOFÁTEHAT-) —— YÁ COMPLECTENS.

---

ACCEDUNT ADDITAMENTA TRIA LEXICI CONTINUANDI ET SUPPLENDI CAUSSA ADJECTA.


LONDON:

PRINTED FOR THE ORIENTAL TRANSLATION FUND

GREAT BRITAIN AND IRELAND.

M.DCCC.LII.

Quo propius ad emittendum commentarium praemissis additamentis adjectisque indicibus accedimus, eo brevius de iis dicendum est, quae volumini sexto praefanda habemus. Quaecunque erunt emendanda et mutanda, et quae in universum monenda et singillatim exponenda, loco invenies, quo facillime et jure erunt quaerenda.

Accedunt volumini tria additamenta primum in lucem prolata, de quibus singulis pauca certe hic praemonenda sunt.

Primum additamentum *Nova opera* inscriptum libros continet per saeculum post *Haji Khalfae* mortem editos, et ex codice exscriptum est, qui e bibliotheca Cl. Hammer-Purgstall (Nr. 14.) in bibliothecam caesareo-regio-palatinam transiit. Quantum scio usque ad hoc tempus, codex unicus est in bibliothecis Europaeis, eamque ob caussam summa diligentia tractandus et magni aestimandus. Laborant saepius singula ejus verba difficultatibus sat gravibus tam ex orationis genere quam ex mendosa literarum scriptione creatis, ut sine arte critica exercenda liber centies non apertus sit ad intelligendum. Certe *Ahmed Hanífzádeh*, Mollae *El-Hájj Ibrahim Hanif Efendi* pristini urbis Galata judicis filius et libri auctor, sermone usus est plane mixto et indoli linguae arabicae interdum vim intulit talem, ut nonnulla hujus deformationis exempla hic notanda esse videantur. Leges enim, quibus numerorum arabicorum usus adstrictus est, si quando observare videtur, aliis locis eas plane non respexit, ut سبع عشر, ست عشر, ثمان ابواب, سنة اثنى واربعين, تسع منهج et quae sunt reliqua scriberet; cui negligentiae nimiae saepius me remedium adhibuisse ingenue fateor. Deinde structura verborum non uno loco a natura linguae plane recedit ejusque originem deserit. Legimus بقضاء غلطه, المنفصل بقضاء حلب, منفصلا بقضاء, منعزلا بقضاء قيصاريه, منعزلا بصدارت الروم, بحث ملوك يونان, بحث مجموع الفنون, ترقى علوم, et alia a Turca admissa. qui, quum vir doctus esse videatur, documentum nobis

praebet rationis, qua ejus populares in adhibenda lingua peregrina versari soleant. Praeterea alio loco eandem rem arabice dicit, alio turcice, alio utramque linguam miscet, et certe articuli positionem parvi curat atque consuetudinem sermonis veteris et novi vulgarisque (لدولته العثمانية et لدولته عثمانية et fere semper دولة العلية) in una eademque linea sequitur.

Quae cum ita sint, ad certam normam et regulam tam in textu administrando quam in verbis transcribendis erat confugiendum, ne in nimiam incurrerem discrepantiam. In transcribendis verbis quantum fieri poterat a scribendi ratione arabica, quam *Haji Khalfa* praeivit, non recedendum erat, ne a linguae ignaris eaedem res inter se miscerentur aut unum idemque in diversum sensum acciperetur, cum maxime lex mihi scripta esset, ut voces orientales, nomina propria potissimum et titulos, dumtaxat flecterem et formam primitivam abjicerem, ubi necessitati parendum erat. Hinc factum est, ut, quae quidem promiscue in textu ipso aut turcice aut persice aut arabice enunciata erant (auctor sine ullo discrimine scribit v. c. تذكره شعرا, تذكرة الشعراء et تذكره اوليا, تذكرة الاولياء, تحفه خاصكية et تحفه خاصكيه, تحفه, ترجمة الشفاء الشريف et ترجمه شفاء شريف, تحفة اسماعيلية et اسماعيليه, معراجية et معراجيه et quae sunt alia), in interpretatione formis arabicis accommodarem, et convenientiae studio *Idzáfet* persicam eo fidentius reddere evitarem, quod *Hají Khalfa* ubi potuit declinare illam conatus est. Praetera Turcas Persasque praecipue in nominibus librorum effingendis linguam arabicam vernaculae praeferre notum exploratumque est omnibus. — Attamen accidit, ut non semper variae codicis scripturae resisterem et deformationi ejus inconstantia quadam indulgerem. Noli vero majorem in me conferre culpam, quam cura religiosa et forte nimia industria in parte meliori eligenda et ipsa libri conditio mihi assignabant. (Ita v. c. امره نفيسه pro امرأة نفيسة, تاريخ خلفا pro تاريخ خلفاء, كلشن خلفا pro كلشن خلفاء, et interdum ترجمه, حاشيه et رساله pro ترجمة, حاشية et رسالة, legendum est).

Ex altera parte textum haud raro ita corruptum et vitiatum, ut qualis ante fuerat nemo facile agnoscat, ratione probabilissima, id quod caput

rei est, emendatum et singulari studio administratum hominibus doctis proponendum curavi, et, ut versione latina omni fide et accurato labore exemplar turcicum redderem, enisus sum et contendi. Praesidia comparavi omnia, quibus opus recte conficiendum esse arbitrabar. Recurri ad eruditionem et vim criticam Cl. Fleischeri Lipsiensis, amici mei carissimi, cui haud parva pars laboris lubenter suscepti et bene peracti debetur, et sane contigit, ut ejus sagacitate verba inepte depravata insigniter ad veri similitudinem adducerentur, de qua re ad locos ipsos gratissimo plura dicam animo.

Vides deinde catalogum e codicibus Vindobonensibus expressum, quem jam Cl. Franciscus a Dombay et post eum Albertus Krafft edendum susceperant, sed quae volebant non perficiebant. Descripsi codices ipsos et contuli, et quae deformata erant in melius reparavi. Credidi autem hunc indicem, qui magnam librorum arabico-mauritanicorum copiam continet, quorum tituli et auctores hodieque incomperti latebant, exceptis ceteris ex aliis fontibus satis cognitis, foras esse dandum, cum hujus partis literarum orientalium ab ipso *Haji Khalfa* aliisque bibliographis neglectae minimam tantum habeamus notitiam. Eum tamen in linguam latinam non transtuli, cum tituli singuli adnotatione fere continua instruendi sint, cujus beneficio translatione ipsa jure supersedere possumus. Ex ea simul elucebit, pauca haec folia ad ampliorem literarum orientalium cognitionem quam plurimum conferre.

Ad finem denique novam operum a *Soyuti* compositorum descriptionem eam ob caussam e codice Parisino typis repetendam curavi, quod ad eorum indicem abhinc viginti annos a me editum [1]) et emendandum et ex parte amplificandum satis contribuit, et fragmento libri حسن المحاضرة a Meursinge [2]) emisso recentior et longe perfectior est, ut ex collatione inter haec scripta facta facile apparet.

---

1) Cf. Wiener Jahrb. der Lit. Anz. Bl. Vol. LVIII — LX. 1832

2) Cf. Sojutii libr. de interpretibus Corani. L. B. 1839. pag. 7 — 12.

Volumen septimum et ultimum operis continebit catalogos bibliothecarum Constantinopolis nonnullarumque urbium in terris asiaticis et africanis sitarum, commentarium brevem et indices locupletissimos, qui ad totum librum aditum aperient commodissimum, sine quo ejus portae fere clausae manerent. Sane haec ultima laboris pars non minus operosa est quam utilis et in omni genere necessaria. Scribebam Vindobonae die XI. mens. Aug. MDCCCLII.

**Gustavus Flügel.**

## CERTE IN HOC QUOQUE VOLUMINE PLURA EMENDANDA ET ADDENDA SUNT, SED HIC PAUCA TANTUM SPECIMINIS LOCO AFFERRE SUFFICIAT.

Pag. Lin.

5. 8. pro ٦٣٩ l. fort. ٦٩٣

*14. - 639 (inc. 12. Jul. 1241) l. fort. 693 (inc. 2. Dec. 1293)

63. *18. - *Tablebi* alii *Taballabi*

119. 3. - وأتمّها توفى سنة ٦٤٥ l. وأتمّ منها سنة ٦٤٥

*6. - evaderet. Obiit hic anno l. evaderet, anno

230. 8. - السابع l. السائغ

265. 4. - أبى مالك l. مالك

*7. - *Ibn Málik* l. *Málik*

269. 4. - معرّضة l. معاوضة Praeterea hic alia alias notanda sunt.

372. *2. - adnotationum eximiarum l. commentarii pretiosi

479. *18 et *19. pro instar jam describendo vulgata est, Neque ante — de legibus ei similes composuerunt. l. instar antiquavit libros, Quos ante — de legibus composuerunt.

504. 2. pro وبسمت l. وسمت

*4. - summi qui excelsus est l. summi et imi

547. 4. - حلبة شريف l. حليمه شريف

581. 5. - مآء الجحمة l. مآء الجمعة s. مآء الجمّة, quae vox medicorum est, et haud dubie certam vulneris speciem significat. Jam in versione verbis *aquae famis* alia erunt substituenda.

586. 5. - خلوتيه l. جلوتيه

| Pag. | Lin. | |
|---|---|---|
| 586. | *9. | pro *Khalwetiye* l. *Jelwetiye.* |
| 626. | 4. | - كر l. كر |
| | *5. | - Si Dei beneficium, oratio, homini suppetit l. Cujus beneficio oratio homini suppetit. |
| 632. | *8. | pro torrentibus l. omnibus. |
| | *13. | - Mofridát l. Mofredát. |
| 638. | *7. | - virificus l. vivificus |
| 640. | 6. | - سنة مذكورة l. سنه مذكوره |

To: www.al-mostafa.com

# HAJI KHALFAE

## LEXICON

## BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPAEDICUM.

VOL. VI.

١٢٥٠١ المفاتحة والمناكحة فى انواع الجماع لعزّ الدين عبد الملك المسبحى الحرّانى المتوفى سنة ٤٢٣ ١٢٥٠٢ مفاتيح الاخبار للشيخ محمد بن ابى بكر الفرغانى المتوفى سنة ١٢٥٠٣ مفاتيح اسرار الصون ومصابيح انوار الكون لعبد الرحمن بن محمد البسطامى المتوفى سنة [٨٤٣] ١٢٥٠٤ مفاتيح الاسرار ومصابيح الاكوار للشيخ عبد الرحمن بن محمد البسطامى ايضا [المتوفى سنة ٨٤٣] اوله الحمد لله الذى خيّر من شآء من عباده الخ ذكر فيه تواريخ ووقائع وحكايات فى خمسة ابواب ١٢٥٠٥ مفاتيح الاعجاز فى شرح كلشن راز مرّ ١٢٥٠٦ مفاتيح الاغانى فى القرآءات والمعانى لابى العلآء محمد بن ابى المحاسن بن ابى الفتح الكرمانى وهو مختصر على ترتيب السور فرغ منه فى جمادى الاولى سنة ٥٦٣ ١٢٥٠٧ مفاتيح الاقبال للشيخ الامام مختار الاسلام محمد بن ابى بكر الفرغانى ١٢٥٠٨ مفاتيح الجنان ومصابيح الجنان

12501. **El-Mofátehat we El-Monákehat**, coitus et congressus venereus de variis concubitus rationibus, auctore *Izz-ed-din Abd-el-melik El-Mosabbihi Harráni*, anno 423 (inc. 19. Dec. 1031) mortuo. — 12502. **Mefátíh el-akhbár**, claves historiarum, auctore Sheikh *Mohammed Ben Abi Bekr Ferghání*, anno . . . mortuo. — 12503. **Mefátíh asrár el-saun**, claves arcanorum conservationis et lucernae luminum essentiae, auctore *Abd-el-rahman Ben Mohammed Bistámi*, anno [843 (inc. 14. Jun. 1439)] mortuo. — 12504. **Mefátíh el-asrár we Mesábíh el-akwár**, claves arcanorum et lucernae interiorum, auctore eodem Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mohammed Bistámi*, [anno 843 (inc. 14. Jun. 1439) mortuo]. Liber ita incipit: Laus Deo, qui ex suis cultoribus praetulit, quem vult etc., et auctor in eo historias, eventa et narrationes in quinque capitibus profert. — 12505. **Mefátíh el-i'jáz**, claves sermonis admirabilis. Commentarius in *Gülsheni ráz*, de quo supra videndum est. — 12506. **Mefátíh el-aghání**, claves cantilenarum de lectionibus et sententiis Corani, auctore *Abu'lalá Mohammed Ben Abi'lmohásin Ben Abi'lfat'h Kermáni*. Compendium secundum ordinem Suratarum dispositum, quod mense Jomádzi I. anni 563 (inc. 17. Oct. 1167) absolvit. — 12507. **Mefátíh el-ikbál**, claves fortunae secundae, auctore Sheikh et Imám *Mokhtár el-islám Mohammed Ben Abi Bekr Ferghání*. — 12508. **Mefátíh el-jinán we Mesábíh el-jenán**, claves hortorum

في شرح شرعة الاسلام مرّ ١٢٥٠٩ مفاتيح الحكمة في الصنعة لابن اميل ١٢٥١٠ مفاتيح الرحمة ومصابيح الحكمة في الكيمياء لمؤيد الدين حسين بن على الطغرائى الاصفهانى المتوفى سنة ٥١٥ جمعه من شرح الرموز وبيان مقالة كل حكيم ١٢٥١١ مفاتيح الصنعة لرسموس رسالة ١٢٥١٢ مفاتيح العطيات ومغاليق البليات في الاذكار والدعوات فارسى مختصر على سابقة ومقصود وخاتمة والمقصود على ثمانية اصول لابى الخير احمد بن اسمعيل بن يوسف القزوينى ذكر فيه انه الّف لامير بلدة ساوه عماد الدين ابى القاسم محمود بن محمد اسد الدولة برنعش لما سافر اليها واقام بها مدّة في صفر سنة ٥٥٣ اوله سپاس وستايش بر خداى را عزّ وجلّ الخ ١٢٥١٣ مفاتيح العلوم تفسير الفاتحة لفخر الدين الرازى ١٢٥١٤ مفاتيح العلوم لمحمد بن احمد بن يوسف الكاتب [الخوارزمى المتوفى سنة] الفه لابى الحسن العتبى اوله الحمد لله العلى العظيم القادر الحكيم الخ ١٢٥١٥ مفاتيح الغيب رسالة للشيخ

---

et lucernae obscuritatis. Commentarius in librum *Shir'at el-islám*, de quo supra dictum est. — 12509. **Mefátíh el-hikmet**, claves sapientiae de alchymia, auctore *Ibn Amíl*. — 12510. **Mefátíh el-rahmet we Mesábíh el-hikmet**, claves misericordiae et lucernae sapientiae de alchymia, auctore *Moayyed-ed-dín Hosein Ben Ali Toghráyi Isfahání*, anno 515 (inc. 22. Mart. 1121) mortuo. Congessit librum e commentario in *El-Romúz*, et libellus declaratus est cuivis philosopho commendandus. — 12511. **Mefátíh el-sanaat**, claves artis alchymicae, auctore *Erismús* (?). Tractatus. — 12512. **Mefátíh el-atíyát**, claves donorum et pessuli calamitatum de invocationibus Dei et precibus. Compendium persicum in prodromum, consilium propositum, quod octo principia continet, et conclusionem distributum. Scripsit *Abu'lkheir Ahmed Ben Ismail Ben Yusuf Cazwini*, qui se librum Emiro urbis Sáweh *Imád-ed-dín Abu'lcásim Mahmúd Ben Mohammed Ased-ed-dewlet Barna'sh* composuisse narrat, cum in eam iter faceret, et ibi mense Safer anni 553 (inc. 2. Febr. 1158) aliquamdiu sedem figeret. Incipit liber ita: Laus et gloria Deo potentissimo et illustrissimo etc. — 12513. **Mefátíh el-olúm**, claves doctrinarum. Commentarius in primam Suratam *Fátiha*, auctore *Fakhr-ed-dín El-Rázi*. — 12514. **Mefátíh el-olúm**, claves doctrinarum. Scripsit *Mohammed Ben Ahmed Ben Yusuf* [*Khowárezmi*] Scriba, [anno ... mortuus], in favorem *Abu'lhasani El-Otbi*. Liber ita incipit: Laus Deo summo, maximo, potentissimo, sapientissimo etc. — 12515. **Mefátíh el-gheib**, claves arcani,

محيى الدين ابن عربي الحاتمى اوله الحمد لله المنفرد بقلم المفاتح الخ ١٢٥١٦ مفاتيح الغيب المعروف بتفسير الكبير للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ اوله الحمد لله الذى وفقنا لاداء افضل الطاعات الخ قال اعلم انه مرّ على لسانى فى بعض الاوقات ان سورة الفاتحة يمكن ان يستنبط من فوائدها ونفائسها عشرة آلاف مسئلة فاستبعد هذا بعض الحسّاد فشرعت فى تصنيف هذا الكتاب وقدّمت مقدمة لتصير كالتنبيه على ان ما ذكرناه امر ممكن الحصول الخ قال ابن خلكان جمع فيه كلّ غريب وهو كبير جدًّا لكنه لم يكمله وصنف الشيخ نجم الدين احمد بن محمد القمولى تكملة له توفى سنة ٧٢٧ وقاضى القضاة شهاب الدين احمد بن خليل الخوبّى الدمشقى كمّل ما نقص منه توفى سنة ٦٣٩ واختصره برهان الدين محمد بن محمد النسفى المتوفى سنة ٦٨٧ وسمّاه الواضح ولخّصه ايضا محمد بن القاضى اياثلوغ والحق بعضا من الفوائد وبعض تصرّفات من عنده ١٢٥١٧ مفاتيح الغيب فيه ايضا

auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Ibn Arabi Hâtimi.* Tractatus ita incipit: Laus Deo, qui calamo clavium unice distinctus est etc. — 12516. Mefátíh el-gheib, claves arcani, auctore Imám *Fakhr-ed-din Mohammed Ben Omar El-Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. Hic liber, qui nomine Commentarii Magni inclaruit, ita incipit: Laus Deo, qui nos adjuvat ad praestantissimum honorum operum perpatrandum etc. Auctor: Scias, inquit, aliquando me verba jecisse, ex Suratae *Fátiha* thesauris utilibus et pretiosis decem milia quaestionum erui posse. Quod cum obtrectator quidam invidus absurdum esse opinatus esset, hunc librum componere incepi, et introductionem praemisi, quae lectorem quasi admoneat, fieri posse, ut quod diximus ad exitum perducatur, et quae sequuntur. — *Ibn Khallikán:* Ibi, inquit, omnia rara collegit, et liber admodum magnus est, attamen eum non absolvit. Sheikh *Nejm-ed-din Ahmed Ben Mohammed Camúli*, anno 727 (inc. 27. Nov. 1326) mortuus, complementum ad illum composuit, et judex summus *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Khalil Khowayyi Dimeshki*, anno 639 (inc. 12. Jul. 1241) mortuus, complere studuit, quae desiderarentur. — *Borhán-ed-din Mohammed Ben Mohammed Nesefi*, anno 687 (inc. 6. Febr. 1288) mortuus, *El-Mefátíh* in epitomen coegit *El-Wádhih* inscriptam. Pariter meliora ejus *Mohammed* filius judicis Ephesi cum delectu excerpsit, epitomaeque nonnullas adnotationes utiles et nonnullas animadversiones liberas ex suo ingenio addidit. — 12517. Mefátíh el-gheib, claves arcani. Volumen ejusdem argumenti, quod interpretationem ab initio Suratae *Sabbih* usque ad finem Corani continet.

للشيخ جلال الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ كتب منه من سورة سبح الى آخر القرآن فى مجلد ١٢٥١٨ مفاتيح فى شرح المصابيح مرّ ١٢٥١٩ [مفاتيح الفتوح فى احوال الروح للمولى ابراهيم ابن عبد الرحمن بن احمد بن حسام المعروف بابن الخلّ المتوفى سنة ١٠٩٢] ١٢٥٢٠ مفاتيح الفروع للامام خليل بن احمد الحنفى المتوفى سنة ١٢٥٢١ مفاتيح القضاء لسهل بن بشر المنجم اليهودى ١٢٥٢٢ مفاتيح الكنوز فى الكيمياء مجموعة رسائل الحكماء وهى عشرون رسالة وكتب جميعها ورتب ديباجة طويلة علاء الدين الحسين بن على البيهقى فى ذى الحجة سنة ٩٠٧ اوله اللهمّ انا نحمدك حمد الفائزين الخ ١٢٥٢٣ مفاتيح الكنوز للشيخ عزّ الدين بن عبد السلام القدسى ذكر فى الخميس ١٢٥٢٤ مفاتيح الكنوز المشتملة على الادعية المروية ليوسف بن عبد الرحمن التادفى الحنبلى وهو مجلّد اوله الحمد لله الفتاح العليم الخ فرغ فى سنة ٨٩٦ ١٢٥٢٥ مفاتيح المسائل ومصابيح الدلائل لحجة الدين البلخى المتوفى سنة

---

Scripsit Sheikh *Jelál-ed-dín Soyúti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus est. — 12518. El-Mefátíh fi sharh El-Mesábíh, claves. Commentarius in librum *Mesábíh*, de quo supra dictum est. — 12519. [Mefátíh el-fotúh, claves manifestationum de iis, quae spiritum spectant, auctore Molla *Ibráhím Ben Abd-el-rahman Ben Ahmed Ben Hosám*, vulgo *Ibn-elkhill* dicto et anno 1092 (inc. 11. Jan. 1681) mortuo]. — 12520. Mefátíh el-forú', clavis articulorum juris secundariorum, auctore Imám *Khalíl Ben Ahmed* Hanefita, anno . . . mortuo. — 12521. Mefátíh el-cadhá, claves decreti divini, auctore *Sahl Ben Bishr* Astronomo Judaeo. — 12522. Mefátíh el-konúz, claves thesaurorum de alchymia. Sylloge tractatuum philosophorum, numero viginti. Scripsit eos omnes et praefationem longam ornatiorem disposuit *Alá-ed-dín Hosein Ben Alí Beihacki* mense Dzu'lhijjet anni 907 (inc. 17. Jul. 1501). Liber ità incipit: O Deus, nos Te laudamus ita, ut salvi Te laudant etc. — 12523. Mefátíh el-konúz, claves thesaurorum, auctore Sheikh *Izz-ed-dín Ben Abd-el-selám El-Codsi.* Laudatur hic liber in *El-Khamís.* — 12524. Mefátíh el-konúz, claves thesaurorum, quae preces traditione consecratas continent, auctore *Yusuf Ben Abd-el-rahman Tádzifi* Hanbalita. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo corda fidelium aperienti, scienti etc., et ab auctore anno 896 (inc. 14. Nov. 1490) absolutum est. — 12525. Mefátíh el-mesáil, claves quaestionum et lucernae argumentorum, auctore *Hojjet-ed-dín Balkhi*, anno . . . mortuo. —

١٢٥٢٦ مفاتيح المطالب ورقية الطالب فى لبس الخرقة للشيخ برهان الدين ابراهيم بن على بن احمد بن يزيد الديرى القادرى ١٢٥٢٧ مفاتيح من حواشى شرح الوقاية لصدر الشريعة ١٢٥٢٨ مفاتيح النجوم ومصابيح العلوم الملخص من برهان الكفاية مختصر فارسى لشرف الدين البرسوى فى شوال سنة ٦٣٦ ١٢٥٢٩ مفاخر الاسلام ١٢٥٣٠ مفاخر التواريخ لحمد الدين ابى بكر المستوفى القزوينى فارسى على خمسة وعشرين بابا الفه سنة ٧٢٤ وفى الكزيدة زيادات عليه ١٢٥٣١ مفاخر خراسان لابى القاسم عبد الله بن احمد البلخى المتوفى سنة ٣١٩ ١٢٥٣٢ المفاخر لابى الفضل محمد بن ابى جعفر الهروى اللغوى المتوفى سنة ٣٢٩ ١٢٥٣٣ المفاخرة بين دمشق والقاهرة للسخاوى المذكور فى حرز الامانى وللقاضى شمس الدين محمد بن احمد البساطى المتوفى سنة ٨٤٢ ١٢٥٣٤ [مفاخرة السيف والرمح لعلاء الدين على بن محمد السعدى المتوفى سنة ٧١٧] ١٢٥٣٥ مفاخرة السيف والقلم

---

12526. **Mefátíh el-metálib**, claves disquisitionum et exspectatio studiosi de sumendo pallio cucullato *Khircat*, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Alí Ben Ahmed Ben Yezíd El-Deiri El-Cádiri.* — 12527. **El-Mefátíh**, claves. Glossae ad commentarium in *El-Wicáyet*, auctore *Sadr-elsheríat.* — 12528. **Mefátíh el-nojúm we Mesábíh el-olúm**, claves astrorum et lucernae doctrinarum, epitome meliora libri *Borhán el-kifáyet* continens. Compendium persicum a *Sheref-ed-dín El-Bursewi* mense Shewwál anni 636 (inc. 14. Aug. 1238) compositum. — 12529. **Mefákhir el-islám**, caussae, quae Islámo gloriam afferunt. — 12530. **Mefákhir el-tewáríkh**, momenta historiarum gloriosa. Composuit *Hamd-ed-dín Abu Bekr Mostaufi Cazwíni* persice in viginti quinque capitibus anno 724 (inc. 30. Dec. 1323). In *Güzídeh* additamenta in hunc librum leguntur. — 12531. **Mefákhir Khorásán**, virtutes, quae provinciae Khorásán gloriam afferunt, auctore *Abu'lcásim Abdallah Ben Ahmed Balkhi*, anno 319 (inc. 24. Jan. 931) mortuo. — 12532. **El-Mefákhir**, virtutes gloriosae, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Abi Ja'far Herewi* Lexicologo, anno 329 (inc. 6. Oct. 940) mortuo. — 12533. **El-Mofákharet bein Dimeshc we El-Cáhiret**, certamen gloriae inter Damascum et Cáhiram. Scripserunt *Sekháwi*, de quo in *Hirz el-amáni* mentio facta est, et Cádhi *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed El-Bisáti*, qui anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortem obiit. — 12534. [**Mofákharet el-seif we el-romh**, certamen gloriae inter gladium et lanceam, auctore *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed El-Sa'di*, anno 717 (inc. 16. Mart. 1317) mortuo]. — 12535. **Mofákharet el-seif we el-calam**, certamen gloriae

لابى حفص احمد بن محمد بن احمد الكاتب الاندلسى وكان حيًّا بعد سنة ٤٤٠ وهو اول من سبق القول اليه بالاندلس ١٢٥٣٦ مفاخرة القلم والسيف والدينار لعلى بن هبة الله بن ماكولا اوله اللهم انا نسئلك الهام ذكرك الخ ١٢٥٣٧ [ المفاحص لخواجه صائن الدين على الاصفهانى المتوفى فى ذى الحجة سنة ٨٣٥ ] ١٢٥٣٨ مفاريد ابى طارم البلخى ١٢٥٣٩ مفاكهة الحكماء ١٢٥٤٠ مفاوضات للشيخ صدر الدين محمد بن اسحق القونوى المتوفى سنة اسولة سئل عنها المحقق نصير الدين الطوسى واجاب مرارًا اوله الحمد لله المنعم على الصفوة من عباده الخ سئله عن الوجود والماهية واختلاف صفات الناس ١٢٥٤١ مفاوضة لابى الحسن محمد بن على صنفه للملك العزيز جلال الدولة وهو من الكتب المنعة ١٢٥٤٢ مفتاح ابواب السعادة للشيخ عبد الرحمن بن محمد البسطامى المتوفى سنة [٨٤٣] ١٢٥٤٣ مفتاح الادب فى لغة الفرس لمطهر بن ابى طالب [ اللاذقى المتوفى سنة ] ١٢٥٤٤ مفتاح الارواح

inter gladium et calamum, auctore *Abu Hafs Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed Andalusi* Scriba, post annum 440 (inc. 16. Jun. 1048) vivo. Hic primus fuit, qui in Andalusia praedestinationi divinae convenienter interfectus est. — 12536. **Mofákharet el-calam we el-seif we el-dínár**, certamen gloriae inter calamum, gladium et nummum aureum, auctore *Ali Ben Hibatullah Ben Mákúlá*. Incipit liber ita: O Deus, nos Te rogamus inspirationem invocationis Tuae etc. — 12537. [**El-Mefáhis**, loci investigationis, auctore *Khoja Sáin-ed-din Ali Isfaháni*, mense Dzu'lhijjet anni 835 (inc. 9. Sept. 1431) mortuo]. — 12538. **Mefáríd Abi Tárim**, scripta separata *Abu Tárim*i *El-Balkhi*. — 12539. **Mofákehet el-hokamá**, jocatio philosophorum. — 12540. **El-Mofáwedhát**, consilia data, auctore Sheikh *Sadr-ed-din Mohammed Ben Is'hac Cunewi*, anno . . . mortuo. Quaestiones sunt ab illo Sheikho subtilissimo *Nasir-ed-din Tusi* propositae, ad quas hic repetitis vicibus respondit. Quaesiverat autem ex eo de existentia, materia et diversitate qualitatum hominum, et liber ita incipit: Laus Deo, electos servorum suorum beneficiis donanti etc. — 12541. **El-Mofáwedhat**, consilium datum, quod *Abu'lhasan Mohammed Ben Ali El-Meliko El-Azíz Jelál-ed-dewlet* scripsit. Numeratur in scriptis frugiferis. — 12542. **Miftáh abwáb el-seádet**, clavis portarum beatitudinis, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mohammed Bistámi*, anno [843 (inc. 14. Jun. 1439)] mortuo. — 12543. **Miftáh el-edeb**, clavis philologiae de lingua Persarum, auctore *Motahher Ben Abi Tálib* [*El-Ládicki*, anno . . . mortuo]. — 12544. **Miftáh el-arwáh**,

في امتداح الراح لامين الدين عبد المحسن بن محمود الحلبي المتوفى سنة ٦٤٣ ١٢٥٤٥ مفتاح اسرار السعادة في عالم الغيب والشهادة للشيخ عبد الرحمن بن محمد [بن احمد] البسطامي مختصر اوّله الحمد لله الذي انبع من قلوب العارفين انهار حكمته اللدنيّات الخ رتّب على مقدمة وكتابين وخاتمة كلّها يتعلّق بالخواصّ والاسماء الّفه في رمضان سنة ٨٢٨ ١٢٥٤٦ مفتاح الاسرار الملكوتيّة ومصباح الآثار الملوكيّة [لابي القاسم عبد الحميد بن ابي البركات الاسدي اوله الحمد لله خالق اصناف الامم الخ] وهو كتاب مرتب على خمسة مسالك ١ في اصول انساب الامم ٢ في ذكر مكة ٣ في ملوك العجم ٤ في جوامع روائع الشيم ٥ في لوامع بدائع الحكمة الّفه لشجاع الدين السيّد عطا بن يوسف الحسيني ١٢٥٤٧ مفتاح الاسرار ومصباح الانوار تركي في ترجمة قصيدة عطّار في اصطلاح اشعار الصوفيّة وهي على ثلثة فصول ١ في اسماء المعشوق ٢ في اسماء المشتركة بين العاشق والمعشوق ٣ في اسماء العاشق خاصّة

clavis spirituum de laudando vino, auctore *Emin-ed-dín Abd-el-mohsin Ben Mahmúd Halebi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. — 12545. Miftáh asrár el-seádet, clavis arcanorum beatitudinis de mundo invisibili et visibili, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mohammed* [*Ben Ahmed*] *Bistámi.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui ex cordibus spiritalium flumina a sapientia sua profecta et apud se recondita profluere fecit etc. Disposuit illud in praefationem, duos libros et conclusionem, et liber totus virtutes spectat nominibus divinis, numeris aliisque rebus peculiares, eumque auctor mense Ramadhán anni 828 (inc. 23. Nov. 1424) absolvit. — 12546. Miftáh el-asrár el-malakútíyet, clavis arcanorum mundi invisibilis et lucerna monumentorum regiorum, [auctore *Abu'lcásim Abd-el-hamíd Ben Abi'lberekát Asedi.* Liber ita incipit: Laus Deo, qui varios populos creavit etc.], et in quinque vias dispositus est, quarum prima de initiis genealogiarum populorum agit — secunda de descriptione Mekkae — tertia de regibus Persarum — quarta de aphorismatis admirabilium indolum testimoniis — quinta de dictis splendentibus sapientiae miraculis. Scripsit in favorem *Shojá-ed-dín*i *El-Seyyid Atá Ben Yusuf Hoseini.* — 12547. Miftáh el-asrár we Misbáh el-anwár, clavis arcanorum et lucerna luminum. Translatio turcica *Casída*e *Attár*i de terminis technicis carminum suficorum in tres sectiones disposita, quarum prima de nominibus dilecti agit, secunda de nominibus diligenti et dilecto communibus, tertia de nominibus diligentis praecipue. — 12548.

١٢٥٤٨ مفتاح الافراح      ١٢٥٤٩ مفتاح الالباب لعلم الاعراب فى النحو ليحيى بن محمد الحارثى النحوى المتوفى سنة ٧٥٢      ١٢٥٥٠ مفتاح [الانوار] فى اطلاق الاسرار فى النفس والروح لمحمود بن على بن محمد الحلوانى [المتوفى سنة] مختصر على اثنا عشر فصلا اوله الحمد لله الذى انار قلوب المحبين الخ      ١٢٥٥١ مفتاح الانوار واطلاق الاسرار فى بيان بعض الاسمآء المدرجة فى النفس والروح مختصر اوله الحمد لله الذى انار قلوب المحبين بمشاعيل انواره الخ      ١٢٥٥٢ مفتاح باب الفرج نظم الشيخ شرف الدين ابى سعيد شعبان بن محمد القرشى الشافعى وكان حيا فى سنة ٨١١ اوله الحمد لله الذى جعل مدح الرسول سببا الى بلوغ المأمول الخ قصد فيه تنويع البدآئع ورتب على مقدمة وعشرة اقسام وخاتمة ذكر فى المقدمة اربعين حديثا وذكر فى الاول تخميس بانت سعاد وفى الثانى تخميس البردة الى آخره كلها قصآئد فى مدحه عليه الصلوة والسلام      ١٢٥٥٣ مفتاح البدآئع فى لغة الفرس لوحيد

Miftáh el-afráh, clavis gaudiorum. — 12549. Miftáh el-albáb, clavis ingeniorum ad doctrinam flexionum finalium aperiendam. Opus grammaticum, auctore *Yahya Ben Mohammed Hárithi* Grammatico, anno 752 (inc. 28. Febr. 1351) mortuo. — 12550. Miftáh [el-anwár], clavis [luminum] de misteriis in animam et spiritum insinuandis, auctore *Mahmúd Ben Ali Ben Mohammed Holwáni*, [anno . . . mortuo]. Compendium in duodecim sectiones divisum, quod ita incipit: Laus Deo, qui corda amantium illuminavit etc. — 12551. Miftáh el-anwár, clavis luminum et insinuatio misteriorum de expositione nonnullorum nominum in animam et spiritum immittendorum. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui corda amantium lucernis luminum suorum illuminavit etc. — 12552. Miftáh báb el-farah, clavis portae laetitiae, auctore Sheikh *Sheref-ed-dín Abu Saíd Sha'bán Ben Mohammed Coreshi* Shafiita, anno 811 (inc. 27. Mai. 1408) vivo. Carmen, quod ita incipit: Laus Deo, qui laudem legati caussam esse voluit intercedentem ad rem speratam adipiscendam etc. Auctor in eo varia dictionis ornatae monstrare studuit, et librum in praefationem, decem partes et conclusionem disposuit. Affert in praefatione quadraginta traditiones, et in parte prima circumscriptionem quintiplicatam *Casídae Bánat Soád* proponit, in secunda similem circumscriptionem *Casídae Burdet*, et sic deinceps usque ad ultimam. *Casídae* omnes laudem tractant prophetae, super quo precatio sit et salus. — 12553. Miftáh el-bedáye', clavis orationis ornatae de lingua Persarum, auctore *Wehíd*

التبريزى ١٢٥٥٤ مفتاح البلاغة ومصباح الفصاحة تركى للشيخ اسمعيل الانقروى المتوفى سنة ١٠٤٢ جعله مقدّمة لمعرفة فنّ المعانى والبيان والبديع لتخص من بيان التلخيص وبديعه لدرويش غنم ومحمد صادق لما ارادا قراءة التلخيص عليه ولم يقدرا فكتب لهما لينتفعا به ١٢٥٥٥ مفتاح التنزيل لزين المشايخ ابى الفضل محمد بن ابى القاسم البقالى الخوارزمى المتوفى سنة ٥٦٢ ١٢٥٥٦ مفتاح التلخيص نظمه مرّ فى التاء ١٢٥٥٧ مفتاح التوحيد فارسى ١٢٥٥٨ مفتاح الجنان فارسى فى فضائل الصلوة وهو على خمسة فصول جمعه وجيه الدين من مؤلّفات المشايخ كتأليف عمّه ضياء الدين صاحب المغنى فى التفسير وذكر فيه نصير الدين ١٢٥٥٩ مفتاح الجفر للشيخ كمال الدين محمد بن طلحة [المتوفى سنة ٦٥٢] كذا فى ظهره وفى ديباجته انّه سمّاه بالدرّ المنظم فى السرّ الاعظم اوله الحمد لله الذى اطلع من اجتباه من عباده الابرار على خبايا الاسرار الخ ١٢٥٦٠ مفتاح جنّت رسالة تركى لفريدون احمد

*Tebrizi.* — 12554. **Miftáh el-belúghat we Misbáh el-fesáhat**, clavis eloquentiae et lucerna facundiae, auctore Sheikh *Ismail Anckirewi*, anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuo. Liber turcicus, quem praefationem esse voluit in cognitionem doctrinae sententiarum, expositionis et ornate dicendi. Haec cum delectu ex ea parte libri *Telkhis*, quae de expositione et ornata dictione agit, in favorem Derwisii *Ghanam* et *Mohammed*is *Sádic* excerpsit, cum librum *Telkhis* eo praeside legere vellent et hunc intelligere non possent. Composuit igitur iis hunc libellum, ex quo fructum et utilitatem caperent. — 12555. **Miftáh el-tenzíl**, clavis revelationis, auctore *Zein-elmesháikh Abu'lfadhl Mohammed Ben Abi'lcásim Beccáli Khowárezmi*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuo. — 12556. **Miftáh El-Telkhís**, clavis. Poetica libri *Telkhis* compositio, de quo supra in litera *Tá* dictum est. — 12557. **Miftáh el-tauhíd**, clavis doctrinae de uno Deo. Persice. — 12558. **Miftáh el-jinán**, clavis hortorum de meritis precationis. Hunc librum persice scriptum et in quinque sectiones dispositum *Wejíh-ed-dín* e scriptis Sheikhorum v. c. e libro avunculi sui *Dhiyá-ed-dín*, auctoris libri *Moghni*, de interpretatione Corani collegit, et ibi *Nasír-ed-dín*um commemorat. — 12559. **Miftáh el-jefr**, clavis artis ex tabula *Jefr* divinandi, auctore Sheikh *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Talha*, [anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo]. Ita in tergo ejus legitur, et in praefatione ornata auctor se libro titulum *El-Dorr El-Monatztzam fi el-sirr el a'tzam* dedisse dicit. Incipit autem ita: Laus Deo, qui electis inter servos suos justos misteria abscondita cognoscenda impertivit etc. — 12560. **Miftáh jennet**, clavis Paradisi, auctore

التوقيعى رتّب على ثمانية ابواب فى النصائح الملوكية واسمه تاريخ تأليفه وهو سنة ٩٨٢ وللشيخ محمد بن قطب الدين الازنيقى شرح مفتاح الجنة لعلّه غيره لانه مقدّم منه ١٢٥٦١ مفتاح الجنة فى الاعتصام بالسنة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٢٥٦٢ مفتاح الجيب رسالة صغيرة على ابواب اوله الحمد لله ذى الفضل والجود الخ ١٢٥٦٣ مفتاح الحساب لغياث الدين جمشيد بن مسعود [ابن محمود الطبيب] الكاشى المتوفى سنة بلغ فيه الى غاية حقائق الاعمال الهندسية واستنبط كثيرا من القوانين الحسابية وهو على مقدّمة وخمس مقالات ا فى حساب الصحاح ٢ فى حساب الكسور ٣ فى حساب المنجمين ٤ فى المساحة ٥ فى استخراج المجهولات وهو كتاب مفيد متوسّط اوله الحمد لله الذى توحّد بابداع الآحاد الخ الّفه لالوغ بك ثم اختصره وسمّاه تلخيص المفتاح وشرح بعضهم هذا التلخيص ١٢٥٦٤ مفتاح الحصن مرّ فى الحاء ١٢٥٦٥ مفتاح الحكمة المعروفة

*Ferídún Ahmed El-Tauckii.* Tractatus turcicus in octo capita dispositus, qui monita regibus data continet. Titulus tempus ejus compositionis significat i. e. annum 982 (inc. 23. Apr. 1574). — Sheikh *Mohammed Ben Cotb-ed-dín Izníchi* commentarium in librum *Miftáh el-jennet* edidit et fortasse ille alius est, nam aetate hunc praecedit. — 12561. **Miftáh el-jennet**, clavis Paradisi de Sunna firmiter amplectenda, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 12562. **Miftáh el-jeib**, clavis sinus geometrici. Tractatus parvus in capita dispositus, qui ita incipit: Laus Deo benignitate et liberalitate distincto etc. — 12563. **Miftáh el-hisáb**, clavis arithmeticae, auctore *Ghiyáth-ed-dín Jemshíd Ben Mes'úd* [*Ben Mohammed*] *Káshi* [Medico], anno . . . mortuo. Hic subtilitates acutissimas operationum geometricarum examinavit, et regulas multas arithmeticas hucusque incognitas ingenio constituit. Opus dispositum est in praefationem et quinque libros, quorum primus de regula veri agit, secundus de computandis fractionibus, tertius de ratione apud Astronomos usitata, quartus de geodaesia, quintus de eliciendis quantitatibus incognitis. Multas adnotationes utiles continet, intermedium est et ita incipit: Laus Deo, qui unitatibus de novo procreandis unicus est etc. Scripsit auctor librum in favorem *Olugh Beki*, et serius epitomen ex eo edidit *Telkhis El-Miftáh* inscriptam. Vir quidam in hanc epitomen commentarium composuit. — 12564. **Miftáh el-hisn**, clavis ad librum *Hisn*, de quo in litera *Há* dictum est. — 12565. **Miftáh el-hikmet**, clavis philosophiae, vulgo *Nuzhet el-nofús* i. e.

بنزهة النفوس للحكيم الفيلسوف فيثاغورس ١٢٥٦٦ [مفتاح الخيرات ونجاح الارادات للشيخ محمود اللطفى القدسى هو فى الصلوات ذكر اولا الاحاديث الواردة فى الصلوة على النبى صلعم ثم ذكر الصلوات المذكورة فى تنبيه الانام فرغ عن تكميله سنة ١٠٤٧] ١٢٥٦٧ مفتاح دار السعادة للشيخ شمس الدين محمد بن ابى بكر المعروف بابن قيم الجوزية الدمشقى المتوفى سنة ٧٥١ مجلد اوله الحمد لله الذى سهل لعباده المتقين الى مرضاته سبيلا الخ وهو كتاب كبير الحجم [وليس بمرتب بل فيه فوائد مرسلة] يقتبس من مجموعها معرفة العلم وفضله ومعرفة اثبات الصانع ومعرفة قدر الشريعة ومعرفة النبوة وشدة الحاجة الى المذكورات ومعرفة الرد على المنجمين ومعرفة الطيرة والفأل والزجر ومعرفة اصول نافعة جامعة فيما يكمل به النفس البشرية الى غير ذلك من الفوائد ١٢٥٦٨ مفتاح رق المنشور وباب البيت المعمور فى الطلسمات ذكره البونى ١٢٥٦٩ مفتاح الزجاجة ١٢٥٧٠ مفتاح السرائر وكنز الذخائر

oblectamentum animarum dicta, auctore philosopho antiquo Pythagora. — 12566. [Miftáh el-kheirát we Nejáh el-irádát, clavis honorum operum et successus prosper voluntatum, auctore Sheikh *Mahmúd Lutfi Codsi*. Agit de precationibus canonicis, et auctor primum traditiones de precatione pro propheta relatas affert, et his precationes in libro *Tenbíh el-anám* commemoratas subjungit. Librum anno 1047 (inc. 16. Mai. 1637) ad finem adduxit]. — 12567. Miftáh dár el-seádet, clavis domus beatitudinis, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Dimeshcki*, vulgo *Ibn Cayyim-eljauziyet* dicto et anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui servis suis devotis viam ad benevolentiam suam gratam comparandam applanavit etc. Liber volumine magnus est, [non in ordinem dispositus, sed institutiones continet utiles libere se excipientes], ex quarum sylloge studiosus cognitionem scientiae ejusque praestantiae, confirmationem fidei in creatorem, cognitionem certam, qua pretium legis constituitur, cognitionem prophetiae et gravis necessitatis rerum commemoratarum, cognitionem refutationis astrologorum, cognitionem artis ex ominibus diris cognoscendi, ab incepto esse desistendum, sortilegii, augurii, et cognitionem principiorum utilium universalium et res spectantium comparare sibi possit, quibus anima humana perficitur, et quae sunt aliae institutiones utiles. — 12568. Miftáh el-racc el-manshúr, clavis pergameni expliciti et porta Ka'bae coelestis. Liber de talismatis, qui a *Buni* commemoratur. — 12569. Miftáh el-zojájet, clavis lucernae vitreae. — 12570. Miftáh el-seráir we Kanz el-dzakháir, clavis arcanorum et thesaurus bonorum reconditorum,

للشيخ ابى بكر سالم اليمنى ١٢٥٧١ مفتاح السرور والافراح ١٢٥٧٢ مفتاح السعادات ١٢٥٧٣ مفتاح السعادة فى الفروع مشتمل على العبادات والفاظ الكفر والاستحسان فقط وختمها بالايمان والتوبة لكمال الدين بن آسايش الشروانى ذكر فيه انه اختار مسائل الصلاة والصوم والصيد والاضحية والذبائح ومسائل الكفر والكراهية وبعضها يتعلق بالزكوة والحج والوصية وختم بالايمان والتوبة جمعها من الكتب المعتبرة ١٢٥٧٤ مفتاح السعادة ومصباح السيادة فى موضوعات العلوم للمولى احمد بن مصطفى المعروف بطاشكبرى زاده المتوفى سنة ٩٦٢ ذكر فيه مائة وخمسين فنا واجاد ثم ترجم ابنه المولى كمال الدين محمد المتوفى سنة ١٠٣٢ بالحاقات كثيرة فى مجلد كبير فبلغ فيه من العلوم خمسمائة فن ١٢٥٧٥ مفتاح الصلوة للحنفية ١٢٥٧٦ مفتاح الصلوة ومرقاة النجاة للشيخ محمود الاسكدارى المتوفى سنة ١٠٣٨ رسالة جعلها على ثلثة ابواب اوله فى كيفية اقامة الصلوة وبعض اسرارها اوله الحمد لله

---

auctore Sheikh *Abu Bekr Sálim Yemeni.* — 12571. **Miftáh el-sorúr we el-afráh**, clavis laetitiarum et gaudiorum. — 12572. **Miftáh el-seádát**, clavis beatitudinum. — 12573. **Miftáh el-seádet**, clavis beatitudinis de partibus juris derivatis, quae exercitia cultus et verba continet, quae dumtaxat impietatem et argumentationem probandi vi distinctam significant, et in fide et resipiscentia describenda desinit, auctore *Kemál-ed-dín Ben Asáish Sherwáni.* Narrat ibi, se quaestiones elegisse has: de precatione canonica, jejunio, venatione, animali Deo die festi solemnis sacrificii (sc. festo *Curbán*) mactando, hostiis immolandis, porro quaestiones de impietate et improbatione legali. Nonnullae spectant eleemosynam, peregrinationem Mekkanam et testamentum, et desinunt in fide et resipiscentia. Auctor eas e libris collegit, qui magna auctoritate gaudent. — 12574. **Miftáh el-seádet we Misbáh el-siyádet**, clavis felicitatis et lucerna principatus de objectis doctrinarum, auctore Molla *Ahmed Ben Mustafá*, vulgo *Táshköprizádeh* dicto et anno 962 (inc. 26. Nov. 1554) mortuo. Egregio modo ibi centum quinquaginta doctrinas describit. Postea filius auctoris Molla *Kemál-ed-dín Mohammed*, anno 1032 (inc. 26. Oct. 1622) mortuus, librum additamentis multis auctum in volumine magno (Turcice) transtulit, et in hac translatione quingentas doctrinas complevit. — 12575. **Miftáh el-salát**, clavis precationis (canonicae) in favorem Hanefitarum. — 12576. **Miftáh el-salát we Mircát el-neját**, clavis precationis et scala salutis, auctore Sheikh *Mahmúd Uskudári*, anno 1038 (inc. 21. Aug. 1628) mortuo. Tractatus in tria capita dispositus, quorum primum de ratione precum faciendarum et nonnullis earum misteriis agit.

الذى امر عباده الخ ١٢٥٧٧ مفتاح الطبّ لابى الفرج على بن حسين بن هندو [ المتوفى سنة ٤١٠ ] مختصر على عشرة ابواب ١٢٥٧٨ مفتاح العلوم للعلّامة سراج الدين ابى يعقوب يوسف بن ابى محمد بن على السكاكى المتوفى سنة ٦٢٦ اوله احقّ كلام ان تلهج به الالسنة وان لا ينطوى منشوره على توالى الازمنة الخ قال فان نوع الادب نوّع بتفاوت كثرة شعب وقلّة وصعوبة صون وسهولة وقد ضمّنت كتابى هذا من انواع الادب دون نوع اللغة ما رأيته لا بدّ منه فاودعته علم الصرف بتمامه وانّه لا يتمّ الّا بعلم الاشتقاق والنحو بتمامه وتمامه بعلمى المعانى والبيان ولما كان تمام علمى المعانى والبيان بعلمى الحدود والاستدلال لم ار بدّا من التسامح بهما وحين كان التدرّب فى علمى المعانى والبيان موقوفا على ممارسة باب النظم والنثر ورأيت صاحب العروض مفتقرًا الى علمى العروض والقوافى ثنّيت عنان القلم الى ايرادهما ورأيت اذكياء اهل زمانى قد طال الحاحهم علىّ فى ان اصنّف لهم مختصرًا يحظّهم

Incipit liber ita: Laus Deo, qui servos suos jussit etc. 12577. **Miftáh el-tibb**, clavis medicinae, auctore *Abu'lfaraj Ali Ben Hosein Ben Hindu*, anno 410 (inc. 9. Mai. 1019) mortuo ]. Compendium in decem capita dispositum. — 12578. **Miftáh el-olúm**, clavis doctrinarum, auctore viro doctissimo *Siráj-ed-dín Abu Ya'cúb Yusuf Ben Abi Mohammed Ben Ali Sekkáki*, anno 626 (inc. 30. Nov. 1228) mortuo. Liber ita incipit: Oratio dignissima, quam linguae itentidem pronuntient, et cujus argumentum patens per decursum temporum ex animo non excidat etc. — Species doctrinarum philologicarum ab aliis diversa species discrimine evasit in multitudine et paucitate ramorum et in difficultate et facilitate memoria custodiendi posito. Jam huic libro varias doctrinarum philologicarum species inserui, excepta lexicologia, cujus necessitatem hic non perspicio. Contra vero doctrinam flexionis nominum grammaticae totam attuli, ea autem nonnisi doctrina etymologiae perficitur, et grammaticam totam, ad cujus perfectionem doctrinae sententiarum et expositionis desiderantur; et cum ad doctrinas sententiarum et expositionis perficiendas doctrinae definitionum et argumentationis pertineant, mihi visus sum non posse, quin has duas levius tractarem. Deinde cum exercitatio in doctrinis sententiarum et expositionis in tractanda oratione ligata et soluta nitatur, et mensurae pedum carminum studiosum egere viderim arte metrica et homoeoteleutorum doctrina, habenam calami ad has duas doctrinas afferendas flexi. Vidi etiam viros aevi nostri acutos jam per longum tempus mihi instare, ut iis compendium componerem, quod copiosissimam et commodissimam doctrinarum

باوفر حظّ منه صنفته وضمنته لمن اتقنه ان ينفتح عليه جميع المطالب العلميّة وجعلته ثلثة اقسام آ في علم الصرف ب في علم النحو ج في علمي المعاني والبيان انتهى واورد الكلام في تكملة علم المعاني في فصلين آ في ذكر الحدّ ب في الاستدلال وفيه علم العروض فلهُ اعتنى عليه الفضلآء والعلمآء بالتشريح والتلخيص فمن شرح بتمامه اى بالاقسام الثلثة المولى حسام الدين الموذّنى المتوفى سنة واما من شرح القسم الثالث منه فكثير اما اجوده فثلثة آ شرح العلامة قطب الدين محمود بن مسعود بن مصلح الشيرازى المتوفى سنة ٧١٠ وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله الذى خصّص نوع الانسان الخ شرح الثالث وقال في آخره لئن صدق الامل واستأخر الاجل فانا مستطلع وراء ذلك الى الاتيان بمثله في شرح باقى الكتاب بل الى اثبات حواشى على كتاب الكشاف وسمّاه مفتاح المفتاح ب شرح العلّامة سعد الدين مسعود بن عمر التفتازانى المتوفى سنة ٧٩١ وكان فراغه منه في شوال سنة ٧٨٩ اوله خير خبر يوشح به صدر الكلام الخ ج شرح السيد

---

philologicarum materiam iis praeberet; composui igitur hunc librum, et in usum ejus, qui firmum et solidum studium in eo posuerit, ibi disquisitiones omnes literarias deposui, eumque in tres partes divisi, quarum prima de flexione nominum grammatica, secunda de syntaxi, tertia de doctrinis sententiarum et expositionis agit. — Haec ille. — Ad doctrinam sententiarum plene et perfecte tractandam orationis materiam in duabus sectionibus effudit, quarum prima de definitione, altera de argumentatione agit, et simul artem metricam complectitur. — Jam viri eruditione et doctrina distincti in libro commentando et cum delectu excerpendo curam indefessam posuerunt. Qui in eum totum i. e. in tres partes omnes commentarium edidit, fuit Molla *Hosâm-ed-dîn El-Mowadzdzini*, anno . . . mortuus. Qui autem in tertiam tantum ejus partem commentarios scripserunt, multi fuerunt, eorumque praestantissimi hi tres: 1. vir doctissimus *Cotb-ed-dîn Mahmûd Ben Mes'ûd Ben Moslih Shîrâzi*, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus, cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui genus humanum praeter ceteras res creatas distinxit etc. Commentarius hic tertiam partem tractat, et auctor in fine ejus: Utique, ait, si spes exitum habet et mors tardat, longius progressurus sum quam hic, et simile quid in explicanda reliqua parte libri dabo, imo glossas ad librum *Keshshâf* accurate et certe elaborabo. — Commentario titulum dedit *Miftâh El-Miftâh* — 2. vir doctissimus *Sa'd-ed-dîn Mes'ûd Ben Omar Teftazâni*, anno 791 (inc. 31. Dec. 1388) mortuus, qui commentarium mense Shewwâl anni 789 (inc. 22. Jan. 1387) absolvit. Hic ita incipit: Nuntius optimus, quo pectus orationis ornatur etc. — 3. El-Seyyid El-Sherif *Ali Ben*

الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ اوله نحمدك اللهم على ما هديتنا اليه من دقائق المعانى الخ وهو الموسوم بالمصباح وقد دوّن حواشى التى علّقها الشارح على وجه الاستقلال وفرغ السيد من شرح القسم الثالث بما وراء النهر اواسط شوال سنة ٨٠٣ وسمّاه المصباح وفى ظهر نسخة من شرح المفتاح اول من شرحه شمس الدين المعزّى المتوفى سنة ثم الشيرازى ثم ناصر الدين الترمذى المتوفى سنة كان معاصرًا للقطب الشيرازى ثم نظام الدين حسن ابن محمد الاعرج النيسابورى المتوفى سنة وهو على ما رأيته انه ذكّر ما كتبه فى اوله احقّ نظام نستفتح به مرام واصدق مرغوب نتوسّل به الى مطلوب الخ وقال اكتب حواشى على قسمى الصرف والنحو من مفتاح العلوم ثم عدل من كتب الحاشية الى تأليف الشرح ثم حسام الدين الكاتى المتوفى سنة ثم القاضى حسام الدين قاضى الروم المرعى المتوفى سنة ثم عماد الدين يحيى بن احمد الكاشى المتوفى سنة اوله اولى الكلام بان نستنجح منه المرام

---

*Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laudamus Te, o Deus, pro iis subtilitatibus sententiarum, ad quas nos duxisti etc., et titulo *Misbáh* insignitus est. Glossas, quas commentator obiter conscripserat, ita collegit, ut adnotationes a commentatore textui adjunctae syntagma separatum efficerent. *El-Seyyid* commentarium in tertiam partem in Transoxania mense Shewwál medio anni 803 (inc. 22. Aug. 1400) absolvit tituloque *Misbáh* ornavit. In tergo exempli commentarii in *Miftáh* scriptum legitur: Primus, qui commentarium in *Miftáh* scripsit, *Shems-ed-dín El-Moizzi*, anno . . . mortuus, fuit, tum *Shirázi* scripsit, deinde *Násir-ed-dín Tirmidzi*, anno . . . mortuus, qui aequalis *Cotb-ed-dín*i *Shirázi* fuit, porro *Nitzám-ed-dín Hasan Ben Mohammed El-Araj El-Nisábúri*, anno . . . mortuus. Et hoc cognomen (*Nitzám-ed-dín*), ex mea quidem sententia, recordatio eorum est, quae statim ab initio libri scripsit: Ordo (*nitzám*) justissimus, quo studium aperitur, et praesidium maxime expetendum, quod proposito consequendo adhiberi potest etc. Scribo, ait, glossas ad duas partes libri *Miftáh el-olúm*, inflexionem grammaticalem et syntaxin. Postea a scribendis glossis ad componendum commentarium se convertit. — Praeterea commentarios scripserunt *Hosám-ed-dín El-Káti*, anno . . . mortuus — Cádhi *Hosám-ed-dín El-Mer'i* Rumeliae judex, anno . . . mortuus — *Imád-ed-dín Yahya Ben Ahmed El-Káshi*, anno . . . mortuus, cujus commentarius ita incipit: Oratio aptissima, qua propositum expetitum prospere expediatur etc. Narrat ibi, primum se

الخ ذكر فيه انه كتب اولا رسالة على حلّ المشبّهات التى اوردها صاحب الايضاح على القسم الثالث ثم الشمس ولده كمال الدين ان يشرحه تماما فاجاب ثم سعد الدين التفتازانى ثم سيف الدين الابهرى المتوفى سنة ثم مولانا سعد سلطان شاه المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى تتابعت عوارف كرمه الخ وهو شرح كشرح السيد بالقول قريب من الحجم ايضا ثم السيد الشريف ثم شمس الدين محمد بن مظفر [الخطيبى] الخلخالى المتوفى سنة [٧٤٥] ثم الخطيب اليمنى المتوفى سنة انتهى واقول وشرحه المولى احمد بن مصطفى المعروف بطاشكبرى زاده وكتب حاشية على اوائل شرح السيد توفى سنة ٩٦٢ والمولى محيى الدين محمد بن مصطفى المحشى المعروف بشيخ زاده المتوفى سنة [٩٥١] وجمال الدين محمد بن احمد الشريشى المتوفى سنة ٧٦٩ وابن الشيخ عوينة على بن الحسين المتوفى سنة ٧٥٥ واختصره بدر الدين محمد بن محمد بن مالك الدمشقى [المتوفى سنة ٦٨٦] وسمّاه المصباح فى اختصار المفتاح اوله الحمد لله الذى هدانا لهذا وما كنّا لنهتدى لولا ان هدانا الله الخ ونظمه

tractatum ad explicandas obscuritates scripsisse, quas auctor libri *Idháh* ad partem tertiam proposuisset. Tum filius ejus *Kemál-ed-dín* vehementer optavit, ut in librum totum commentarium componeret; cui voto satisfecit — *Sa'd-ed-dín Teftázáni* — *Seif-ed-dín Abahri*, anno . . . mortuus — Molla noster *Sa'd Sultán Sháh*, anno . . . mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, cujus beneficia ex ejus generositate profecta se invicem excipiunt etc. Hic commentarius commentario *Seyyidi* similis est, qui tantum verba archetypi exposita addita habet, atque etiam ad ejus volumen prope accedit — *El-Seyyid El-Sherif* — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Motzaffer* [*Khatíbi*] *Khalkháli*, anno [745 (inc. 15. Mai. 1344)] mortuus — et denique *El-Khatíb El-Yemeni*, anno . . . mortuus. — Haec hactenus in tergo illius exempli scripta erant. — Jam pergo. Deinde commentarios ediderunt Molla *Ahmed Ben Mustafa*, vulgo *Táshköprizádeh* dictus, qui praeterea glossas ad initium commentarii *Seyyidi* scripsit et anno 962 (inc. 26. Nov. 1554) mortuus est — Molla *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Mustafa* Glossator, vulgo *Sheikhzádeh* dictus et anno [951 (inc. 25. Mart. 1544)] mortuus — *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Sherishi*, anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuus — *Ali Ben-elhosein*, vulgo *Ibn-elsheikh Oweina* dictus et anno 755 (inc. 26. Jan. 1354) mortuus. — Archetypum *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Málik Dimeshki*, [anno 686 (inc. 16. Febr. 1287) mortuus], in epitomen coegit *El-Misbáh fi ikhtisár El-Miftáh* inscriptam, quae ita incipit: „Laus Deo, qui direxit nos ad hoc: et non fuissemus (apti), ut dirigeremur, nisi direxisset nos Deus“

ابو عبد الله محمد بن عبد الرحمن الضرير المراكشي المتوفى سنة ثم شرحه وسماه ضوء الصباح على ترجيز المصباح اوله الحمد لله وكفى الخ ثم اختصر هذا المختصر بدر الدين محمد بن يعقوب الحموى المعروف بابن النحوية وسمّاه ضوء المصباح ثم شرحه في مجلّدين وسمّاه اسفار الصباح عن ضوء المصباح المتوفى سنة ٧١٨ قيل في اسفار الصباح مواضع غلط في التمثيل تقليدا لغير واختصره اى القسم الثالث المولى حسن المعروف بالمعانيجى ورتّبه احسن ترتيب توفي في حدود سنة ٩٩٠ ولخّص القسم الثالث شمس الدين محمد [ابن عبد الرحمن ابن عمر] القزوينى [الشافعى] المعروف بخطيب دمشق [المتوفى سنة ٧٣٩] وسمّاه تلخيص المفتاح كما مرّ في التاء مع شروحه وحواشيه واختصره ايضا القاضى عضد الدين عبد الرحمن ابن احمد الايجى وسمّاه الفوآئد الغياثيّة توفي سنة [٧٥٦] والحواشى على شرح السعدين كثيرة منها للمولى احمد بن محمود البرسوى ابن اخ ملّا عرب على شرح السيّد المتوفى سنة وحاشية لشمس الدين محمد بن شهاب الدين الشروانى المتوفى سنة ٨٩٢ وعلى السيّد

---

— *Alem-ed-dín Cásim Ben Ahmed El-Lurchi El-Andalusi*, anno 661 (inc. 15. Nov. 1262) mortuus, cujus commentarius *El-Mowassal* inscriptus est — Wezirus *Jemál-ed-dín Ali Ben Yusuf El-Chifti*, [anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuus] — *Alem-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Sekháwi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, qui pariter duos commentarios copiosos edidit, quorum prior quatuor voluminibus continetur et *Mofadhdhal* inscriptus est, posterior titulum *Sifr el-seádet we Sefír el-ifádet* prae se fert — *Muntekhab-ed-dín Abu Yusuf Ya'cúb Hemdáni*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, [cujus commentarius fructuosissimus est] — *Mowaffic-ed-dín Abu'lbecá Yaísh Ben Ali* Grammaticus, vulgo *Ibn Yaísh* dictus et anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui nos beneficentia direxit etc. — *Mohammed Ben Sa'd El-Dibáji* [*Merwezi*], anno 609 (inc. 3. Jun. 1212) mortuus. [Idem commentarium ad *El-Enmúzej* edidit] — Item *Táj-ed-dín El-Jendi*, cujus commentarius *El-Iclíd* inscriptus ita incipit: Eum laudo pro beneficiis, quorum facies splendent tempore matutino etc. — Deinde vero certe liber *Mofassal* excellens est qualitate et magicae constructionis. Collegi in hoc volumine titulo *Iclíd* insignito sententias abditas, quibus nodi magiae secreti solvuntur. Hic commentarius exposita tantum textus verba continet, et *Ahmed Ben Mahmúd Ben Omar Jendi* auctorem habet. Docui eum, cum in urbe Bokhára essem — *Hosám-ed-dín Hosein Ben Ali El-Sighnácki*, anno [710 (inc. 31. Mai. 1310)] mortuus, cujus commentarius *El-Mowassal*

فيه بين الاقليد والمقتبس اوله الله احمد على ان اكرمني من نعمة الاسلام الخ وعلّق عليه جلال الدين [رسولا بن] احمد بن يوسف التبانى حاشية وتوفى سنة ٧٩٣ وشرح ابياته ابو البركات مبارك بن احمد المعروف بابن المستوفى الاربلى سمّاه اثبات المحصّل فى ابيات المفصّل توفى سنة ٦٣٧ ورضى الدين حسن بن محمد الصغانى شرح ابياته ايضا وتوفى سنة ٦٥٠ وشرح عبد الظاهر بن نشوان الجذامى الضرير بعضا منه توفى سنة ٦٤٩ ومن شروح ابياته شرح اوله الحمد لله وهو بالحمد جدير الخ ونظمه ابو نصر فتح بن موسى الخضراوى القصرى المتوفى سنة ٦٦٣ وللشيخ ابى شامة عبد الرحمن بن اسمعيل الدمشقى نظم ايضا توفى سنة ٦٦٥ واختصره شمس الدين محمد بن يوسف القونوى المتوفى سنة ٧٨٨ والشيخ عبد الكريم بن عطا الله الاسكندرانى المتوفى سنة ٦١٢ وصنّف ابو الحجاج يوسف بن معزوز القيسى الاندلسى من اهل الجزيرة فى ردّ المفصّل كتابا سمّاه كتاب التنبيه على اغلاط الزمخشرى فى المفصّل وما خالف فيه سيبويه توفى سنة ٦٢٥ وشرحه الامام الفاضل مظهر الدين محمد وسماه

---

inscriptus ita incipit: Deum laudo pro eo, quod me gratia Islami honoravit etc. In eo commentarios *El-Iclîd* et *El-Moctebes* conjunxit, et *Jelál-ed-dîn* [*Rasúlá Ben*] *Ahmed Ben Yusuf Tebbáni*, anno 793 (inc. 9. Dec. 1390) mortuus, ad eum glossas conscripsit. — Versus ejus *Abu'lberekát Mobárek Ben Ahmed Irbili*, vulgo *Ibn-elmostaufi* dictus et anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuus, in commentario exposuit *Ithbát el-mohassal fi abyát El-Mofassal* inscripto — *Redhi-ed-dîn Hasan Ben Mohammed Saghâni*, anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuus, cujus commentarius pariter versus libri *Mofassal* tractat — *Abd-el-tzâhir Ben Neshwân Jodzâmi El-Dharir*, anno 649 (inc. 26. Mart. 1251) mortuus, cujus commentarius partem tantum libri *Mofassal* complectitur. — Versus ejus porro explicantur in commentario, qui ita incipit: Laus Deo, et hic laude dignus est etc. — Metrice *Abu Nasr Fot'h Ben Musa El-Khadhráwi El-Casri*, anno 663 (inc. 24. Oct. 1264) mortuus, librum exaravit, idemque fecit Sheikh *Abu Sháme Abd-el-rahman Ben Ismail Dimeshcki*, anno 665 (inc. 2. Oct. 1266) mortuus. — Epitomas ex *Mofassal* confecerunt *Shems-ed-dîn Mohammed Ben Yusuf Cunewi*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuus, et Sheikh *Abd-el-kerîm Ben Athallah Iskenderáni*, anno 612 (inc. 2. Mai. 1215) mortuus. — *Abu'lhejjáj Yusuf Ben Ma'zúz El-Caisi El-Andalusi* orientalis Hispaniae partis inquilinus, anno 625 (inc. 12. Dec. 1227) mortuus, de refutando *Mofassal* librum composuit *Kitáb el-tenbîh ala aghlát El-Zamakhsheri fi El-Mofassal* inscriptum i. e. liber lectores ad errores *Zamakhsherii* in libro *Mofassal* et ad ea attentos reddens, in quibus *Sibaweih* dissentit. — Imám bene meritus *Motzahher-ed-dîn Mohammed*

المكمل اوله الحمد لله الذى قصّر ممّا يليق بكبريآئه الخ وهو شارح المصابيح ايضا وهو شرح ممزوج منبّه بالاحمر فرغ من تصنيفه فى جمادى الآخرة سنة ٦٥٩ ومن شروح ابياته شرح اوله الحمد لله الذى فضّل الانسان بفضيلة البيان الخ وفى ظهره ان عدد ابيات المفصل اربع وعشرون واربعمائة ومن شروحه غاية المحصّل فى شرح المفصّل اوله الحمد لله المرتفع بالفاعليّة قبل تعلّق الافعال الخ ذكر فيه ان كتاب المترجم بالمفضّل على المفصّل فى دراية المفصل بحر متلاطم الامواج بما اودعه من النصوص والحجج لكنه يستدعى هممًا عالية وقد احتوى منه هذا الكتاب على المقاصد لا يغادر من المتن شيئًا الا احصاه ومن شروح المفصّل شرح بقال اقول اوله واياه احمد ان حوّلنى بطوله الجسيم الخ للشيخ ابى عاصم على بن عمر ابن الخليل بن على الفقهى المدعو بالفخر الاسفندرى المتوفى يوم الاربعآء التاسع عشر من رجب سنة ثمان وتسعين وستمائة وسمّاه كتاب المقتبس فى توضيح ما التبس مقتبسة

---

commentarium edidit *Mokmal* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui iis renuntiat, quae ejus majestati conveniunt etc. Auctor idem est, qui in *El-Mesábih* commentarium edidit. Commentarius textum admixtum habet, quem rubrum vocant, ejusque compositionem mense Jomádzi II. anni 659 (inc. 6. Dec. 1260) absolvit. — Alius commentarius, qui versus libri *Mofassal* explicat, ita incipit: Laus Deo, qui hominem praestantia eloquentiae praetulit etc., in ejusque tergo legitur, librum *Mofassal* quadringentos viginti quatuor versus continere. — Commentarius *Ghâyet el-mohassal fi sharh El-Mofassal* inscriptus ita incipit: Laus Deo, qui qualitate sua (potentiali) Dei agentis supra omnia excelsus erat, antequam actiones ejus ex illa vi profectae ad effectum adducebantur etc. — Dicit auctor, librum titulo *El-Mofadhdhal ala el-mofassal fi dirâyet El-Mofassal* insignitum mare esse, cujus undae inter se colliduntur textus locis et argumentationibus, quae auctor ei inseruit, attamen sensus altos postulat, certe enim hic commentarius capita rerum ex *Mofassal* recepit nulla textus parte omissa, quin enumerata sit. — Commentarius alius in *Mofassal*, in quo textus verba voce „dicit (auctor)" ab interpretis verbis voce „dico" distinguuntur, ita incipit: Eum laudo, quod me potentia sua magna mutavit etc., Sheikhum *Abu Asim Ali Ben Omar Ben-elkhalil Ben Ali El-Fic'hi*, vulgo *Fakhr-ed-din Isfenderi* dictum et quarta feria et quidem die undevicesimo mensis Rejeb anni 698 (inc. 9. Oct. 1298) mortuum, auctorem habet et *El-Kitáb El-Moctebes fi taudhih má iltebes*

مواده من كتب جرت مجرى الشروح للمفصل كالتخمير والايضاح والعقارب والمحصّل واستصفى ايضا ما اثبته فى نسخته من الحواشى واعلم ان التخمير لصدر الأفاضل بعلامة تخ والايضاح بعلامة شج والعقارب للامام المحقق نجم الدين عثمان بن الموفق· الاركانى بعلامة عق والمحصّل لمنتخب الدين محمد بن سعد المروزى الديباجى بعلامة ثم ١٢٦٣٧ المفضليّات اشعار شرحه ابن الانبارى ١٢٦٣٨ مفهم فى شرح مختصر صحيح مسلم مرّ ١٢٦٣٩ مفيد العلوم ومبيد الهموم مجلّد لبعض المغاربة المتأخّرين اوله الحمد لله الذى ما للعالم سواه خالق وصانع الخ ذكر انّه رتّب على اثنين وثلثين كتابا وكلّ كتاب يشتمل على ابواب مشتملة على قواعد الشرع وقانون الممالك ونصرة المذهب وتذكرة الآخرة وتذكرة العدو الى غير ذلك ١٢٦٤٠ مفيد العلوم ومبيد الهموم وهو كتاب مشتمل على تفسير الالفاظ اللغويّة من الطبّ وغيره فى كتاب المنصورى الذى الّفه محمد بن زكرياء الرازى مبوّبة على حروف المعجم بحسب

---

inscripta est. Materia ejus e libris est assumta, qui commentariis in *El-Mofassal* similes sunt, ut *El-Takhmir*, *El-Idhâh*, *El-Acárib* et *El-Mohassal*, et majorem partem ea quoque elegit, quae e glossis in suo exemplari perscripserat. — Denique scias, librum *Takhmir* a *Sadr-elafádhil* editum siglo *Takh*, *El-Idhâh* siglo *Shaj*, *El-Acárib*, cujus auctor Imám subtilissimus *Nejm-ed-din Othmân Ben-elmowaffic El-Arcâni* est, siglo *Ac*, et *El-Mohassal* a *Muntekhab-ed-din Mohammed Ben Sa'd Merwezi Dibâji* editum, siglo *Tham* ibi signatum esse. — 12637. El-Mofadhdheliyát, carminum praestantissimorum sylloge *El-Mofadhdheliyât* dicta, in quam *Ibn-elanbári* commentarium composuit. — 12638. El-Mofhim, liber docens. Commentarius in epitomen e corpore traditionum *Moslimi Sahih* inscripto factam. Vide supra. — 12639. Mofíd el-olúm we Mobíd el-homúm, institutiones doctrinarum utiles et sollicitudines abolentes, auctore quodam viro occidentis. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, praeter quem mundo neque creator est neque artifex etc. Auctor illud se in triginta duo libros distribuisse dicit. Singuli libri capita continent, quae praecepta legis fundamentalia, regnorum canonem, sectae defensionem, futurae vitae recordationem, recordationem inimici et quae sunt alia complectuntur. — 12640. Mofíd el-olúm we Mobíd el-homúm, institutiones doctrinarum utiles et sollicitudines delentes. Hic liber explicationem verborum linguae medicorum et aliorum complectitur in libro *Mansúri* obviorum, quem *Mohammed Ben Zakariyâ El-Râzi* composuit. Est autem in capita distributus secundum literas alphabeti ea

استعمال اهل المغرب جمعها الشيخ الفقيه الحكيم ابو جعفر احمد بن محمد بن الحشاء وختم بايراد الاسماء المرادفة باشارة الامير ابى زكرياء يحيى بن ابى محمد بن شيخ الموحدين ابى حفص فرد الافعال الى المصادر فى الترتيب وترك باب الميم على حاله ١٢٦٤١ مفيد فى اخبار زبيد لابى الطامى جياش بن نجاح من الملوك باليمن المتوفى سنة ٤٩٨ وللفقيه عمارة [بن على بن زيدون المذحجى] اليمنى المتوفى سنة [٥٦٩] ١٢٦٤٢ مفيد فى اخبار صعيد لمحمد ابن عبد العزيز الادريسى المتوفى سنة ٦٤٩ ١٢٦٤٣ مفيد فى اوزان الرجز لابى الحكم حسن ابن عبد الرحمن الانصارى وكان حيا فى حدود سنة ٦٤٤ ١٢٦٤٤ مفيد فى الجبر والمقابلة لابن محلى الموصلى ذكره فى الموضوعات ١٢٦٤٥ مفيد فى شرح القصيد اى الشاطبية مر ١٢٦٤٦ مفيد فى علم التجويد ارجوزة للشيخ شهاب الدين احمد بن محمد بن احمد ابن المرزنات الصالحى الحنبلى المصرى اوله قال الفقير احمد بن الطايى احمد يرجو المجيبى

---

ratione, qua incolae occidentis utuntur. Sheikh Jurisconsultus et Medicus *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed Ben-elhashát* haec verba jussu Emiri *Abu Zakariyá Yahya Ben Abi Mohammed Ben Abi Hafs Sheikh el-mowahhidín* congessit et in afferendis nominibus synonymis desiit. Verba autem in dispositione lexicali ad nomina verbalia revocavit, attamen caput literam *Mim* continens tale reliquit quale fuit. — 12641. El-Mofíd fi akhbár Zebíd, institutiones utiles de historia urbis Zebíd. Scripserunt *Abu'ltáyi Jayyásh Ben Neják* unus regum Yemenensium, anno 498 (inc. 23. Sept. 1104) mortuus, et Jurisconsultus *Omára* [*Ben Ali Ben Zeidún Mad'hiji*] *Yemeni*, anno [569 (inc. 12. Aug. 1173)] mortuus. — 12642. El-Mofíd fi akhbár Saíd, institutiones utiles de historia Aegypti superioris, auctore *Mohammed Ben Abd-el-azíz Idrísi*, anno 649 (inc. 26. Mart. 1251) mortuo. — 12643. El-Mofíd fi auzán el-rejez, institutiones utiles de mensuris metri *Rejez*. Scripsit *Abu'lhakem Hasan Ben Abd-el-rahman Ansári*, qui circa annum 644 (inc. 19. Mai. 1246) vixit. — 12644. El-Mofíd fi el-jebr we el-mocábelet, institutiones utiles de reductione per aequationem, auctore *Ibn Mahalli Mausili*. Commemoratur liber in *El-Maudhúát*. — 12645. El-Mofíd fi sharh El-Casíd, institutiones utiles. Commentarius in *Shátibii Casídam Shátibíye* dictam, de qua supra mentio facta est. — 12646. El-Mofíd fi ilm el-tejwíd, institutiones utiles de arte Coranum bene legendi, auctore Sheikh *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed Ben-elmorazzenát Sálihi Misri* Hanbalita. Carmen metro *Rejez* compositum, quod ita incipit: Dicit pauper *Ahmed Ben-eltayyibi:* »Ahmed spem ponit in Deo preces audiente.— Vir quidam in hunc

وشرحه بعضهم وسمّاه نزهة المريد فى حلّ الفاظ المفيد اوله الحمد لله الذى انزل القرآن الخ ١٢٦٤٧ المفيد فى علم القرآءات العشر لابى نصر احمد بن مسرور البغدادى المتوفى سنة ٤٤٢ وفى الثمان لابى عبد الله محمد بن ابراهيم الحضرى اليمنى المتوفى فى حدود سنة ٥٦٠ وهو كتاب مفيد كاسمه اختصر فيه كتاب التلخيص للطبرى وزاده فوآئد ١٢٦٤٨ مفيد فى مناقب بنى العباس لمحمد بن عباس اليزيدى المتوفى سنة ٣١٣ ١٢٦٤٩ مفيد الحكام فيما يعرض لهم من نوازل الاحكام مجلّد ضخم فى الفروع على مذهب مالك للقاضى ابى الوليد هشام بن عبد الله بن الازدى المالكى المتوفى سنة ٦٠٦ ورتّب على عشرة فصول ١٢٦٥٠ مفيد المستفيد فى فروع الحنفية ١٢٦٥١ مفيد منظومة فى النحو لعبد الرحيم بن على النحوى الصوفى توفى فى رمضان سنة ٧٠٩ ١٢٦٥٢ المفيد والمزيد فى شرح التجريد مرّ لابى عمرو احمد بن محمد الطبرى ١٢٦٥٣ المقابر المشهورة والمشاهد المزورة مجلّد للشيخ تاج الدين على

librum commentarium composuit *Nuzhet el-morid fi hall alfâtz El-Mofîd* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui Coranum revelavit etc. — 12647. **El-Mofîd fi ilm el-ckiraât el-ashr**, institutiones utiles de doctrina recensionum Corani decem, auctore *Abu Nasr Ahmed Ben Mesrûr Baghdâdi*, anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) mortuo, et de recensionibus Corani octo, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ibrahîm Hadhri Yemeni*, circa annum 560 (inc. 18. Nov. 1164) mortuo. Utilitas hujus libri ejus nomini respondet, in eoque auctor librum *Telkhîs* a *Taberi* editum in epitomen contraxit, cui novas institutiones utiles addidit. — 12648. **El-Mofîd fi menáckib beni El-Abbâs**, institutiones utiles. Panegyricus Abbasidarum, auctore *Mohammed Ben Abbâs Yezîdi*, anno 313 (inc. 29. Mart. 925) mortuo. — 12649. **Mofîd el-hokkâm**, institutiones judicum utiles de casibus statutorum, qui iis se objiciunt. Volumen crassum de partibus juris secundariis secundum doctrinam *Mâliki*, auctore *Câdhi Abu'lwelid Hishâm Ben Abdallah Ben-elazdi* Malikita, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. Liber in decem sectiones dispositus est. — 12650. **Mofîd el-mostefîd**, institutio utilis ejus qui institui vult de partibus juris Hanefitici secundariis. — 12651. **El-Mofîd mantzûmet fi el-nahw**, institutiones utiles. Carmen de grammatica, auctore *Abd-el-rehîm Ben Ali Sufi* Grammatico, mense Ramadhân anni 709 (inc. 11. Jun. 1309) mortuo. — 12652. **El-Mofîd we El-Mezîd**, institutiones utiles et incrementum. Commentarius in librum *Tejrîd*, de quo supra dictum est, auctore *Abu Amru Ahmed Ben Mohammed Taberi*. — 12653. **El-Mecábir El-Mashhûret**, coemiteria celebrata et sepulcra martyrum visitata. Volumen, auctore

ابن انجب البغدادى المتوفى سنة ٦٧٤ ١٢٦٥٤ المقابسات لابى حيان على التوحيدى [الصوفى المتوفى بعد سنة ٤٠٠ قريبا] اوله اللهم اليك نرغب الخ وهى مائة وثلاثة مقابسة فى مباحث العلوم وهو كتاب مفيد جدًا ولعلّ الحريرى حذى حذوه ١٢٦٥٥ مقاتل الفرسان لابى على اسمعيل بن قاسم القالى المتوفى سنة [٣٥٦] وابى عبيدة معمر بن مثنى البصرى النحوى وله مقاتل الاشراف توفى سنة [٢١١] ولابى جعفر محمد بن حبيب البغدادى النحوى المتوفى سنة ٢٤٥

١٢٦٥٦ علم المقادير والاوزان

١٢٦٥٧ مقادير الجواهر لابى العباس احمد الشهير بالرسام الحموى

١٢٦٥٨ علم مقادير العلويات

١٢٦٥٩ مقاصد الالحان فارسى لخواجه عبد القادر بن غيبى المراغى ١٢٦٦٠ المقاصد

---

Sheikh *Táj-ed-din Ali Ben Anjeb Baghdádi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuo. — 12654. El-Mocábesát, studia cognitiones cum aliis communicandi, auctore *Abu Hayyán Ali El-Tauhidi* [*Sufi*, paulo post annum 400 (inc. 25. Aug. 1009) mortuo]. Liber ita incipit: O Deus, Te suppliciter rogamus etc. Sunt centum tres institutiones communicatae de quaestionibus doctrinarum, et liber perquam utilis est. Fortasse *Hariri* ejus vestigia secutus est. — 12655. Mecátil el-forsán, caedes equitum. Scripserunt *Abu Ali Ismail Ben Cásim El-Cáli*, anno [356 (inc. 17. Dec. 966)] mortuus — *Abu Obeida Ma'mar Ben Mothanna Basri* Grammaticus, anno [211 (inc. 13. Apr. 826)] mortuus. Idem caedes nobilium edidit — et *Abu Jafar Mohammed Ben Habib Baghdádi* Grammaticus, anno 245 (inc. 8. Apr. 859) mortuus. —

12656. Ilm el-mecádír we el-auzán. Doctrina mensurarum et ponderum medicamentorum.

12657. Mecádír el-jewáhir, quantitates gemmarum, auctore *Abu'labbás Ahmed Hamawi*, vulgo *El-Ressám* dicto. —

12958. Ilm mecádír el-alewíyát. Doctrina corpora coelestia et terram metiendi.

12659. Mecásid el-alhán, capita proposita modulationum. Tractatus persicus, auctore Khoja *Abd-el-cádir Ben Gheibi El-Merághi*. — 12660. El-Mecásid

الجلالية فى المسائل الطبية ١٢٦٦١ مقاصد الحج والاعتماد على الايجاز والاختصار للشيخ الامام برهان الدين ابراهيم بن عبد الرحمن الفزارى مختصر ذكر فيه افعال الحج ١٢٦٦٢ مقاصد الحراب فى علالة الاعراب فى اربعة اشعار للشيخ لسان الدين ابن الخطيب محمد بن عبد الله القرطبى المقتول سنة ٧٧٦ ١٢٦٦٣ مقاصد الحسان فيما يلزم ١٢٦٦٤ مقاصد الحسنة فى كثير من الاحاديث المشهورة على الالسنة للشيخ ابى عبد الله محمد بن عبد الرحمن السخاوى المتوفى سنة ٩٠٢ رتّب على حروف اوائل الاحاديث وكان الباعث على تاليفه كثرة التسارع لنقل ما لا يعلم ولا يسلّم من كذب ونسبتهم الى النبى صلعم مع عدم خبرتهم بالمنقول والكذب عليه ليس كالكذب على غيره حتى اتّفقوا انه من اكبر الكبائر وصرّحوا بعدم قبول توبته بل بالغ الشيخ الجوينى فكفره كذا قال فى خطبته وجرّده الشيخ عبد الرحمن بن على الشيبانى الشافعى المشهور بالديبغ الزبيدى المتوفى سنة ٩٤٤ وسمّاه تمييز الطيّب من الخبيث

El-Jelálíyet, proposita *Jelál-ed-dín*ica de quaestionibus medicis. — 12661. Mecásid el-hajj, proposita peregrinationis, in quibus brevitati et concisae orationi studetur, auctore Sheikh et Imám *Borhán ed-dín Ibráhím Ben Abd-el-rahman El-Fezári.* Compendium, in quo singulae peregrinationis actiones describuntur. — 12662. Mecásid el-hiráb, proposita repugnantiae de studio flexionum finalium. Carmina quatuor, auctore Sheikh *Lisán-ed-dín Ibn-elkhatib Mohammed Ben Abdallah Cortubi,* anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) interfecto. — 12663. El-Mecásid El-Hisán, proposita pulcherrima de iis, quae necessario observanda sunt. — 12664. El-Mecásid El-Hasanet, proposita pulchra de multis traditionum in linguis hominum celebratarum, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Abd-el-rahman Sekháwi,* anno 902 (inc. 9. Sept. 1496) mortuo. Liber dispositus est secundum literas initiorum, a quibus traditiones incipiunt, et caussa, quae ad eum componendum excitavit, varia contentio incitatior fuit ad mendacia tradenda, quae neque aliunde nota erant neque concedi poterant, eorumque relatio ad prophetam sine ulla qualitatis rerum traditarum certa cognitione. Mendacium autem contra prophetam minime comparandum est cum mendacio contra alium quemcunque, ita ut consentiant, hoc peccatum peccatorum gravium gravissimum esse, et diserte dicant, inexpiabile illud esse, cum Deus ejus resipiscentiam minime admittat; imo Sheikh *Joweini* impietatem ejus efficacissimis verbis affirmat. Ita in praefatione sua *Shekháwi* narrat. — Sheikh *Abd-el-rahman Ben Ali Sheibáni Zebídi* Shafiita, vulgo *Deibagh* dictus et anno 944 (inc. 10. Jun. 1537) mortuus, librum superfluis exuit,

مما يدور على السنة الناس من الحديث اوله الحمد لله الذى رفع بعض خلقه على بعض الخ ذكر انه رأى المقاصد كتابًا حسنا لكنه بالغ فى تطويله بجرده وتتبع فى جميع ما ذكر من التصحيح التمريض وترك ما وراءه وجعله على الحروف ايضا وزاد فيه زيادات مميّزة بقلت وروى عنه فى حرم مكة سنة ٨٩٧ وكان الفراغ من اختصاره فى اربعة ايام فى شهر رمضان سنة ٩٠٦ غير انه الحق بعده ما الحق بمدينة زبيد ذكر انّه حذف منه ما كثر طُرُقه ما يعدا محلّ الحاجة وغالب الاسانيد الواهية منبهًا على حكمها واسمآء الرواة دالّاً غالبا برمز لاسمآئها وميّزه بكتابة الاحمر وملخّصه للشيخ القاضى تقى الدين الفتوحى الحنبلى اوله اما بعد ما ذكر من اسم الله تعالى الخ ولخّصه شهاب الدين احمد بن محمد بن عبد السلام المنوفى المتوفى سنة ٩٣١ اوله الحمد لله القديم الذى له فى ذاته الخ وسمّاه الدرّة اللامعة فى بيان كثير من الاحاديث الشايعة

١٢٦٦٥ مقاصد السنيّة بشرح السراجية مرّ فى الفآء ١٢٦٦٦ مقاصد السنيّة

et recensionem inde enatam inscripsit *Temyiz el-tayyib min el-khabith* i. e. Distinctio probi ab improbo inter traditiones, quae in linguis hominum versantur. Ea ita incipit: Laus Deo, qui alios inter homines prae aliis elevavit etc. Auctor *El-Mecásid* librum pulchrum cognovisse narrat, attamen nimiae verbositati studet; itaque superflua ejus resecuit, et in omnibus, quorum sanitas commemoratur, examinando morbum demonstravit, et quae hunc finem excedunt, reliquit. Distribuit librum pariter secundum literas et additamenta adjecit, quae voce *colto* „dico“ distinxit. *Sekháwi* auctoritate in sacro septo Mekkae retulit anno 897 (inc. 4. Nov. 1491), et libri epitomen quatuor diebus mensis Ramadhán anni 906 (inc. 28. Jul. 1500) absolvit, exceptis additamentis, quae postea in urbe Zebíd adjecit, et resecuisse inde traditiones multis viis relatas commemorat, exceptis iis, quae omnino necessaria essent, porro plerumque auctoritates imbecillas, ita tamen, ut animum ad caussas penitius quaerendas imbecillitatis auctoritatum illarum adverteret, et relatorum nomina, quorum nomina plerumque siglis indicat, et hoc siglum liquore rubro distinxit. — Sheikh Ćádhi *Tacki-ed-din Fatúhi* Hanbalita epitomen selectiora libri continentem edidit, quae ita incipit: Postquam (*Sekháwi*) nomen Dei excelsi commemoravit etc. — *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-selám Menúfi*, anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuus, epitomen ejusdem generis edidit, quae ita incipit: Laus Deo aeterno, cui in essentia sua etc., et *El-Dorret El-Lámiat fi beyán kethir min el-ahádith el-sháiat* inscripta est. — 12665. **El-Mecásid El-Seníyet**, proposita alta. Commentarius in *El-Sirádjiyet*, de quo in litera *Fá* dictum est. — 12666. **El-Mecásid El-Seníyet**,

في معرفة الاجسام المعدنيّة للشيخ تقي الدين احمد بن علي المقريزي المتوفى سنة ٨٤٥ ١٢٦٦٧ مقاصد الصوم للشيخ عبد العزيز بن عبد السلام المتوفى سنة ٦٦٠ ١٢٦٦٨ مقاصد الفلاسفة للامام حجّة الاسلام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٠٥ اوله الحمد لله الذي عصمنا من الضلال الخ عرف فيه مذاهبهم وحكى مقاصدهم من علومهم ١٢٦٦٩ مقاصد [الطالبين] في علم الكلام للعلّامة سعد الدين مسعود بن عمر التفتازاني اوله حمدا لمن تفوح نفحات الامكان الخ رتّبه على ستة مقاصد فرغ من تأليفه سنة ٧٨٤ بسمرقند له عليه شرح جامع وتوفي سنة [٧٩١] اورد في شرحه مغلطة سماها الجذر الاصمّ وقد شرحها الفضلاء وعليه حاشية لمولانا علي القاري مجلّد وعليه حاشية للمولى الياس بن ابراهيم السيناني قال صاحب الشقائق وهي حاشية لطيفة جدًا رأيتها بخطّه وخضر شاه المنتشاوي المتوفى سنة ٨٥٣ وعليه تعليقة للمولى احمد بن موسى الخيالي ذكره المجدي في ذيله ومولانا مصلح الدين المعروف بحسام

---

proposita alta de cognitione corporum metallicorum, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ahmed Ben Ali Macrízi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. — 12567. Mecásid el-saum, proposita jejunii, auctore Sheikh *Abd-el-azíz Ben Abd-el-selám*, anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. — 12668. Mecásid el-felásifet, proposita philosophorum, auctore Imám *Hojjet el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui nos ab errore immunes servat etc. Ibi disciplinam philosophorum definit et ex eorum doctrinis capita rerum enarrat. — 12669. Mecásid [el-tálibín], proposita [studiosorum], auctore viro doctissimo *Sa'd-ed-dín Mes'úd Ben Omar Teftázáni*, anno [791 (inc. 31. Dec. 1388)] mortuo. Opus metaphysicum, quod ita incipit: Laudem ei, cujus odores possibilitatis fragrant etc., et ab auctore, qui ejus compositionem anno 784 (inc. 17. Mart. 1382) in urbe Samarcand absolvit, in sex *Mecásid* dispositum est. Idem commentarium copiosum in illud edidit, in quo quaestionem errori obnoxiam proposuit, quam *El-Jadzr El-Asamm* appellavit, et viri eruditione clari commentariis instruxerunt. — Ad commentarium auctoris Molla noster *Ali El-Cári* glossas composuit volumine comprehensas, itemque Molla *Ilyás Ben Ibráhím Sináni*. Auctor libri *Shecáic*: Hae glossae, inquit, elegantissimae sunt, easque auctoris manu scriptas vidi — porro *Hadhr Sháh Menteshâwi*, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuus. — Molla *Ahmed Ben Musa Khayáli* scholia conscripsit, quae *Mejdi* in appendice sua commemorat; et Molla noster *Moslih-ed-dín*, vulgo *Hosámzádeh* dictus, pariter glossas

زاده كتب حاشية عليه ذكره المجدى واختصره الشيخ محمد بن محمد الدلجى وسمّاه مقاصد
المقاصد توفى سنة ٩٤٧ [نظمه بعضهم] ١٢٦٧٠ مقاصد القصائد البائية للشيخ محيى الدين
عبد القادر بن محمد الشهير بقضيب البان [المتوفى فى حدود سنة ١٠٤٠] ١٢٦٧١ مقاصد
الكافية لابن الحاج محمد بن عبد الله النحوى المتوفى سنة ٦٤١ ١٢٦٧٢ مقاصد اللمع لابى
زكرياء يحيى بن ابى الخير اليمنى المتوفى سنة ١٢٦٧٣ مقاصد النحوية فى شرح شواهد شروح
الالفية وهو المعروف بالشواهد الكبرى مرّ ١٢٦٧٤ مقاطع الحجاز للشيخ جلال الدين عبد
الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٢٦٧٥ مقاطع الشرب لمحمد بن ابى بكر
الدماميني المتوفى سنة ٨٢٨ ١٢٦٧٦ مقاطيع لابى حاتم سهل بن محمد السجستانى المتوفى
سنة ٢٤٨ ١٢٦٧٧ المقال الشافى لبقراط وهو رسالة الى دمطريوس الملك ١٢٦٧٨ المقالات
الاربع فى القضايا بالنجوم على الحوادث لبطلميوس الحكيم ترجمه اسحق بن حنين وشرحه

---

edidit a *Mejdi* commemoratas. Denique Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Delji*, anno 947 (inc. 8. Mai. 1540) mortuus, epitomen ex eo fecit *Mecâsid El-Mecâsid* inscriptam, [et vir quidam librum metrice reddidit]. — 12670. Mecásid el-casáid El-Báiyet, proposita Casidarum in literam *Bá* desinentium, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Abd-el-cádir Ben Mohammed*, vulgo *Cadhîb el-bán* dicto [et circa annum 1040 (inc. 31. Jul. 1630) mortuo]. — 12671. El-Mecásid El-Káfiyet, proposita sufficientia, auctore *Mohammed Ben Abdallah* Grammatico, vulgo *Ibn-elhájj* dicto et anno 641 (inc. 21. Jun. 1243) mortuo. — 12672. Mecásid el-lomai', proposita radiorum, auctore *Abu Zacariyá Yahya Ben Abi'lkheir Yemeni*, anno . . . mortuo. — 12673. El-Mecásid El-Nahwíyet, proposita grammatica. Commentarius in locos probantes commentariorum in *Alfiyam*, qui titulum prae se fert *El-Shewâhid El-Kobra.* Vide supra. — 12674. Mecáti' El-Hijáz, texta lintea in provincia Hijáz facta, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 12675. Mecáti' el-sharb, texta e tenui lino facta, auctore *Mohammed Ben Abi Bekr Demámíní*, anno 828 (inc. 23. Nov. 1424) mortuo. — 12676. El-Mecáti', fragmenta, auctore *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni*, anno 248 (inc. 7. Mart. 862) mortuo. — 12677. El-Mecál El-Sháfi, dictum salutiferum. Epistola Hippocratis ad Demetrium regem. — 12678. El-Mecálát El-Arba', Ptolemaei philosophi Quadripartitum sive de apotelesmatibus et judiciis astrorum libri quatuor. Transtulit eos arabice *Is'hac Ben Honein* et commentario

ابو الحسن على بن رضوان المغربى الطبيب لكن فيه لحن كثير وفساد معنى وخلل من الشارح ابواب الاولى اربعة وعشرون وابواب الثانية ثلثة عشر وابواب الثالثة اربعة عشر وابواب الرابعة تسعة وهو كتاب عظيم النفع كالاصل فى علم النجوم وفى العدد وخواصّه لبقراطوس الاسكندرى

۱۲۶۷۹ مقالات الصابونية فى الموعظة اولها الحمد لله الذى صوّر ظاهر الانسان باحسن التصوير والتقويم الخ رتّب على اربع مقالات فى كلّ منها ابواب ۱۲۶۸۰ المقالات العشر فى مداواة العين واحوالها لحنين بن اسحق [الطبيب العبادى المتوفى سنة ۲٦۰]

۱۲۶۸۱ علم مقالات الفرق

۱۲۶۸۲ المقالات فى اصول الديانات لابى الحسن على بن حسين المسعودى المتوفى سنة ۳۴٦

۱۲۶۸۳ مقالات للشيخ ابى منصور محمد بن محمد الماتريدى المتوفى سنة ۳۳۳ ولزفر ابن هذيل الامام ولابى القاسم البلخى ابتدأ بتأليفه سنة ۲۷۹ كما ذكره ۱۲۶۸۴ مقالات

---

instruxit *Abu'lhasan Ali Ben Ridhwán Maghribi* Medicus. Attamen in hoc commentario deprehenduntur multi barbarismi, sensus corruptio et depravatio ab interprete profecta. Primus liber viginti quatuor capita continet, secundus tredecim, tertius quatuordecim, quartus novem. Hic liber magnae utilitatis est, ut archetypum illud de astrologia, arithmetica et virtutibus numerorum peculiaribus a Hippocrate Alexandrino editum. — 12679. **El-Mecálát El-Sábúníyet**, libelli *Sabunici*. Liber paraeneticus, qui ita incipit: Laus Deo, qui externum hominem pulcherrima formatione et constitutione effinxit etc., et in quatuor libellos dispositus est, qui singuli capita continent. — 12680. **El-Mecálát El-Ashr**, libelli decem de oculo ejusque affectionibus sanandis, auctore *Honein Ben Is'hac* [*El-Ibádi* Medico, anno 260 (inc. 27. Oct. 873) mortuo]. —

12681. **Ilm mecálát el-firec.** Doctrina dictorum haereticorum.

12682. **El-Mecálát fi osúl el-diyánát**, libelli de principiis variarum Deum colendi rationum, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Hosein Mes'údi*, anno 346 (inc. 4. Apr. 957) mortuo. — 12683. **El-Mecálát**, dissertationes. Scripserunt Sheikh *Abu Mansúr Mohammed Ben Mohammed Máterídi*, anno 333 (inc. 24. Aug. 944) mortuus — *Zofar Ben Hodzeil* Imám — et *Abu'lcásim Balkhi*, qui, ut ipse narrat, libri sui compositionem anno 279 (inc. 3. Apr. 892) incepit. — 12684. **El-Mecálát**,

للشيخ علاء الدولة احمد بن محمد السمنانى المتوفى سنة ٧٣٦ ١٢٦٨٥ مقالات اغاذيمون
لتلامذته فى الكيمياء ١٢٦٨٦ مقالة حسين الكفوى فى مولانا مظفر المدرّس بمدرسة ابى ايّوب
الانصارى انشأها بلسان قديمة شجاع الدين وآتى فيه ما يقضى لسامعه العجب من لطائف
محاورة المدرّس مع معيده وقارئه ١٢٦٨٧ مقالة شرى العبيد لروفس الكبير ١٢٦٨٨ مقالة
فى اوصلى شجاع لمولانا لطفى المقتول سنة ٩٠٠ واوصلى كلمة روميّة معناها الحمار الضخم وهى رسالة
لطيفة بالتركيّة جمع فيها جميع ما يتعلّق بالحمار من ضروب الامثال وغيره بمناسبة اقتضاء
الكلام وله مع المولى المذكور لطيفة مشهورة فى الحمام ١٢٦٨٩ مقالة فى الباه لكمال الدين
الحمصى المذكور فى الرسالة الكاملة وهى مستقصاة فى فنّها ١٢٦٩٠ مقالة فى الجدرى لابراهيم
ابن بكس الطبيب الواقى وله مقالة فى ان الماء القراح ابرد من ماء الشعير ١٢٦٩١ مقالة فى
الحساب لكوشيار بن لبان الجيلى اولها الحمد لله كفاء الخ ١٢٦٩٢ مقالة فى الدواء والغذاء

---

dissertationes, auctore Sheikh *Alá-ed-dewlet Ahmed Ben Mohammed Simnání*, anno 736 (inc. 21. Aug. 1335) mortuo. — 12685. **Mecálát Aghadzímún**, colloquia Agathodaemonis cum suis discipulis de alchymia. — 12686. **Mecálet Hosein**, dissertatio *Hoseini Kufuwí* de Molla nostro *Motzaffer* professore ad Collegium *Abu Eyyúbi Ansári*. Composuit eam lingua vetere *Shojá'-ed-dín* et ibi colloquii facetias professoris cum suo repetente et discipulo legente affert, quae auditori admirationem excitant. — 12687. **Mecálet sherá el-abíd**, Rufi Magni liber de servorum emtione venditioneque. — 12688. **El-Mecálet fi uslí shojá'**, dissertatio de asino forti, auctore Molla nostro *Lutfi*, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) interfecto. *Uslí* vox turcica est, quae asinum corpulentum significat. Tractatus elegans turcicus est, in quo proverbia omnia usitata et alia collegit, quae asinum spectant, ut in decursu sermonis conjunctio materiarum et idearum postulat. Inter eum et Mollam laudatum historia bella et nota in balneo intercidit. — 12689. **Mecálet fi el-báh**, libellus de stimulantibus, auctore *Kemál-ed-dín El-Himsí*, sub *El-Risálet El-Kámilet* laudato. In suo genere hic libellus summum tentavit. — 12690. **Mecálet fi el-jedrí**, libellus de variolis, auctore *Ibráhím Ben Bekess* Medico perfecto. Idem libellum de eo composuit, quod aqua fontis limpida magis refrigerans sit decocto hordeaceo. — 12691. **Mecálet fi el-hisáb**, libellus de arithmetica, auctore *Kushyár Ben Lebbán El-Jílí*. Ille ita incipit: Laus Deo, qualis ei convenit etc. — 12692. **Mecálet fi el-dewá we el-ghadá**, liber de medicamentis et cibis et cognitione

ومعرفة طبقاتها للموفق [ابى محمد عبد اللطيف بن يوسف الموصلى ثم] البغدادى [الفيلسوف المتوفى سنة ٦٢٩] وله مقالة فى الجوهر والعرض وفى النفس [وفى العطش] وفى الماء وفى الحركات وفى شفاء الصدور وفى الراوند حرّرها بحلب وفى السقنقور وفى الحنطة وفى الشراب والكرم وفى البحران وفى الكلمة والكلام وفى الردّ على اليهود والنصارى وفى ميزان الادوية والادواء من جهة الكيفيّات وفى المعنى وفى النفس والصوت وفى تدبير الحرب ١٢٦٩٣ مقالة فى الرقة واهويتها واحوال طبائعها لبدر الدين مظفر بن عبد الرحمن البعلبكى المتوفى فى حدود سنة ٦٦٠ ١٢٦٩٤ مقالة فى القوى الانسانيّة للشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله المعروف بابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ وله مقالة فى خطاء من قال ان الكميّة جوهر ومن قال ان شيئًا هو جوهر وعرض معا ١٢٦٩٥ مقالة فى النوم واليقظة لابى جعفر احمد بن محمد الطبيب كتبها لابن ابى فضالة توفى سنة ٣٦٠ ١٢٦٩٦ مقالة المحسنية فى تدبير الصحّة البدنيّة ١٢٦٩٧ مقالة

---

eorum classium, auctore *Mowaffic-ed-dín* [*Abu Mohammed Abd-el-latíf Ben Yusuf* Philosopho, primum urbis Mosul, deinde] Baghdádi inquilino [et anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuo]. — Idem tractatum de substantia et accidente, de anima, [de siti], de aqua, de motibus, de pectorum sanatione et de rhabarbaro scripsit et in urbe Haleb *nitide* exaravit, porro de scinco, de tritico, de vino, de uva, de crisi morbi, de voce et sermone, de refutatione Judaeorum et Christianorum, de quantitate medicamentorum et morborum habita eorum qualitatum ratione, de significatione, de anhelitu, de sono, de bello moderando. — 12693. **Mecálet fi El-Racca we ahwiyatihá**, liber de urbe Racca, ejus aëribus et affectionibus variae ejus naturae, auctore *Bedr-ed-dín Motzaffer Ben Abd-el-rahman Baalbeki*, circa annum 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. — 12694. **Mecálet fi el-cowa el-insaníyet**, libellus de viribus humanis, auctore Sheikh *Reyís Abu Ali Hosein Ben Abdallah*, vulgo *Ibn Síná* dicto et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. Idem tractatum de errore ejus edidit, qui contendit, quantitatem esse essentiam, et ejus, qui contendit, rem simul essentiam esse et accidens. — 12695. **Mecálet fi el-naum we el-yacatzat**, liber de somno et vigilia, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed* Medico, anno 360 (inc. 5. Nov. 970) mortuo. Scripsit eum in favorem *Ibni Abí Fedhála*. — 12696. **El-Mecálet El-Mohsiníyet**, liber benefaciens de regimine sanitatis corporeae. — 12697. **El-Mecálet El-Morshidet**, liber bene dirigens

المرشدة فى درج الولاية المفردة لعماد الدين الدنيصرى [ابى عبد الله محمد بن عباس الطبيب الحاذق المتوفى سنة ٦٨٦] ١٢٦٩٨ مقالة مريانس الراهب ولخالد بن يزيد فى الكيمياء ايضا وهما رسالتان عظيمتان فى هذا الشأن ١٢٦٩٩ مقاليد علم الهيئة ١٢٧٠٠ مقاليد الهيئة للبيرونى احمد بن محمد الفيلسوف المتوفى سنة ٤٣٠ ١٢٧٠١ المقام الاسنى فى كيفية العمل بالاسماء الحسنى ذكره البونى ١٢٧٠٢ مقام العلماء بين يدى الامراء لابى سعد عبد الكريم بن محمد السمعانى المتوفى سنة ٥٦٢ ١٢٧٠٣ مقام القربة رسالة للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ اوله الحمد لله مخصص من شاء من عباده الخ ١٢٧٠٤ مقامات ابن بسام [ابى الحسن على بن احمد الشاعر المعروف بالبسامى] المتوفى سنة ٣٠٣ انشأها للقاضى ابى حامد محمد بن محمد الشهرزورى على ثلثين مقامة ذكر فيها ان الحريرى اورد اللغات الوعرة واظهر المعانى العسرة وانه وضع كريم الطرفين لا بكثير يمل ولا بوجيز يخل فلا

---

de gradibus appropinquationis ad Deum simplicis, auctore *Imád-ed-din Doneiseri* [*Abu Abdallah Mohammed Ben Abbás* Medico sagaci, anno 686 (inc. 16. Febr. 1287) mortuo]. — 12698. Mecálet Maryános, libellus Mariani monachi et *Khalidi Ben Yezíd* de alchymia. Sunt tractatus duo magni de hac materia. — 12699. Mecálíd ilm el-heiat, claves astronomiae. — 12700. Mecálíd el-heiat, claves astronomiae, auctore *Ahmed Ben Mohammed Birúni* Philosopho, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuo. — 12701. El-Mecám El-Asna, statio altissima de ratione cum nominibus pulchris operandi. Laudatur ab *El-Búni*. — 12702. Mecám el-olamá, status virorum doctorum in praesentia Emirorum, auctore *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed Sem'áni*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuo. — 12703. Mecám el-corbet, gradus propinquitatis ad Deum, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo eos inter cultores suos quos vult peculiariter distinguenti etc. — 12704. Mecámát Ibn Bessám, consessus, quos [*Abu'lhasan Ali Ben Ahmed*] *Ibn Bessám* [Poeta, vulgo *Bessámi* dictus et] anno 303 (inc. 17. Jul. 915) mortuus, Cádhio *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Shehrezúri* composuit. Sunt triginta consessus, in quibus auctor narrat, *Haririum* verba importuna usurpasse et sententias difficiles aperuisse, se autem primum auream viam mediam inter extremitates duas eo munivisse, quod neque nimium taedio afficiens, neque parum sensui obtrectans dederit. At hoc *Bessámio* concedi non potest. —

يسلم له ذلك ١٢٧٠٥ مقامات امير كلال جمعها حفيد امير حمزة بن امير كلال وذكر اولاد الامير المذكور وخلفائه واحوال اصحابه وللشيخ ابى سعيد ابى الخير ١٢٧٠٦ مقامات الاولياء لابى عبد الرحمن السلمى [الحافظ محمد بن الحسين النيسابورى الصوفى المتوفى سنة ٤١٣]

١٢٧٠٧ مقامات بدر الدين ابى المحامد احمد بن محمد بن المظفر بن المختار الرازى وهى اثنتى عشرة مقامة روى فيه القعقاع بن زنباع اوله الحمد لله ربّ العالمين حمدًا خالدًا الخ وفرغ سنة ٧٠٠ ١٢٧٠٨ مقامات بديع الزمان احمد بن حسين الهمدانى المتوفى سنة ٣٩٨ وهو سابق على الحريرى والّف الحريرى على منوالها وذكر فى خطبته انه مرشده فى طريق التأليف

١٢٧٠٩ المقامات الزينيّة انشأها الشيخ الامام شمس الدين ابو الندى معد بن ابى الفتح نصر الله بن رجب المعروف بابن الصيقل الجزرى المتوفى سنة ٧٠١ اوله الحمد لله الذى ايّدنا بمنائح الآلاء الخ وهى خمسون مقامة كالحريرى لكنه موخّر عنه نسبه الى ابى نصر المصرى وعزى روايته الى القاسم بن جربال الدمشقى الّفه سنة ٦٧٢ ١٢٧١٠ مقامات السرقسطيّة اللزوميّة

---

12705. Mecámát Emír Kolál, consessus Emíri *Kolál.* Collegit eos nepos Emíri *Hamza* filii Emíri *Kolál*, et filios Emíri laudati ejusque vicarios et sociorum conditiones commemorat. — Consessus similes Sheikh *Abu Saîd* filius *Abu'lkheiri* edidit. — 12706. Mecámát el-auliyá, stationes amicorum Dei, auctore *Abu Abd-el-rahman Solemí* [El-Háfitz *Mohammed Ben-elhosein Nisábúri Sufi*, anno 413 (inc. 6. Apr. 1022) mortuo]. — 12707. Mecámát Bedr-ed-dín, consessus *Bedr-ed-díni Abu'lmehámid Ahmed Ben Mohammed Ben-elmotzaffer Ben-elmokhtár El-Rází.* Consessus duodecim, in quibus *El-Ca'cá' Ben Zinbá'* historias narrat. Librum, qui ita incipit: Laus Deo mundorum domino sempiterna etc., anno 700 (inc. 16. Sept 1300) absolvit. — 12708. Mecámát Bedí' el-zemán, consessus miraculi temporis *Ahmed Ben Hosein Hemdáni*, anno 398 (inc. 17. Sept. 1007) mortui. Praecessit hic *Harírium*, et *Harírí* ad ejus rationem composuit. Ipse in praefatione confessus est, se ab illo in ratione compositionis ductum esse. — 12709. El-Mecámát El-Zeiniyet, consessus *Zein-ed-díni*ci. Composuit eos Sheikh et Imám *Shems-ed-dín Abu'lnedí Maadd Ben Abi'lfat'h Nasrallah Ben Rejeb Jezeri*, vulgo *Ibn-elseical* dictus et anno 701 (inc. 6. Sept. 1301) mortuus, et ita orsus est: Laus Deo, qui nos donis beneficiorum suorum adjuvit etc. Sunt quinquaginta consessus ad numerum *Harírí*anorum, attamen *Ibn-elseical Harírio* recentior est. *Abu Nasro El-Misri* eos tribuit et *Cásimum Ben Hirbál Dimeshcki* loquentem fecit. Composuit anno 672 (inc. 18. Jul. 1273). — 12710. El-Mecámát El-Saracostíyet, consessus

To: www.al-mostafa.com

المشهورة للشيخ جمال الدين [ابي طاهر] محمد بن يوسف [التميمي المازني السرقسطي المعروف بابن الاشتركوني المتوفى سنة ٥٣٨] وهي خمسون مقامة انشأها بقرطبة عند وقوفه على ما انشأه الحريري بالبصرة اتعب فيها خاطره واسهر ناظره ولزم في نثرها ونظمها ما لا يلزم فجاءت على غاية من الجودة حدث فيه المنذر بن حمام عن السائب بن تمام ١٢٧١١ مقامات الشهابية لشمس الدين محمد بن الحسن بن [سباع الجذامي] الصائغ الدمشقي الاديب المتوفى سنة ٧٢٠ عملها للقاضي شمس الدين الخوبي ١٢٧١٢ مقامات الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ وهي تسع وعشرون رسالة كل واحدة منها مقامة ١ في المكة والمدينة سمّاها ساجعة الحرم ٢ في ابوى النبي [سمّاها السندسيّة] ٣ في موت الاولاد لازورديّة ٤ مقامة الذهبيّة في الحمى ٥ الكاوي في ردّ تأريخ السخاوي ٦ الوزهرية ٧ المستنصريّة ٨ مقامة اولى الالباب ٩ في مسئلة الحلف ١٠ الورديّة ١١ المسكيّة

Caesaraugustani certis compositionis legibus adstricti et noti, auctore Sheikh *Jemál-ed-din* [*Abu Táhir*] *Mohammed Ben Yusuf* [*Temími Mázini Saracosti*, vulgo *Ibn-elashterkúni* dicto et anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo]. Quinquaginta consessus, quos Cordubae conscripsit, cum ea legeret, quae *Haríri* Basrae composuerat. In iis componendis mentem defatigavit et oculum in vigilia detinuit, in solutaque eorum et ligata oratione condenda leges sibi praeter necessitatem observandas imposuit, ita ut magnum praestantiae gradum attingerent. Ibi *Mondzirum Ben Hammám* ex auctoritate *Sáibi Ben Temmám* referentem fecit. — 12711. El-Mecámát El-Shehábiyet, consessus *Shehâb-ed-dinici*, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben-elhasan Ben* [*Sibá' Jodzámi*] *El-Sáigh Dimeshchi* Philologo, anno 720 (inc. 12. Febr. 1320) mortuo. Composuit eos in favorem Cádhii *Shems-ed-din Khowayyi*. — 12712. Mecámát El-Sheikh Jelál-ed-dín, consessus Sheikhi *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortui. Viginti novem tractatus, qui singuli consessum statuunt. Primus agit de Mekka et Medina et *Sájiat el-haram* i. e. Columba gemens sacri templi Mekkani inscriptus est — secundus de prophetae parentibus [et *Sondosiyet* nominatur] — tertius, *Lazuwerdíyet* (coeruleus) dictus, de morte liberorum — quartus, aureus, de febri — quintus, pungens (*Káwi*) de refutatione historiae *Sekháwii* — sextus, *Mozhiriyet*, floridus — septimus, *Mostansiríyet*, Mostansiricus — octavus consessus virorum cordatorum — nonus de quaestione jurisjurandi — decimus, *Werdíyet*, roseus — undecimus, *Miskíyet*, de

١٢ التفاحيّة ١٣ الزمرديّة ١٤ الفستقية ١٥ الياقوتيّة ١٦ بلبل الروضة ١٧ اللؤلؤيّة ١٨ البحريّة ١٩ الدريّة ٢٠ الفتاش على القشاش ٢١ الاستنصار بالواحد القهّار ٢٢ الدوران الفلكى على ابن الكركى ٢٣ صاحب سيف على صاحب حيف ٢٤ الكلاجية فى الاسئلة التاجية ٢٥ قمع المعارض فى نصرة ابن الفارض ٢٦ الفارق بين المصنّف والسارق ٢٧ طرز العمامة فى التفرقة بين المقامة والقمامة ٢٨ رشف الزلال من السحر الحلال وهى فى احد وعشرين عالما تزوّج كل منهم ووصف كل منهم ليلته مورّيا بالفاظ فنّه ٢٩ اللفظ الجوهرى [فى ردّ خباط الجوجرى]

١٢٧١٣ مقامات العشّاق فى ورقتين لابن العفيف [محمد بن سليمان الاديب] التلمسانى المتوفى سنة [٦٨٨] ونسج الشيخ محمود الجوهرى على منوالها وهو الشيخ محمود بن سلمان [بن فهد] ابو الثناء الحلبى [الحنبلى] المتوفى سنة ٧٢٥

١٢٧١٤ مقامات العشّاق للواعظ العاشق المشتاق

---

variis musci speciebus — duodecimus, *Toffûhîyet*, de septem mali speciebus — tertius decimus, *Zomorodîyet*, de smaragdi speciebus — quartus decimus, *Fostackîyet*, de septem pistaciarum speciebus — quintus decimus, *Yacûtîyet*, de septem lapidis hyacinthi speciebus — sextus decimus, *Bulbul El-Raudhat*, luscinia insulae *Raudhat* in Aegypto — septimus decimus, *Luluiyet*, consessus margaritarius — duodevicesimus, *Bahrîyet*, qui de mari (Nilo?) agit — undevicesimus, *Dorrîyet*, de unionibus — vicesimus, *El-Fettâsh ala el-coshâsh*, quisquilias diligenter perscrutans — vicesimus primus, *El-Istinsâr*, auxilium per unum omnipotentem acceptum — vicesimus secundus, *El-Dewerân El-Felechi*, conversio coelestis contra *Ibn-elkerechi* — vicesimus tertius, *Sâhib seif*, ensifer contra injustum — vicesimus quartus, *Kulâjiyet*, consessus pileatus de quaestione coronae — vicesimus quintus, *Cam'a' el-moâridh*, oppressio adversarii de auxilio *Ibn-elfâridh*o ferendo — vicesimus sextus, *El-Fâric*, liber inter auctorem et furem discernens — vicesimus septimus, *Tarz el-imâmet*, ornatio pulchra fasciae capiti obvolutae de discrimine inter voces *mecâmet* et *comâmet*, quae catervam hominum significant — vicesimus octavus, *Rashf el-zolâl*, sorbitio aquae limpidae ex incantamento licito i. e. poesi. Hic consessus de viginti duobus viris doctis agit, qui omnes matrimonium ineunt, et singuli noctem suam ita describunt, ut genere dicendi suae scientiae proprio utantur — vicesimus nonus, *El-Lafiz El-Jauheri*, vox substantialis [de refutanda *Jaujeri*i dementia]. — 12713. **Mecâmât el-oshshâc**, consessus amantium. Duo folia, auctore [*Mohammed Ben Soleimân*] *Tilimsâni*, [vulgo] *Ibn-elafif* [dicto et] anno [688 (inc. 25. Jan. 1289)] mortuo. Hujus normam et rationem Sheikh *Abu'lthenâ Mahmûd Ben Selmân* [*Ben Fahd*] *Halebi* [Hanbalita], vulgo *Jauheri* dictus et anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuus, imitatus est. — 12714. **Mecâmât el-oshshâc**, consessus amantium, auctore praedicatore amore mystico

ابى محمد على بن سليمان الشهير بالواعظ الارمناكى رتّب على اربعين مقامة فى التفسير والحديث والمواعظ اوله الحمد لله الذى ادهش الباب ذوى الالباب عن ادراك اسمآئه وصفاته الخ ١٢٧١٥ مقامات العليّة فى الكرامات الجليّة لفتح الدين [الحافظ] محمد بن محمد بن سيد الناس [اليعمرى] المتوفى سنة ٧٣٤ ١٢٧١٦ مقامات فارسى قال ابن الاثير انها لابى بكر المحمودى القاضى المتوفى سنة ٥٥٩ وقد رايتها فى مجلّد صغير الّفها القاضى حميد الدين ابو بكر بن عمر بن محمود البلخى على ثلث وعشرين مقامة واتمّها فى جماذى الاخرة سنة ٥٥١ ١٢٧١٧ مقامات الفلسفيّة والترجمانات الصوفيّة الجامعة فى معالم الطبيعى والرياضى والالهى وعدّتها خمسون مقامة فى ضروب من الفنون مجلّد ضخم اوله الحمد لله واجب الوجود الفاعل المختار الخ جعل الراوى لهن ابا القاسم النواب والمروى عنه ابا عبد الله الاواب انّه مصنّفه سنة ٧٠٢ [كلامه يدلّ] على انه رجل مصرى ١٢٧١٨ مقامات القلوب لابى الحسين النورى [احمد بن محمد] الصوفى المتوفى سنة ٢٩٥ ١٢٧١٩ مقامات للشيخ ابى

---

et desiderio pio affecto *Abu Mohammed Ali Ben Soleimán*, vulgo *El-Wáitz El-Armenáki* dicto. Disposuit librum in quadraginta consessus de exegesi coranica, traditionibus et argumentis paraeneticis, et ita orsus est: Laus Deo, qui corda virorum cordatorum attonita reddit, ut nomina et attributa ejus animo concipere vix possint etc. — 12715. **El-Mecámát El-Alíyet**, consessus sublimes de donis supernaturalibus evidentibus, auctore [Háfitz] *Fat'h-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Seyyid el-nás* [*El-Ya'mari*], anno 734 (inc. 12. Sept. 1333) mortuo. — 12716. **Mecámát**, consessus, persice. *Ibn-elathir:* Eorum auctor, ait, est Cádhi *Abu Bekr Mahmúdi*, anno 559 (inc. 30. Nov. 1163) mortuus. Vidi eos in parvo volumine, et Cádhi *Homeid-ed-dín Abu Bekr Ben Omar Ben Mahmúd Balkhi* eos viginti tres numero composuit, et mense Jomádzi II. anni 551 (inc. 25. Febr. 1156) absolvit. — 12717. **El-Mecámát El-Felsefíyet**, consessus philosophici et interpretationes theosophicae universales de signis doctrinae physicae, mathematicae et metaphysicae. Numero sunt quinquaginta consessus de variis doctrinarum partibus. Volumen crassum, quod ita incipit: Laus Deo existentia absoluta praedito, ad arbitrium agenti etc. Auctor eum, qui consessus refert, *Abu'lcásim El-Newwáb* fecit, et eum, cujus auctoritate referuntur, *Abu Abdallah El-Awwáb*. Auctor eos anno 702 (inc. 26. Aug. 1302) composuit, [et oratio demonstrat], eum virum Aegyptium fuisse. — 12718. **Mecámát el-colúb**, stationes cordium, auctore *Abu'lhosein Newewi* [*Ahmed Ben Mohammed*] *Sufi*, anno 295 (inc. 12. Oct. 907) mortuo. — 12719. **El-Mecámát**,

محمد قاسم بن على الحريرى المتوفى سنة ٥١٦ وهى كتاب لا يحتاج الى التعريف لشهرته قال الزمخشرى

أُقسم بالله وآياته
ومشعر الحج وميقاته
انّ الحريرى حرىٌ بانّ
تكتب بالتبر مقاماته

قال فى خطبته ولما جرى ببعض أنديةِ الادب ذكرُ المقامات لبديع الزمان وعزى الى ابى الفتح الاسكندرى نشأتها وعيسى بن هشام روايتها وكلاهما مجهولٌ لا يُعرف فاشير الىّ ان أُنشئ مقامات اتلو فيها تلوَ البديع فانشأتُ خمسين مقامة تحتوى على جدّ القول وهزله ورقيق اللفظ وجزله وغُرر البيان ودُرره ومُلح الادب ونوادره الى ما وشحتها به فى الآيات ومحاسن الكنايات ورصّعته فيها من الامثال العربيّة واللطائف الادبيّة والاحاجيّ النحويّة والفتاوى اللغويّة والرسائل المبتكرة والخطب المحبّرة والمواعظ المبكية والاضاحيك الملهية مما أمليتُ جميعه

consessus, auctore Sheikh *Abu Mohammed Câsim Ben Ali Harîri*, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. Liber tam celeber est, ut longiore ejus descriptione carere possimus. *Zamakhsheri* in eum hos versus fecit:

Juro per Deum ejusque miracula (versus Corani)
Et locum peregrinationis sanctum et stationem, unde peregrinantes proficiscuntur,
*Harîri*um dignum esse,
Cujus Consessus auro scribas.

*Harîri* in praefatione haec habet: Cum in conventu quodam literario mentio facta esset Consessuum a Miraçulo temporis *Hamadâni* editorum, et hic eorum originem ad *Abu'lfat'h Iskenderi* retulisset, et relationem *Isae Ben Hishâm* tribuisset, uterque autem nunc ignotus neque ulli cognitus esset, mandatum mihi est, ut consessus componerem, in quibus vestigia *Hamadhâni* celeberrimi sequerer. Composui igitur quinquaginta consessus, qui dicta seria et jocosa, verba levia et gravia, eloquentiae splendores et margaritas, facetias lepidas et raras continebant. Praeterea eos versibus coranicis et pulchris metonymiis ornavi, iisque proverbia arabica, subtiles literarum elegantias, aenigmata grammaticae arguta, consulta lexicologica, dissertationes de novo productas, orationes solemnes pulchras, exhortationes ad fletum moventes et ridicula

على لسان ابى زيد السروجى واسندتُ روايتَه الى الحارث بن همّام البصرى ولم أُودِعْه من الاشعار الاجنبيّة الا بيتَين الخ وفى طبقات السيوطى قال البندهى كان سبب وضعها ان ابا زيد السروجى ورد البصرة وكان شيخا بليغا فوقف فى مسجد بنى حرام فسلّم ثم سأل الناس [والمسجد غاصّ بالفضلاء] فاعجبهم فصاحته [وحسن صياغة كلامه] وذكر اسر الروم ولده كما ذكر فى المقامة الحراميّة قال الحريرى فاجتمع عندى فضلاء واخبروا ما سمعوه وتعجّبوا منه فانشأت المقامة الحراميّة ثم بنيت عليها سائر المقامات وذكر ابن الجوزى انه عرض الحراميّة على الوزير انوشروان فاستحسنها فامره ان يضيف اليها ما شاكلها فاتمّها خمسين وقيل رجع الى البصرة فصنع اربعين مقامة ثم عرضها فاتّهمه من يحسده فقالوا ان كان صادقا فليصنع مقامة اخرى فقال نعم وجلس ببغداد اربعين ليلة وسوّد كثيرا فلم يصنع شيئا فعاد الى البصرة وعمل عشر مقامات فحينئذ بان فضله وقد اعتنى عليه الادباء فشرح

---

ludicra intexui. Ea omnia labris *Abu Zeidi Serúji* commisi eorumque relationem *Háritho Ben Hemmám Basri* tradidi, et e carminibus peregrinis duos tantum versus assumtos inserui, et quae sunt reliqua. — In Classibus *Soyúti* haec leguntur. *Bendehi:* Caussa, inquit, consessuum componendorum haec fuit. *Abu Zeid Serúji* Basram venit, et fuit hic Sheikh eloquens, et aliquando in Mesquita Haramidarum stetit et salutavit. Tum homines, [quorum multis bene meritis Mesquita referta erat], aliquid interrogavit. Mox ejus eloquentia et pulchra orationis forma illos admiratione affecit. Narravit etiam, Byzantinos filium suum cepisse, ut in consessu *Harámiye* relatum est.— *Hariri* autem: Convenerunt, inquit, apud me viri conspicui nuntiantes, quae audivissent, et virum illum admirantes. — Quo facto consessum *Harámiye* composui, eumque postea ceterorum consessuum fundamentum feci. — *Ibn-eljauzi* narrat, *Harírium* consessum *Harámiye* Weziro *Anushirwán* obtulisse. Qui cum eum valde approbasset, mandavit, ut alios adderet, qui ei similitudine aequarent. Absolvit igitur quinquaginta consessus. — Basram eum rediisse ibique quadraginta consessus confecisse tradunt. Tum eos in lucem protulit; quo facto vir quidam invidus suspicionem in eum contulit. Quapropter: Si illos revera fecit, dixerunt, consessum novum iis similem componat. — Quo audito: Componam, inquit. Baghdadi igitur quadraginta noctes lucubravit, et primis lineis multa perscripsit, neque tamen quidquam perfecit. Hac de caussa Basram rediit et decem consessus absolvit. Et ab hoc inde tempore gloria ejus eruditionis inclaruit. —

a Sheikh suo *Abd-el-dáim Azheri* didicisse. — 12765. **El-Mocaddimet El-Jozúlíyet**, prolegomena *Jozúli*i de grammatica *El-Canún* inscripta, quae *Abu Musa Isa Ben Abd-el-azíz Jozúli* [*Berberi*] Grammaticus, anno 607 (inc. 25. Jun. 1210) mortuus, composuit. Interdum ibi res affert singulares et miras et summae brevitati studet, quamquam liber adnotationes multas grammaticas continet, neque quisquam ante auctorem similia protulit. Multi viri eruditione insignes commentarios in haec prolegomena ediderunt, quae alias titulum *Amáli* i. e. dictata grammatica prae se ferunt. Alii eorum auctorem Sheikhum *Abu Is'hac Ibráhim Ben Mohammed* Grammaticum esse dicunt. Nonnulli ad ea paradigmata composuerunt, et nihilominus subtile eorum argumentum non intelligitur, ita ut plurimi grammatici confiterentur, ingenia sua nimis hebetescere, quam ut, quae auctor iis significare voluerit, perspicere possent; certe enim aenigmata sunt et subtilia tantum indicia. Imamus quidam: Ego haec prolegomena, ait, non perspicio, unde minime necessario efficitur, grammaticam me non cognoscere. Ita in *Wefayát Ibn Khallekán*i legitur. Alius quidam dicit, haec prolegomena minime grammaticam, sed certe logicam tantum cum suis terminis esse. In interpretibus eorum numerantur Sheikh *Abu Ali Omar Ben Mohammed Azdi Shelaubíni* [*Ishbili*], anno 645 (inc. 8. Mai. 1247) mortuus, qui commentarium majorem et minorem composuit. In iis negligentiae documenta esse dicunt. — *Ahmed Ben Abd-el-núr Málacki*, anno 702 (inc. 26. Aug. 1302) mortuus — *Alem-ed-dín Cásim Ben Ahmed Lurcki Andalusi*, anno 661 (inc. 15. Nov. 1262) mortuus. — *Sa'd-ed-dín Ahmed*

الجذامى [الاندلسى البيانى النحوى] المتوفى بعد سنة ٦٥٠ وابن مالك محمد بن عبد الله النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ وسمّاه منهاج الجلى فى شرح القانون الجزولى اوله احمد الله على نعمته الخ قال هذا كتاب القانون فى النحو للشيخ الامام الفاضل عيسى ابى موسى الجزولى وان كان صغير الحجم لكنه كثير العلم مستعصى على الفهم مشتمل على لباب الادب منطو على سرّ كلام العرب متضمّن للنكت العربيّة خلا عنها اكثر شروح النحو ورأيت اكثر اهل عصرنا مآئلين الى حفظه لكنهم يعجزون عن فهمه حتى ظنّ بعضهم به انّه منطق او ان اكثره منطق وليس فيه ما يتعلّق بالبحث المنطقى سوى فصيل نزر فى اوله وقد كنت اكثرت من تتبّع الفاظه فاقبلت على شرحه ومحمد بن على [ابن الفخّار المالقى] الجذامى المتوفى سنة ٧٢٣ وابن عصفور على بن مؤمن [الحضرمى الاشبيلى] النحوى المتوفى سنة ٦٦٩ ولم يكمله وكمله تلميذه الشلوبينى الصغير محمد بن على [الانصارى المالقى] المتوفى فى حدود سنة ٦٧٠ والسيد على بن ميمون المغربى المتوفى سنة [٩١٧] وعزّ الدين العجمى المازندرانى المتوفى سنة وشرح الجزوليّة لرضى الدين

---

*Jodzámi* [*Andalusi Beyâni* Grammaticus], post annum 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuus — *Mohammed Ben Abdallah* Grammaticus, vulgo *Ibn Málik* dictus et anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuus, cujus commentarius *El-Minháj El-Jeli fi sharh El-Cánún El-Jozúli* inscriptus est et ita incipit: Laudo Deum pro ejus benignitate etc. Licet, inquit, liber *Cánún* de grammatica, a Sheikh et Imám merito *Abu Musa Isa Jozúli* editus, parvo volumine contineatur, tamen thesaurus est scientiae copiosus, ad intelligendum difficillimus, meliora philologiae complectens, arcana orationis Arabum comprehendens et acute dicta arabica continens, quibus plurimi commentarii grammatici carent. Vidi autem permultos aequalium ad ea memoriae mandanda propensos, attamen nimis imbecilli erant, quam ut ea intelligere possent, adeo ut nonnulli crederent, librum totum logicam, aut saltem majorem ejus partem logicam esse. At vero nihil in eo est, quod disquisitionem logicam spectet excepta parte exigua in ejus initio. Jam studiosissime voces per singulas partes examinabam, et librum exponendum aggressus sum. — Porro commentarios composuerunt *Mohammed Ben Ali* [*Ben-elfokhkhár Malacki*] *Jodzámi*, anno 723 (inc. 10. Jan. 1323) mortuus — *Ibn Osfúr Ali Ben Mumin* [*Hadhremi Ishbíli*] Grammaticus, anno 669 (inc. 20. Aug. 1270) mortuus, qui commentarium non absolvit. Eum absolvit discipulus ejus *Shelaubíni* Minor *Mohammed Ben Ali* [*Ansári Málacki*], circa annum 670 (inc. 9. Aug. 1271) mortuus — *Seyyid Ali Ben Meimún Maghribi*, anno [917 (inc. 31. Mart. 1511)] mortuus — *Izz-ed-din Ajemi Mázenderáni*, anno . . . mortuus — *Redhi-ed-din Ibráhim Ben Ja'far*

ابراهيم بن جعفر الاربلي وشمس الدين ابي العباس احمد بن حسين ابن الخباز المتوفى سنة ٦٣٧ ومن شروحها شرح ممزوج اوله الحمد لله الذي افتتح بالحمد كتابه الخ وله مقدّمة اخرى كتبها حين قرأ الجمل على ابن البري في مسائل سألها عنه فاجابه وجرى فيها بحث بين الطلبة حصلت منه فوائد علّقها الجزولي مفردة فجاءت كالمقدّمة فيها كلام غامض فتلقى الناس عنه واستفادها منه واذا سئل عنها هل هي من تصنيفك قال لا تورّعًا من ابن خلكان

١٢٧٦٦ مقدّمة الحنّاويّة في النحو [لشهاب الدين الحنّاوي شيخ السخاوي] اوله وما توفيقي الا بالله الخ وشرحها الشيخ الشرف يحيى بن محمد الدماطي [الشافعي المتوفى سنة ٨٧٩] اوله الحمد لله الذي جعل النحو قانونًا لتركيب الكلام الخ فرغ عن شرحه في ذي القعدة سنة ٨٥٩

١٢٧٦٧ مقدّمة الدين في المعرفة واليقين فارسي لصاحب فتاوى الصوفية

١٢٧٦٨ مقدّمة الزاهد وهي ستون مسئلة للشيخ احمد الزاهد المتوفى سنة ٨١٨ وشرحها الشهاب

---

*Irbíli* - *Shems-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Hosein Ibn-elkhabbáz*, anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuus. — Alius commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui a laude librum suum orsus est etc. — *Jozúli* prolegomena alia edidit, quae scripsit, cum praeside *Ibn-elberri* librum *Jomel* legeret, de quaestionibus, quas huic proposuerat. *Ibn-elberri* responsa reddidit, et de iis inter studiosos disquisitio oborta est, unde institutiones utiles efficiebantur, quas *Jozúli* separatim instar scholiorum conscripsit. Inde liber prolegomenis similis ortus est, ea tamen oratione obscura scripta sunt, ita ut homines ea ab illo discerent et praecepta utilia perciperent. Quando de iis interrogabatur: Num tu ea composuisti? modestia commotus: Minime, respondit. — Haec ab *Ibn Khallekán* petita sunt. — 12766. **El-Mocaddimet El-Hinnáwíyet**, prolegomena *Hinnáwica* de grammatica, [auctore *Shehháb-ed-dín Hinnáwi* Sheikho *Sekháwii*]. Incipiunt ita: „Et non auxilium meum nisi in Deo" etc. — In ea Sheikh *Sherefi Yahya Ben Mohammed Dombáti* [Shafiita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus], commentarium edidit, qui ita incipit: Laus Deo, qui grammaticam legem esse voluit orationis componendae etc. Absolvit commentarium mense Dzu'lca'det anni 859 (inc. 22. Dec. 1455). — 12767. **Mocaddimet ed-dín**, prolegomena religionis de cognitione mystica et cognitione certa sive fide Mohammedica. Scripsit persice auctor libri *El-Fetáwi El-Sufíyet*. — 12768. **Mocaddimet el-záhid**, prolegomena ascetae, auctore Sheikh *Ahmed* asceta, anno 818 (inc. 13. Mart. 1415) mortuo. Sexaginta quaestiones, in quas *Shehháb-ed-dín*

احمد بن محمد بن عبد السلام المتولد سنة ٨٤٢ [والمتوفى سنة ٩٣١] وسمّاه تذكرة العابد ١٢٧٦٩ مقدّمة السالمة فى خوف الخاتمة لعلى القارى ١٢٧٧٠ مقدّمة الصلوة اختلف فى مؤلّفه فقيل لشمس الدين محمد بن حمزة الفنارى المتوفى سنة وهو الصحيح كما صرّح شارحها المولى احمد المعروف بطاشكبرى زاده المتوفى سنة ٩٦٨ اوله الحمد لله الذى جعل الصلوة ثانية للايمان الخ شرح ابراهيم ابن مردرس البخارى المتوفى سنة ونسبها الى لطف الله النسفى المشتهر بالفاضل الكيدانى وقال شرحها غير واحد من العلماء فانّها مع نهاية صغرها مشتملة على مسآئل ضروريّة يحتاج اليها البريّة مغنية فى مائة من المتداولات انتهى وقد رأيت كليهما شرحًا ممزوجًا بالمتن وشرحها مولانا شمس الدين محمد القوهستانى [المتوفى فى حدود سنة ٩٥٠] شرحًا ممزوجًا اوله الحمد لله الذى رفع قاعدة الفقه الخ ونسبها الى المولى لطف الله النسفى المشهور بالفاضل الكيدانى قال وقد اشتهر فى ما ورآء النهر اشتهار الشمس ومن شروحها شرح الحسن الكافى

---

***Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-selám,*** anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) natus [et anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuus], commentarium ***Tedzkiret el-ábid*** inscriptum edidit. — 12769. **M o c a d d i m e t  e l - s á l i m e t ,** prolegomena de anima in fine vitae periculoso a metu tuta, auctore ***Alí El-Cári*** (Corani lectore). — 12770. **M o c a d d i m e t  e l - s a l á t ,** prolegomena precationis. In diversas abeunt de eorum auctore opiniones. Nonnulli ea a ***Shems-ed-dín Mohammed Ben Hamza Fenári,*** anno . . . mortuo, scripta esse tradunt. Hoc verum est, ut eorum interpres Molla ***Ahmed,*** vulgo ***Táshköprizádeh*** dictus et anno 968 (inc. 22. Sept. 1560) mortuus, diserte dicit. Commentarius ita incipit: Laus Deo, qui precationem consequentiam esse voluit confessionis verae religionis etc. Porro ***Ibráhím Ibn Merderús Bokhári,*** anno . . . mortuus, commentarium edidit, qui prolegomena ***Lutfallaho Nesefi,*** vulgo ***El-Fádhil*** (bene meritus) ***El-Kidáni*** dicto, tribuit. Plures, ait, virorum doctorum commentarios scripserunt, nam, non obstante summa prolegomenorum brevitate, quaestiones continent necessarias, quibus homines supersedere non possunt, et quae in centum libris tritissimis desiderantur. — Haec ille. — Vidi utrumque commentarium textum admixtum habentem. — Pariter Molla noster ***Shems-ed-dín Mohammed Cuhostáni,*** [circa annum 950 (inc. 6. Apr. 1543) mortuus], commentarium scripsit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui fundamentum jurisprudentiae erexit etc. Hic quoque Mollam ***Lutfallah Nesefi,*** vulgo ***El-Fádhil El-Kidáni*** dictum, libri auctorem statuit. Inclaruit ille, ait, in terris Transoxanis solis instar. — ***Hasan Káfi Ac'hisári,***

الاقحصارى [المتوفى سنة ١٠٢٥] وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله الذى مخّص قلوبنا بالايمان والاعتقادات الخ ذكر فيه انه لابن كمال نقلا عن بعض اساتذته وهو الشيخ حاج افندى المعروف بقره منلا كان تلميذ المصنّف ست عشرة سنة وكان معيدًا لدرسه واميتًا لفتواه وتوفى سنة ٩٨٣ وقد جاوز المائة واتمّ الشرح سنة ٩٩٨ ومقدّمة اخرى للشيخ جمال الدين ابى شجاع منكوبرس بن عبد الله المستنصرى [الحنفى المتوفى سنة ٦٥٢] اوله الحمد لله الواحد القديم الخ ذكر فيه ما هو فرض للعبد من التوحيد والعبادات الخمس ١٢٧٧١ مقدّمة العاجل لذخيرة الاجل للشيخ محمد بن داود البازلى الحموى الشافعى ١٢٧٧٢ مقدّمة الغزنويّة فى فروع الحنفيّة اولها الحمد لله الذى عمّ البلاد بنعمته الخ للشيخ الامام احمد بن محمد الغزنوى الحنفى المتوفى سنة [٥٩٣] وهو مختصر نافع فى العبادات حجمه صغير وعلمه كثير ذكر فيه الفرائض والواجبات والسنن والآداب ورتّبه على ثمانية ابواب آ فى طلب العلم وفيه اربعة فصول

---

[anno 1025 (inc. 10. Jan. 1616) mortuus], alium commentarium edidit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui corda nostra fide vera et religionis articulis purificavit etc. Hic auctoritate cujusdam suorum praeceptorum interposita auctorem libri *Ibn Kemál* esse dicit. Praeceptor ille fuit Sheikh *Hájj Efendi*, vulgo *Carah Menla* dictus, qui sedecim annos scholas auctoris frequentaverat. Repetitor ejus lectionum erat et fidelis jurisconsultorum custos. Obiit anno 983 (inc. 12. Apr. 1575) plus centum annos natus, et *Hasan* commentarium anno 998 (inc. 31. Oct. 1589) absolvit. — Sheikh *Jemál-ed-dín Abu Shojá' Menkubers Ben Abdallah Mostansiri* [Hanefita, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuus], alia prolegomena edidit, quae ita incipiunt: Laus Deo unico, aeterno etc. Commemorat ibi fidem in unum Deum et observationem quinque officiorum cultus Mohammedani, quae servo devoto imposita est. — 12771. Mocaddimet el-ájil, praecursor vitae hujus caducae ad thesaurum vitae futurae conservandum, auctore Sheikh *Mohammed Ben Dawud Bázili Hamawi* Shafiita. — 12772. El-Mocaddimet El-Ghaznewiyet, prolegomena *Ghaznewii* de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore Sheikh et Imám *Ahmed Ben Mohammed Ghaznewi* Hanefita, anno [593 (inc. 24. Nov. 1196)] mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui terras omnes benignitate sua complectitur etc., ad officia cultus cognoscenda utile, parvo volumine sed plenum eruditione est. Auctor ibi tractat praecepta jure divino et canonico sancita et observanda, articulos in consuetudine positos et a Sunna praescriptos et humanitatis regulas, et librum in octo capita disposuit, quorum primum de quaerenda doctrina agit et quatuor

٢ فى مناقب ابى حنيفة وفيما يتعلّق بالتوحيد وفى المياه وفى التقدير وفى فصل الاستنجآء وفيه خمسة فصول فى كيفيّته فى الصحرآء فى استبرآء المرأة فى الفرق بين الاستنجآء والاستبرآء ٣ فى السواك ٤ فى فضل الوضوء وفيه ستة فصول ٥ وفى فضل الصلوة المكتوبة وفيه ستة عشر فصلا ٦ وفى فضل الزكوة وفيه فصلان ٧ فى فضل شهر رمضان ٨ فى العمل بالعلم وشرحها الشيخ الامام ابو البقآء محمد بن احمد بن الضيآء القرشى الحنفى وسمّاه ضيآء المعنوية على مقدّمة الغزنويّة قال مختصر نافع تلقّاه العلمآء بالقبول فوضعت شرحًا لان احدًا قبل لم يكشف قناعها مثلى وتوفى سنة ٨٥٤ ١٢٧٧٣ مقدّمة فى التعبير ١٢٧٧٤ مقدّمة فى الجدل والخلاف والنظر من المختصرات فيه لبرهان الدين محمد بن محمد النسفى المتوفى سنة ٦٨٨ اولها الحمد لله ربّ العالمين الخ عليه شروح احسنها لشمس الدين محمد السمرقندى صاحب الصحآئف اوله الحمد لله الواجب ابدع بقدرته الخ ذكر فيه انه التمس جمع من

sectiones continet — secundum de virtutibus gloriosis *Abu Hanifae*, de rebus, quae doctrinam de uno Deo, aquas, praedestinationem et meritum spectant, quod in sordibus corporis abluendis cernitur. Praeterea sectiones quinque ibi leguntur de ratione, qua ablutio ista in campo deserto perficienda sit, de membro feminae genitali post lotium abstergendo, de discrimine inter illam ablutionem et hunc extersum — tertium de dentibus defricandis — quartum de merito lotionis sacrae, in quo sex sectiones leguntur — quintum de merito precationis praescriptae, in quo sedecim sectiones leguntur — sextum de merito eleemosynarum, in quo duae sectiones continentur — septimum de merito mensis Ramadhán — octavum de praxi theoretica. — In haec prolegomena Sheikh et Imám *Abu'lbecá Mohammed Ben Ahmed Ben Dhiyá-ed-dín Coreshi* Hanefita commentarium edidit *El-Dhiyá El-Ma'newiyet ala El-Mocaddimet El-Ghaznewiyet* inscriptum. Compendium est, inquit, utile, quod viri docti cum plausu exceperunt. Primus igitur commentarium composui, quoniam nemo antea sicuti ego locos libri obscuros illustraverat. — Obiit *Abu'lbecá* anno 854 (inc. 14. Febr. 1450). — 12773. **Mocaddimet fi el-ta'bír**, prolegomena de interpretatione somniorum. — 12774. **Mocaddimet fi el-jadl we el-khiláf we el-natzar**, prolegomena de topica, theologia controversa et arte disputandi, auctore *Borhán-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Nesefi*, anno 688 (inc. 25. Jan. 1289) mortuo. Numerantur in compendiis de hoc argumento et incipiunt ita: Laus deo mundorum domino etc. Inter commentarios in ea pulcherrimus habetur *Shems-ed-díni Mohammed Samarcandi* libri *Sahâif* auctoris. Hic ita incipit: Laus Deo absoluta existentia praedito, qui potentia sua de novo creavit etc., et auctor narrat, plures studiosorum in urbe Máridín a se

الطلبة بماردين شرحه فاجاب وسمّاه مفتاح النظر وجعله برسم خزانة ابى الحارث قره ارسلان الارتقى صاحب ماردين وفرغ فى رجب سنة ٦٩٠ وشرحها المصنف ايضا [وقد ذكر اولا فى المقدّمة البرهانية] ١٢٧٧٥ مقدّمة فى الحديث للشيخ محمد بن محمد الجزرى الشافعى المتوفى سنة ٨٣٣ شرحها ابنه ابو بكر احمد ١٢٧٧٦ مقدّمة فى سرّ الالفاظ المتقدّمة لابن الصائغ محمد بن عبد الرحمن الحنبلى المتوفى سنة ٧٧٦ ١٢٧٧٧ مقدّمة فى الصرف بالفارسية للسيد الشريف الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ ١٢٧٧٨ مقدّمة فى فروع الحنفية لابى الطيب حمدون بن حمزة الحنفى المتوفى سنة [نحو من نصف القدورى] ولسراج الدين شرحه حسن بن احمد المعروف بابن امين الدولة [المقتول فى وقعة بحلب سنة ٦٥٨ شرحًا حسنًا] ١٢٧٧٩ مقدّمة فى المنطق لبدر الدين محمد بن محمد المعروف بابن مالك النحوى المتوفى سنة ٦٨٦ ١٢٧٨٠ مقدّمة فى

---

flagitasse, ut commentarium componeret. Votis igitur satisfecit, et commentarium, quem *Miftáh el-natzar* inscripsit, pro bibliotheca *Abu'lhárithi Carah Arslan* Ortocidae urbis Máridín principis composuit et mense Rejeb anni 690 (inc. 4. Jan. 1291) absolvit. Pariter auctor ipse commentarium edidit, [et jam supra in *El-Mocaddimet El-Borhániyet* de eo dictum est]. — 12775. Mocaddimet fi el-hadith, prolegomena de re traditionaria, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Jezeri* Shafiita, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuo. In ea *Abu Bekr Ahmed* filius auctoris commentarium composuit. — 12776. El-Mocaddimet fi sirr el-alfátz el-motecaddimet, prolegomena de arcano vocum in constructione praemittendarum, auctore *Mohammed Ben Abd-el-rahman* Hanbalita, vulgo *Ibn-elsáigh* dicto et anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 12777. El-Mocaddimet fi el-sarf, prolegomena de flexione nominum grammatica, auctore *Seyyid Sherif Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuo. — Persice. — 12778. El-Mocaddimet fi forú' El-Haneffyet, prolegomena de partibus juris Hanefitici derivatis. Scripserunt de iis *Abu'ltayyib Hamdún Ben Hamza* Hanefita, anno . . . mortuus, [cujus liber dimidiam fere partem compendii *Codúri*ani explet], et *Siráj-ed-dín*, in cujus librum *Haçan Ben Ahmed*, vulgo *Ibn Emín-ed-dewlet* dictus, commentarium [pulchrum] edidit. [Interfectus est hic in praelio in urbe Haleb commisso anno 658 (inc. 18. Dec. 1259)]. — 12779. Mocaddimet fi el-mantic, prolegomena de logica, auctore *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Mohammed* Grammatico, vulgo *Ibn Málik* dicto et anno 686 (inc. 16. Febr. 1287) mortuo. — 12780. El-Mocaddimet fi el-nahw, prolegomena de grammatica,

النحو لابن بابشاذ ابى الحسن طاهر بن احمد النحوى المتوفى سنة ٤٦٩ ثم شرحها ولابى
عبد الله محمد بن يحيى الزبيدى المتوفى سنة ٥٥٥ [ ولابى الحسن احمد بن فارس اللغوى
المتوفى سنة ٣٩٥ ] ولابى شامة عبد الرحمن بن اسمعيل [ المقرئ الدمشقى المتوفى سنة ٦٦٥
ولعلى بن ابراهيم الغزنوى الحنفى المتوفى سنة ٥٨١ ولرشيد الدين عمر بن اسمعيل ] الفارقى
مقدمتان فيه توفى سنة ٦٨٩ وللمطرزى شرحه نجم الدين ابن اللبودى المذكور فى الاشارات
وسماه الرسالة السنية فى شرح المقدمة المطرزية ١٢٧٨١ مقدمة قطب الدين محمد النكيدى
ثم الازنيقى المتوفى سنة ٨٢١ وهى تركية فى العبادات ١٢٧٨٢ المقدمة الكافية فى النحو
للشيخ جمال الدين حسين بن على الحصنى الفها سنة ٩٥٠ ثم شرحها فى سنة ٩٥٧ وسماه
المفهمة الشافية ١٢٧٨٣ مقدمة مشهورة بالمطرزة عزاها السيوطى فى النحاة الى صاحب
المغرب وقال الحافظ الذهبى انها ليست له بل مؤلفها دمشقى قديم وهو ابو عبد

---

auctore *Abu'lhasan Táhir Ben Ahmed* Grammatico, vulgo *Ibn Bábeshádz* dicto et anno 469 (inc. 5. Aug. 1076) mortuo. Idem commentarium in ea edidit. — De iisdem scripserunt *Abu Abdallah Mohammed Ben Yahya Zebidi*, anno 555 (inc. 12. Jan. 1160) mortuus — [*Abu'lhasan Ahmed Ben Fáris* Lexicologus, anno 395 (inc. 5. Febr. 995) mortuus] — *Abu Shúme Abd-el-rahman Ben Ismail* [*Dimeshcki* Corani legendi magister, anno 665 (inc. 2. Oct. 1266) mortuus — *Ali Ben Ibráhím Ghaznewi* Hanefita, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuus — *Reshíd-ed-dín Omar Ben Ismail*] *Fáricki*, anno 689 (inc. 14. Jan. 1290) mortuus, qui duo Prolegomena grammatica edidit — *Motarrizi*, in cujus Prolegomena *Nejm-ed-dín Ibn-ellobúdi*, de quo supra in *El-Ishárát* dictum est, commentarium composuit *El-Risálet El-Seniyet fi sharh El-Mocaddimet El-Motarriziyet* inscriptum. — 12781. **Mocaddimet Cotb-ed-dín**, prolegomena de officiis cultus turcice scripta a *Cotb-ed-dín Mohammed Nekidi*, serius Nicaeae inquilino (*Isnícki*) et anno 821 (inc. 8. Febr. 1418 mortuo. — 12782. **El-Mocaddimet El-Káfiyet**, prolegomena sufficientia de grammatica. Composuit Sheikh *Jemál-ed-dín Hosein Ben Ali Hisni* anno 950 (inc. 6. Apr. 1543), et in ea anno 957 (inc. 20. Jan. 1550) commentarium *El-Mofahhimet El-Sháfiyet* inscriptum edidit. — 12783. **Mocaddimet Mashhúret bi'l Motarrezet**, prolegomena, quae nomine *Motarrezet* i. e. figuris seu pictis ornatorum inclaruerunt. Retulit ea *Soyúti* in Classibus grammaticorum ad auctorem libri *Moghrib*, et Háfits *Dzehebi* contendit, ea illi minime tribuenda esse, eorum auctorem potius Damascenum veterem

الله محمد بن على بن صالح السلمى المطرز المتوفى سنة ٤٥٦ ١٢٧٨٤ مقدّمة النحويّة فى علم العربيّة للشيخ عبد الوهّاب الشعرانى [المتوفى سنة ٩٧٣] شرحها شهاب الدين احمد الغنيمى الحنفى [المتوفى سنة ١٠٤٤] شرحًا ممزوجًا واتمّ فى محرم سنة ١٠٤٢ ١٢٧٨٥ مقدّمة الوزير فى النحو شرحها ابن الخشّاب ١٢٧٨٦ مقرب فى النحو لابى العباس محمد بن يزيد المعروف بالمبرّد النحوى المتوفى سنة ٢٨٥ وشرحه له ولابن عصفور على بن مؤمن الحضرمى المتوفى سنة ٦٦٣ وله عليه شرح ولم يتمّ وعلّق الشيخ الامام تاج الدين احمد بن عثمان بن التركمانى [الحنفى] تعليقة لطيفة على هذا الشرح وتوفى سنة ٧٤٤ وللشيخ بهآء الدين ابى عبد الله محمد بن ابراهيم ابن النحاس الحلبى المتوفى سنة ٦٩٨ شرح ايضا كتبه املاء ومختصر المقرب المسمّى بالتقريب لابى حيّان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ ثم شرح هذا المختصر وسمّاه التدريب وهو كالكافية حجمًا اوله لك اللهم احمد واماجد الخ قال

---

*Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Ben Sálih Salami Motarriz* esse anno 456 (inc. 25. Dec. 1063) mortuum. — 12784. El-Mocaddimet El-Nahwíyet, prolegomena grammatica de doctrina linguae arabicae, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Sha'ráni*, [anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuo]. *Shehâb-ed-dín Ahmed Ghoneimi* Hanefita, [anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634) mortuus], commentarium in ea composuit, qui textum admixtum habet, eumque mense Moharrem anni 1042 (inc. 9. Jul. 1632) absolvit. — 12785. Mocaddimet El-Wezir, prolegomena Weziri de grammatica. *Ibn-el-khashshâb* in ea commentarium edidit. — 12786. El-Mocarrab fi-el-nahw, liber ad intelligendum apertus de grammatica, auctore *Abu'labbás Mohammed Ben Yezíd* Grammatico, vulgo *Mobarred* dicto et anno 285 (inc. 28. Jan. 898) mortuo. Idem commentarium in ea edidit. — *Ali Ben Mumin Hadhremi*, vulgo *Ibn Osfúr* dictus et anno 663 (inc. 24. Oct. 1264) mortuus, librum ejusdem tituli et commentarium in eum composuit, quem non ad finem perduxit. Sheikh et Imám *Táj-ed-dín Ahmed Ben Othmán Ben-elturkemáni* [Hanefita], anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus, scholia elegantia ad hunc commentarium conscripsit. Pariter Sheikh *Behá-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Ibráhím Halebi*, vulgo *Ibn-elnahhás* dictus et anno 698 (inc. 9. Oct. 1298) mortuus, commentarium edidit, quem dictando composuit. *Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuus, epitomen ex *Mocarreb* excerpsit *El-Tecríb* inscriptam, in quam serius commentarium titulo *El-Tedríb* insignitum edidit. Haec epitome *Káfiyae* volumine non dispar est

جمعت من المقرّب نفائسه وجرّدته احكاما مختصرة اللفظ عارية من التعليل والمثال من غير اصلاح لما وهى من حدوده ولا استدراك ممّا اهمل وجآء فى نحو من ربع اصله وفرغ فى سنة ٧١٥ ١٢٧٨٧ [مقرّب المطالب فى علم التقويم والتنجيم للفاضل ابى الصلاح الموقت جابر بن عبد الله بن الحاج منظومة اوله الحمد لله البديع الصانع الواحد الربّ الحكيم الواسع الخ] ١٢٧٨٨ مقرمط الرؤيا فى التعبير ١٢٧٨٩ المقصد الاسمى فى الاشارات مختصر للشيخ محيى الدين ابن عربى اوله الحمد لله وهو نفس الحمد الخ ١٢٧٩٠ مقصد الاسنى فى شرح الاسمآء الحسنى للامام حجّة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ رتّب على ثلثة فنون ا فى السوابق والمقدّمات وفيه اربعة فصول ٢ فى المقاصد والغايات وفيه ثلثة فصول ٣ فى اللواحق والتكلمات وفيه ثلثة فصول اوله الحمد لله المتفرّد بكبريآئه وعظمته المتوحّد بتعاليه وصمديّته الخ اختصر شمس الدين محمد بن ابراهيم الخطيب الوزيرى المتوفى سنة ٨٦٧

---

et ita incipit: Te, o Deus, laudo et praedico etc. Collegi, inquit, ex *Mocarreb* pretiosiora, et sola statuta excerpsi oratione brevi vestita et caussis et paradigmatis destituta, neque terminos corrigens et emendans, qui firmo fundamento carerent, neque ea supplens, quae omissa essent. Epitome quartam circiter archetypi partem attingit, et anno 715 (inc. 7. Apr. 1315) absoluta est. — 12787. [**Mocarrib el-metálib**, liber quaestiones ad intelligendum patefaciens de syntaxi chronologica et astronomica, auctore bene merito *Abu'lsaláh Jábir Ben Abdallah Ben-elhájj*, Astronomo horas precationis indicante. Carmen, quod ita incipit: Laus Deo creatori, artifici, unico, domino, sapienti, omnia misericordia ampla complectenti etc]. — 12788. **Mocarmat el-ruyá**, liber somnia arcte describens de arte somnia interpretandi. — 12789. **El-Macsad El-Asmá**, consilium altissimum de allusionibus mysticis, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Ibn Arabí*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui laus ipsa est etc. — 12790. **El-Macsad El-Asná**, consilium pretiosissimum, auctore Imám *Hojjet el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Commentarius in nomina Dei pulchra in tres ramos dispositus, quorum primus in quatuor sectiones distributus quaestiones praemissas et prolegomena tractat, secundus de consiliis et finibus propositis agit et tres sectiones continet, tertius in tres sectiones divisus quaestiones accessorias et ad perfectionem et absolutionem argumenti pertinentes complectitur. Liber ita incipit: Laus Deo excellentia et majestate sua praeter ceteros distincto et eminentia et principatu unico etc. — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím El-Khatíb El-Wezíri*, anno 867 (inc. 26.

١٢٧٩١ مقصد الاقصى في التصوف لعزيز بن محمد النسفي المتوفى سنة اوله الحمد لله رب العالمين الخ وترجمته للمولى كمال الدين حسين الخوارزمي المتوفى سنة ٨٤٥ شهد لتأليف الخوارزمي صاحب حبيب السير بالفضل في البلاغة والفصاحة مع قيد عدم الخلو من الخلل في بعض حكاياته وذكر انه ترجمة مسمّاة بمقصد الاقصى والله اعلم ١٢٧٩٢ المقصد الى الله للشيخ العارف جنيد البغدادي الحنفي المتوفى سنة ٧٨٦ ١٢٧٩٣ مقصد الجليل في علم الخليل اسم قصيدة ابن الحاجب في العروض ١٢٧٩٤ مقصد الخلاف في علم الكلام للامام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٠٥ ١٢٧٩٥ مقصد الرفيع ١٢٧٩٦ مقصد العالي في ترجمة الامام الغزالي ١٢٧٩٧ مقصد في النحو لتاج الدين محمود بن محمد الدهلوي واهداه للملك الاشرف توفي سنة ٨٩١ ١٢٧٩٨ مقصد في الكلام للشيخ اكمل الدين محمد ابن محمود الحنفي المتوفى سنة ٧٨٦ ١٢٧٩٩ مقصد المسالك في النحو ١٢٨٠٠ مقصد

---

Sept. 1462) mortuus, epitomen ex eo edidit. — 12791. El-Macsad El-Acsá, consilium summum de doctrina theosophica, auctore *Azíz Ben Mohammed Nesefi*, anno . . . mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. Translationem ejus Molla *Kemál-ed-dín Hosein Khowárezmi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuus, edidit. Hanc *Khowárezmii* compositionem auctor libri *Habíb el-siyer* distinctam esse testatur eloquentia et facundia, attamen nonnullas historias erroribus locum dedisse statuit, et titulum translationis, salva meliore Dei scientia, *El-Macsad El-Acsa* esse commemorat. — 12792. El-Macsad ila Allah, intentio ad Deum adversa, auctore Sheikh doctrina spiritali imbuto *Joneid Baghdádi* Hanefita, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuo. — 12793. El-Macsad El-Jelíl, propositum illustre de doctrina *Khalíli*. Hic titulus est *Casídae Ibn-elhájibi* de arte metrica. — 12794. Macsad el-khiláf, consilium propositum theologiae controversae de metaphysica, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 12795. El-Macsad El-Rafí', consilium propositum sublime. — 12796. El-Macsad El-Ali, consilium altum. Biographia Imámi *Ghazáli*. — 12797. El-Macsad fi el-nahw, consilium propositum de grammatica, auctore *Táj-ed-dín Mahmúd Ben Mohammed Dehlewi*, anno 891 (inc. 7. Jan. 1496) mortuo. Obtulit librum principi *Melik Eshref*. — 12798. El-Macsad fi el-kelám, consilium propositum de theologia scholastica, auctore Sheikh *Akmal-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd* Hanefita, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuo. — 12799. Macsad el-mesálik, consilium propositum viarum de grammatica. — 12800. Macsad

المسند في مختصر ابى حنيفة مرّ ١٢٨٠١ مقصد المناجح لفروع ابن مفلح سبق ١٢٨٠٢ مقصود ذوى الالباب في علم الاعراب مجلّد للشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧ ١٢٨٠٣ مقصود في التصريف اختلف في مؤلفه فقيل للامام الاعظم وقيل لغيره وجزم المولى محمد بن بير على المعروف ببركلى في شرحه المسمّى بامعان الانظار بالاول المتوفى سنة ٩٨١ وهو شرح لطيف حقّق فيه ودقّق ذكر انّه سوّده وسنّه ثلاث وعشرون سنة في سنة ٩٥٢ قال واكثر ما ذكرناه منشأ خاطرى من غير انتحال اوله الحمد لله الواهب كلّ موهوب الخ وشرحه الشيخ بدر الدين محمود بن اسرائيل المعروف بابن سماونه سمّاه عنقود الجواهر توفى سنة ٨٢٣ ويوسف بن عبد الملك وسمّاه المضبوط اتمّه في شهر رجب سنة ٨٣٩ وزين الدين ابو بكر محمد بن عبد الرحمن بن ابى بكر العينى المتوفى سنة ٨٩٣ وديكقوز وثنائى شاعر واحمد بن محمد المغنيساوى بالتركى توفى سنة وشرحه بعض

---

**El-Mosnad**, consilium libri *Mosnad* propositum. Epitome corporis traditionum *Mosnad* ab *Abu Hanífa* compositi, de quo supra dictum est. — 12801. **El-Macsad El-Monjih**, consilium propositum prospere succedens ad *Ibn Moflihi* articulos juris derivatos, de quibus supra dictum est. — 12802. **Macsúd dzewi el-albáb**, propositum cordatorum de doctrina flexionum finalium. Volumen, auctore Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Ya'cúb Firúzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 12803. **El-Macsúd fi et-tesríf**, propositum de flexu formarum. Dissentiunt de auctore. Alii eum Imamum maximum *Abu Hanífa*, alii alium esse dicunt. Molla *Mohammed Ben Pír Ali*, vulgo *Birgili* dictus et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuus, in commentario *Im'án el-antzár* inscripto priorem esse auctorem certo et distincte statuit. Commentarius elegans est, in quo accurate et subtiliter rem investigat et examinat. Narrat, se eum primis lineis viginti tres annos natum anno 952 (inc. 15. Mart. 1545) conscripsisse; et plurimum, inquit, quod protulimus, mens mea concepit et composuit sine ulla ab aliis mutuatione. Liber ita incipit: Laus Deo, omnium donorum largitori etc. In eum commentarius ediderunt Sheikh *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Isráíl*, vulgo *Ibn Simáwna* dictus et anno 823 (inc. 17. Jan. 1420) mortuus, cujus commentarius *Ancúd el-jewáhir* inscriptus est — *Yusuf Ben Abd-el-melik*, qui commentarium *Madhbút* inscriptum mense Rejeb anni 839 (inc. 27. Jul. 1435) absolvit — *Zein-ed-dín Abu Bekr Mohammed Ben Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Aini*, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus — *Dincúz* — *Thenáyi* Poeta — *Ahmed Ben Mohammed Maghnisáwi*, anno . . . mortuus, cujus

العلمآء وسمّاه المطلوب اولة الحمد لله المتعالى عن الاخبار الاراجفة الخ ومن شروحه شرح ابراهيم ابن رسول المسمّى باللباب وهو شرح ممزوج اكثر من المطلوب اولة الحمد لله الذى حول فؤادنا الخ ومن شروحه شرح البار حسن بن اسمعيل السرماوى اولة الحمد لله الذى اختار نوع الانسان الخ سمّاه الدرّ المنقود وشرحه محمد بن خليل بن دانيال المتوفى سنة [٧١٠] اولة الحمد لله الذى صرف قلوبنا فى وجوه المعارف للعلم اليقينى الخ ومن شروحه المنقود وهو ممزوج اولة اللهمّ لك الحمد صرّف قلوبنا الخ لمولانا محمد بن جعفر الاماسى صاحب انبوب البلاغة فى مختصر التلخيص واتمّه سنة ١٠٥١ ١٢٨٠٤ مقصود فى فروع الشافعية للشيخ نصر ابن ابراهيم المقدسى الشافعى المتوفى سنة ٤٩٠ وهو احكام مجرّدة فى جزئين ١٢٨٠٥ المقصور والممدود مرّ فى الكاف فى فصل الكتب ١٢٨٠٦ مقصورة ابن حازم شرحها الشريف ابو عبد الله محمد بن احمد الحسنى السبتى المتوفى سنة ٧٦٠ وشرحها الشيخ جلال

commentarius turcice scriptus est — vir quidam doctus, cujus commentarius *Matlúb* inscriptus ita incipit: Laus Deo, qui nimis excelsus est, quam ut falsis rumoribus tangatur etc. Porro *commentarios ediderunt Ibráhím Ben Resúl*, cujus commentarius *Lobáb* inscriptus textum admixtum habet, major commentario *Matlúb* est et ita incipit: Laus Deo, qui cor nostrum mutat etc. — *El-Yár Hasan Ben Ismaíl Sermáwi*, cujus commentarius *El-Dorr El-Mancúd* inscriptus ita incipit: Laus Deo, qui genus humanum elegit etc. — *Mohammed Ben Khalíl Ben Dániel*, anno [710 (inc. 31. Mai. 1310)] mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui corda nostra inter varia cognitionum genera ad scientiam perfectam et certam convertit etc. — et Molla noster *Mohammed Ben Ja'far Amási*, auctor libri *Onbúb el-belághat fi mokhtasar El-Telkhís*, cujus commentarius *Mencúd* inscriptus textum admixtum habet et ita incipit: O Deus, Tibi laus, dirige corda nostra etc. Absolvit eum anno 1051 (inc. 2. Apr. 1641). — 12804. **El-Macsúd fi forú' El-Sháfiíyet**, propositum de partibus juris Shafiitici derivatis, auctore Sheikh *Nasr Ben Ibráhím Mocaddesi* Shafiita, anno 490 (inc. 19. Dec. 1096) mortuo. Statuta nuda et argumentis privata, quae duobus fasciculis continentur. — 12805. **El-Macsúr we El-Mamdúd**, nomina, quae in fine corripiuntur aut producuntur. Vide supra in litera *Káf* sub titulo *Kitáb*. — 12806. **Macsúret Ibn Házim**, *Casída* in *Elif* breve desinens ab *Ibn Házim* composita. Commentarios in eam scripserunt Sherif *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Hasani Sebti*, anno 760 (inc. 3. Dec. 1058) mortuus, et

الدين محمد بن احمد المحلّى الشافعى ولم يكمله توفى سنة ٨٦٤ ١٢٨٠٧ مقصورة ابن دريد وهو ابو بكر محمد بن الحسن الازدى اللغوى البصرى المتوفى سنة ٣٢١ وهى قصيدة التى يمدح بها ميكائيل ويصف سيره الى فارس ويتشوّق البصرة واخوانه بها اولها

اما ترى راسى حاكى لونه
طرّة صبح تحت اذيال الدجى

وعدد ابياتها تسعة وعشرون ومائتان وقد عارضه فيها جماعة من الشعراء واعتنى بشرحها خلق والاجود من شروحها وابسطها شرح الفقيه ابى عبد الله محمد بن احمد السبتى المعروف بابن هشام اللخمى [وكان حيًّا سنة ٥٥٧] سمّاه الفوائد المحصورة فى شرح المقصورة اوله اما بعد حمد الله على آلائه الخ قال رأيت كثيرًا من اهل الادب قد صرّفوا الى مقصورة ابن دريد عنايتهم واهتمامهم لسهولة الفاظها ونيل اغراضها واشتمالها على نحو الثلث من المقصور ولما ضمّنها من المثل السائر والخبر النادر والمواعظ الحسنة والحكم البالغة وقد عارضه

Sheikh *Jelál-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Mahalli* Shafiita, anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) mortuus, qui commentarium non absolvit. — 12807. Macsúret Ibn Doreid, carmen in *Elif* breve desinens, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elhasan Azdi Basri* Lexicologo, anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuo. *Casída* est, in qua Emirum *Mikáil* laudat, suum iter in Persiam describit, et desiderium urbis Basra amicorumque ibi habitantium ostendit. *Casída* ita incipit:

Si forte adspexeris caput meum, cujus color similis est
Striae primae aurorae sub laciniis obscuritatis noctis.

Sunt ducenti viginti novem versus numero, et plures poetae in similibus carminibus pandendis eum imitati sunt, atque multi viri docti in *Macsúra* explicanda curam posuerunt. Praestantissimus et amplissimus commentariorum ille est, quem Jurisconsultus *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Sebti Lakhmi*, vulgo *Ibn Hishám* dictus [et anno 557 (inc. 21. Dec. 1161) vivus], edidit. Inscriptus est *El-Fewáid El-Mahsúret fi sharh El-Macsúret*, et incipit ita: Praemissa laude Dei pro ejus beneficiis etc. Vidi multos philologos, inquit, qui studium suum et curam in *Ibn Doreidi Macsúram* contulerunt propter facilitatem ejus verborum, propter sententias ibi propositas facile percipiendas, et quod tertiam fere partem verborum in *Elif* breve desinentium complectitur, et quod auctor ei proverbia vulgata, historias raras, monita exquisita et apophthegmata egregia inseruerat. — Jam plures poetae in simili carmine componendo eum imitati sunt, at ejus vestigiis ne minimum quidem institerunt neque

فيها جماعة من الشعراء فما شقّوا غباره ولا بلغوا مضماره وهو عند اهل الادب اشعر العلماء واعلم الشعراء وقد انتدب قديمًا وحديثًا الى شرح مقصورة علية الادباء فمنهم المسهب المطوّل والمختصر المقلّ فشرحها متوسّطًا واودع فنًّا من العلم خطيرًا وبابًا من الادب والامام ابو عبد الله محمد بن احمد المعروف بالقزاز شرحها وتوفى سنة وابن خالويه حسين بن احمد النحوى المتوفى سنة ٣٧٠ وحسين بن عبد الله السيرافى المتوفى سنة ٣٦٨ وابن الصائغ محمد بن الحسن [ابن سباع بن ابى بكر الجذامى] الدمشقى المتوفى سنة ٧٢٠ [فى مجلّدين] وتقى الدين ابو العباس احمد بن مبارك [النصيبى الحرفى] النحوى المتوفى سنة ٦٦٤ وابو زكرياء يحيى بن على المعروف بابن الخطيب التبريزى المتوفى سنة ٥٠٢ وهو شرح مختصر وخمسها موفق الدين عبد الله بن عمر الحكيم الانصارى المتوفى سنة ٧٧٧ وشرح قلادة الشمطيّة فى توشيح الدريديّة للامام حسن بن محمد الصغانى المتوفى سنة ٦٥٠ وشرح عبد الرحمن بن احمد بن مسك السخاوى المتوفى بعد سنة ١٠٢٥ ١٢٨٠٨ المقلق

---

ejus hippodromum contigerunt. A philologis existimatur poeta virorum doctorum praestantissimus et poetarum doctissimus. — Antiquo et recenti tempore principes philologorum ad *Macsúram* pretiosam agiliter se converterunt, et fuerunt alii, qui eam verbosius et longius exponerent, alii, qui brevitati studerent et paucis verbis uterentur. — *Ibn Hishám* commentarium volumine intermedio comprehendit, in eoque partem doctrinae pretiosam et materiae philologicae caput deposuit. — Porro commentarios ediderunt Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *Cazzáz* dictus et anno . . . mortuus — *Hosein Ben Ahmed* Grammaticus, vulgo *Ibn Khalaweih* dictus et anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuus — *Hosein Ben Abdallah Siráfi*, anno 368 (inc. 9. Aug. 978) mortuus — *Mohammed Ben-elhasan* [*Ben Sibá' Ben Abi Bekr Jodzámi*] *Dimeshcki*, vulgo *Ibn-elsáigh* dictus et anno 720 (inc. 12. Febr. 1320) mortuus, [cujus commentarius duo volumina complectitur] — *Tacki-ed-din Abu'labbás Ahmed Ben Mobárek* [*Nasíbi Horfi*] Grammaticus, anno 664 (inc. 13. Oct. 1265) mortuus — *Abu Zakariyá Yahya Ben Ali Tebrízi*, vulgo *Ibn-elkhatíb* dictus et anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuus, in cujus commentario brevitas adhibita est. — Quinquiplicatam *Macsúram* reddidit *Mowaffac-ed-dín Abdallah Ben Omar Ansári* Medicus, anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuus, et Imám *Hasan Ben Mohammed Sagháni*, anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuus, commentarium composuit *El-Chiládet El-Shemettyet fi taushíh El-Doreidíyet* inscriptum, itemque *Abd-el-rahman Ben Ahmed Ben Misk Sekháwi*, post annum 1025 (inc. 10. Jan. 1616) mortuus. — 12808.

لابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى اوله الحمد لله الذى قدّم الانذار على التعذيب الخ ذكر فيه ترهيبات

١٢٨٠٩ علم المقلوب

١٢٨١٠ مقنع فى اختلاف البصريّين والكوفيّين لابى جعفر احمد بن محمد النحّاس النحوى المتوفى سنة ٣٣٨   ١٢٨١١ مقنع فى الجبر والمقابلة قصيدة لاميّة وعدد ابياتها تسع وخمسون بيتًا لشهاب الدين احمد بن محمد [ابن عماد بن على العراقى] المعروف بابن الهائم ثم شرحها وسمّاه المسمع توفى سنة ٨١٥   ١٢٨١٢ مقنع فى رسم المصحف لابى عمرو عثمان بن سعيد الدانى المتوفى سنة ٤٤٤ مختصر اوله الحمد لله الذى خصّنا بدينه الذى ارتضاه الخ ذكر فيه ما سمعه من مشايخه من مرسوم خطّ مصاحف الامصار متّفقا عليه ومختلفا منه الخ وهو فى معرفة رسوم المصاحف مع بيان القول فى كيفيّة نقطة واحكام ضبطه على وجه

---

**El-Moclic**, liber inquietum reddens, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi.* Incipit ita: Laus Deo, qui admonitionem punitioni praemisit etc. Profert ibi terricula. —

12809. **Ilm el-maclúb.** Doctrina verborum, quae inversa eodem modo sed alio significatu leguntur.

12810. **El-Mocni' fi ikhtiláf El-Basriyín we El-Kufiyín**, liber contentum reddens de dissensione inter Basrenses et Cufenses, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed* Grammatico, vulgo *Nahhás* dicto et anno 338 (inc. 1. Jul. 949) mortuo. — 12811. **El-Mocni' fi el-jebr we el-mocábelet**, liber sufficiens de reductione per aequationem. *Casída* in *Lám* desinens et quinquaginta novem versus continens, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Imád Ben Ali Irâchi*], vulgo *Ibn-elhâim* dicto et anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuo. Postea commentarium in eum scripsit titulo *El-Mosmi'* insignitum. — 12812. **El-Mocni' fi rasm el-mos'haf**, liber sufficiens de doctrina, quo charactere Coranus sit exarandus, auctore *Abu Amru Othmán Ben Saíd Dâni*, anno 444 (inc. 3. Mai. 1052) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui nos peculiariter sua religione donavit, quam gratam habet etc. Narrat ibi, quae a Sheikhis audiverat de praescriptis usu receptis, quae variae urbes magnae in exarandis Corani codicibus ita sequebantur, ut illis legibus satisfacerent aut ab iis abhorrerent etc. Liber de cognitione Coranorum exarandorum agit, ad quod explicatio praeceptorum de ratione punctorum Corani

To: www.al-mostafa.com

الايجاز والاختصار اوله الحمد لله الذى اكرمنا بكتابه المنزل الخ ثم ذيله بمختصر ١٢٨١٣ مقنع فى علم الشروط لابى جعفر احمد بن مغيث الصدفى الطليطلى المتوفى سنة ٤٥٩ ١٢٨١٤ مقنع فى علوم الحديث لسراج الدين عمر بن على المعروف بابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ ثم اقتضب منه مختصرًا سمّاه التذكرة كما مرّ وصل فيها من الانواع الى ثمانين فحفظت ورجزت ثم شرحها شرحًا صغيرًا اوله احمد الله على صحيح الاعمال الخ ١٢٨١٥ مقنع فى فروع الحنبلى لموفق الدين عبد الله بن قدامة الحنبلى المتوفى سنة ٦٢٠ شرحه الشيخ عبد الرحمن بن محمد بن الحنبلى المتوفى سنة ٦٨٣ وصنف القاضى علاء الدين المرداوى كتابًا سمّاه التنقيح المشبع فى تحرير احكام المقنع اوله الحمد لله الذى علم ووفق الخ ثم قال سنح لى ان اقتضب ما فى كتابى الانصاف من تصحيح ما اطلق الشيخ الموفق فى المقنع من الخلاف وقال فى آخره لخّصتها مجلّا مشتملًا على فوآئد جليلة منها فلان ومنها فلان

scribendorum et statutis administrandae ejus orthographiae via brevi et compendiosa accedit, et incipit ita: Laus Deo, qui nos libro suo revelato honoravit etc. Postea eum ope compendii continuavit. — 12813. El-Mocni' fi ilm el-shorút, liber sufficiens de doctrina documentorum publicorum, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Moghith Sadefi Toleitili*, anno 459 (inc. 22. Nov. 1066) mortuo. — 12814. El-Mocni' fi olúm el-hadíth, liber sufficiens de doctrinis traditionariis, auctore *Sirúj-ed-dín Omar Ben Ali* Shafiita, vulgo *Ibn-elmolacckin* dicto et anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuo. Postea ex eo epitomen resecuit *Tedzkiret* inscriptam, ut supra dictum est. — Ex disciplinis variis octoginta recensuit, quas memoriae mandavi et metro *Rejez* composui. Tum commentarium minorem in illam composuit, qui ita incipit: Laudo Deum pro legitimis operibus etc. — 12815. El-Mocni' fi forú' El-Hanbali, liber sufficiens de articulis juris Hanbalitici secundariis, auctore *Mowaffac-ed-dín Abdallah Ben Codáma* Hanbalita, anno 620 (inc. 4. Febr. 1223) mortuo. — Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mohammed Ben-elhanbali*, anno 603 (inc. 20. Mart. 1284) mortuus, commentarium in eum edidit, et Cádhi *Alá-ed-dín Merdáwi* librum composuit *El-Tenckíh El-Moshbi' fi tahrír ahkám El-Mocni'* i. e. recognitio satis idonea de statutis libri *Mocni'* accurate designandis inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui docuit et secundavit etc. Tum: Mihi in mentem venit, inquit, ea resecare, quae in libro meo *Insáf* ad quaestiones controversas confirmandas attuli, quas Sheikh *Mowaffac-ed-dín* in *El-Mocni'* in universum consignaverat. Ad finem: Cum delectu statuta ex tempore excerpsi, ita ut institutiones foecundas comprehenderem, ex quarum

وهو في مجلّد متوسّط وللشيخ شمس الدين محمد بن ابي الفتح [بن ابي الفضل] البعلي [النحوي الحنبلي] المتوفى سنة ٧٠٩ المطلع على ابواب المقنع   ١٢٨١٦ مقنع في فروع الشافعية في مجلّد مشتمل على فروع كثيرة بعبارة مختصرة لابي الحسن احمد بن محمد المحاملي المتوفى سنة ٤١٥   ١٢٨١٧ مقنع في النحو لابي بكر محمد بن احمد الخياط النحوي المتوفى سنة ٣٢٠   ١٢٨١٨ المقنع للشيخ محيي الدين ابن عربي رسالة اولها لمن ساما فسما فتخرج عن كلّ ارض وسما الخ اشار فيه الى علم الاكسير اجمالا وستره تحت الفاظ هائلة وعبارات غامضة   ١٢٨١٩ مقولات في المنطق وهي باليونانيّة قاطيغورياس لارسطاطاليس الحكيم نقله حنين بن اسحق من الروميّة الى العربيّة وشرحه وفسّر جماعة من اليونان والعرب منهم فرفوريوس اليوناني واصطفن الرومي الاسكندراني واليس الهروي ويحيى النحوي وبطريق الاسكندري وامونيوس الرومي وثامسطيوس الرومي وثاوفرسطس اليوناني وسنبلقيوس وثاون ومن فلاسفة المسلمين ابو نصر الفارابي وابو بشر متى ولها مختصرات وجوامع لجماعة منهم ابن المقفع وابن بهريز

numero haec illa est, unde volumen est ortum intermedium. — Praeterea Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abi'lfat'h* [*Ben Abi'lfadhl*] *Ba'li* [Hanbalita Grammaticus], anno 709 (inc. 11. Jun. 1309) mortuus, librum *Motli'* i. e. qui capita libri *Mocni'* cognoscere facit, edidit. — 12816. **El-Mocni' fi forú' El-Sháfiíyet**, liber sufficiens de partibus juris Shafiitici derivatis. Volumen, quod paucis multos articulos complectitur, auctore *Abu'lhasan Ahmed Ben Mohammed Mehámili*, anno 415 (inc. 15. Mart. 1024) mortuo. — 12817. **El-Mocni' fi el-nahw**, liber sufficiens de grammatica, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Khayyát* Grammatico, anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuo. — 12818. **El-Mocni'**, liber sufficiens, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Ibn Arabi*. Tractatus, qui ita incipit: Ei, qui ceteris altior esse voluit vereque est, tantopere ut nullis terrae aut coeli finibus circumscribatur etc. Significat ibi doctrinam lapidis philosophici summatim, eamque verbis formidolosis et dictionibus obscuris involvit. — 12819. **Mecúlát fi el-mantic**, praedicamenta de logica graece Categoriae dicta, auctore Aristotele Philosopho. Transtulit ea *Honein Ben Is'hac* e lingua graeca in arabicam, idemque commentarium in ea edidit. Multi Graeci et Arabes ea interpretati sunt, inter illos Porphyrius Graecus, Stephanus Rumaeus Alexandrinus, Aelius Heratensis, Joannes Grammaticus, Bitríc Alexandrinus, Ammonius Rumaeus, Themistius Rumaeus, Theophrastus Graecus, Simplicius, Theon, et inter philosophos Muslimorum *Abu Nasr Fárábi* et *Abu Bishr Matta*. Plures epitomas et syllogas breviores ex iis ediderunt, inter eos *Ibn-elmocaffa'*, *Ibn Behrín*,

والكندى واسحق بن حنين واحمد بن الطيب والرازى كذا فى نوادر الاخبار ١٢٨٢٠
المقياس للزوال لابراهيم بن حبيب الفزارى المتوفى سنة ... ١٢٨٢١ مقياس النبراس للشيخ بدر
الدين حسن بن عمر بن حبيب الحلبى المتوفى سنة ٧٧٩ على حروف المعجم نظمًا ونثرًا
١٢٨٢٢ [المقيد فى النحو لابى القاسم عمر بن ثابت الثمانينى المتوفى سنة ٤٤٢] ١٢٨٢٣ مكارم
الاخلاق لابن ابى الدنيا ولابن هلال الخرائطى والاخر فارسى [ولرضى الدين النيسابورى]
ذكره صاحب تعليم المتعلّم [ولابى منصور احمد بن محمد بن محمد بن عبد الواحد ابن
الصباغ ذكره ابن النجار] ١٢٨٢٤ مكاشفات للشيخ علاء الدولة احمد بن محمد السمنانى
المتوفى سنة ٧٣٦ ١٢٨٢٥ مكاتبة الخاطر ومراشية الناظر لمحمد بن محمد المتوفى سنة ٧٤٩
١٢٨٢٦ [مكاشفة القلوب فى المواعظ والتذكير ابوابه مائة واحد عشر ابواب] ١٢٨٢٧
مكايد الشيطان لابن ابى الدنيا ١٢٨٢٨ مكتسب سمّاه فى زراعة الذهب شرحه الشيخ الامام

---

*Kindi, Is'hac Ben Honein, Ahmed Ben-eltayyib, Rázi.* — Ita in *Newádir el-akhbár* legitur. — 12820. **El-Micyás lil-zewál**, Nilometrum sive instrumentum aquam Nili decrescentem metiens, auctore *Ibráhím Ben Habíb Fezári*, anno . . . mortuo. — 12821. **Micyás el-nibrás**, instrumentum lucis mensorium, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín Hasan Ben Omar Ben Habíb Halebi*, anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) mortuo. Liber alphabetice dispositus est et orationem ligatam et solutam continet. — 12822. [**El-Mocayyed fi el-nahw**, liber definitus de grammatica, auctore *Abu'lcásim Omar Ben Thábit Themanini*, anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) mortuo]. — 12823. **Mekárim el-akhlác**, mores generosi. Scripserunt *Ibn Abi'ldunyá* — *Ibn Hilál Kharáiti* — alius, cujus liber persice scriptus est — [*Redhi-ed-dín Nisábúri*], ut auctor libri *Ta'lím el-moteallim* commemorat — [*Abu Mansúr Ahmed Ben Mohammed Ben Mohammed Ben Abd-el-wáhid Ibn-elsabbágh*, ut *Ibn-elnejjár* narrat]. — 12824. **El-Mokáshefát**, revelationes, auctore Sheikh *Alá-ed-dewlet Ahmed Ben Mohammed Simnáni*, anno 736 (inc. 21. Aug. 1335) mortuo. — 12825. **Mokátebet el-khátir we Morashát el-nátzir**, literarum commercium animi et reconciliatio observatoris, auctore *Mohammed Ben Mohammed*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. — 12826. [**Mokáshefet el-colúb**, develatio cordium. Paraenetica et monitoria centum et undecim capitibus comprehensa]. — 12827. **Mecáid el-sheitán**, doli Satanae, auctore *Ibn Abi'ldunyá*. — 12828. **El-Moktesab**, lucrum acquirendum, sive, ut auctor addit, arvum auri. In hunc librum Sheikh et Imám

ايدمر بن على الجلدكى اوله الحمد لله الذى تعالى عن العلل والمعلولات الخ قال تيسّر لنا حلّ مشكلات علوم الاوآئل فى الحكمة الالهيّة والصناعة الفلسفيّة بعد سلوك طريق الطلب والتشمير عن ساق العزم والاجتهاد والمواظبة على كثرة الدروس والهجرة الى المشايخ الاعلام فى اقطار الكور والبلدان من حدود العراق واطراف الروم الى حدود المغرب والديار المصريّة واطراف اليمن والحجاز والشأم وانا اجوب البلاد واتصفّح الوجوه لطلب الضالّة مدّة تزيد على سبعة عشر سنة اعالج من الصبر فى الاشتغال واعانى الطرق التجارية فى الاعمال وانظر فى اسرار الطبائع والاستحالات ثم ذكر انه وصل الى خدمة الشيخ الحكيم الفاضل الذى اشتغلت عليه وبالله اقسم انه اراد ان ينقلنى عن هذا العلم مرارًا عديدة يورد علىّ الشكوك ويريد لى بذلك الاضلال بعد الهداية الخ فوضعت كتابنا هذا المسمّى بنهاية الطلب فى شرح المكتسب لانا لما اطلعنا على متن هذا الكتاب وجدناه كلّه على الصواب باوجز لفظ ولم نعلم من هو مصنّفه ورتّبنا على ثلثة اسفار لكلّ سفر مقدّمة ومقالات وخاتمة وقال فى موضع

*Eidemir Ben Ali Jildeki* commentarium composuit, qui ita incipit: Laus Deo, qui nimis excelsus est, quam ut caussae et effectus in eum cadant etc. Contigit nobis, inquit, difficultates solvere doctrinarum a veteribus cultarum, quae metaphysicam et artem philosophicam spectant, postquam viam studii ingressus sum et vires summas intendi ad firmum propositum consequendum, ad ardorem animi probandum, ad lectiones multas perseveranter et assidue audiendas, ad migrationes, quas ad Sheikhos doctos in tractibus terrarum et urbium a finibus Iracae et terminis extremis Rumeliae usque ad fines Africae occidentalis et regionum Aegyptiarum et terminos extremos terrarum Yemen, Hijáz et Syriae suscepi, et regiones ego habitatas pertransivi, et varias terrarum superficies ad quaerenda errabunda per temporis spatium plus septendecim annos durans perquisivi, labore assiduo patientiam sanans, vias maritimas ad res gerendas emensus et arcana rerum physicarum et mutationum examinans. Deinde narrat, sese se in servitutem Sheikhi philosophi bene meriti dedisse, sub cujus auspiciis laborem subii. Et per Deum juro, illum me repetitis vicibus ab ista doctrina eo avocare studuisse, quod mihi dubia objecit, quibus in errorem me conjicere voluit, postquam via rectâ me duxit etc. Composui jam hunc librum nostrum *Nihâyet el-taleb fi sharh El-Mukteseb* inscriptum, quod, postquam textum libri *Mukteseb* inspeximus, eum totum veritati consentaneum et brevissima dictione scriptum esse invenimus, attamen, qui ejus auctor sit, ignoramus. — Nostrum librum in tres tomos disposuimus, qui singuli praefationem, libros et conclusionem continent. Loco

ان صاحب المكتسب اخفى اسمه ولم اقف على ترجمة له ورأيت فى ظهر نسخة للشيخ العلّامة ابى القاسم العراق ١٢٨٢٩ مكتفى فى الامر والنهى لابى حفص عمر بن عثمان التميمى المتوفى سنة ١٢٨٣٠ المكتفى فى الوقف والابتداء للامام الحافظ ابى عمرو عثمان بن سعيد الدانى المتوفى سنة ٤٤٤ ١٢٨٣١ مكتم فى النحو لعبد الله بن محمد الخطابى المتوفى سنة ١٢٨٣٢ المكرّر فيما تواتر من القراءات السبع وتحرّر لسراج الدين عمر بن قاسم بن محمد الانصارى المقرئ المشهور بالنشار ذكر فى البدور الزاهرة [ فى القراءات العشر] انه الّف هذا اولًا فى السبع فاستحسن فصنّف ذاك ثانيًا اوله الحمد لله حسن حمده وصلواته على محمد خير خلقه الخ ١٢٨٣٣ مكشف القلوب فى مناقب الشيخ صفى الدين ١٢٨٣٤ مكمل فى بيان المهمل للخطيب البغدادى ١٢٨٣٥ مكمل فى شرح المفصل مرّ وفى الفروع للفقيه ذكره

---

alio dicit, auctorem libri *Mukteseb* nomen suum celasse, neque in ullam ejus biographiam incidi, at in tergo exempli cujusdam auctorem Sheikhum doctissimum *Abu'lcásim Irácki* esse legi. — 12829. El-Muktefá fi el-amr we el-nohá, institutio sufficiens de rebus mandatis et vetitis, auctore *Abu Hafs Omar Ben Othmán Temími*, anno . . . mortuo. — 12830. El-Muktefá fi el-wacf we el-ibtidá, institutio sufficiens de pausis in legendo Corano faciendis et lectione denuo incipienda, auctore Imám Háfitz *Abu Amru Othmán Ben Said Dáni*, anno 444 (inc. 3. Mai. 1052) mortuo. — 12831. El-Mokattem, quae in grammatica studiose celata sunt, auctore *Abdallah Ben Mohammed Khattábi*, anno . . . mortuo. — 12832. El-Mokarrer, saepius repetitum de iis in septem Corani recensionibus, quae a pluribus iisque probis viris tradita et correcte perscripta sunt, auctore *Siráj-ed-dín Omar Ben Cásim Ben Mohammed Ansári* Corani legendi magistro, vulgo *Neshshár* dicto. In libro *El-Bodúr El-Záhiret* [*fi el-ckiráát el-ashr*] commemorat, se librum *Mokarrer* de septem Corani recensionibus primum composuisse. Qui quum cum plausu exciperetur, se *El-Bodúr* secundo loco scripsisse. Incipit *El-Mokarrer* ita: Laus Deo, cujus laus pulchra est et cujus laudes *Mohammedi* hominum a Deo creatorum optimo tributae etc. — 12833. Mokashshif el-colúb, detector cordium. Panegyricus Sheikhi *Safi-ed-dín*. — 12834. El-Mokmal fi beyán el-mohmal, liber perfectus de expositione literarum puncto diacritico non distinctarum, auctore *Khatíb Baghdádi*. — 12835. El-Mokmal fi sharh El-Mofassal, liber perfectus. Commentarius in librum *Mofassal*, de quo supra dictum est. — Liber ejusdem tituli a Jurisconsulto

القهستانى فى اوآئل الكراهية ١٢٨٣٦ المكنون فى ترجمة ذى النون للسيوطى فى جزء ذكره فى فهرسه فى التاريخ ١٢٨٣٧ مكنون فى مختصر القانون سبق ذكره

### ١٢٨٣٨ علم المكى والمدنى

من فروع التفسير

### ١٢٨٣٩ علم الملاحة

[ هو علم باحث عن كيفيّة صنعة السفن وكيفيّة ترتيب آلاتها وكيفيّة اجرآئها فى البحر ويتوقّف على معرفة سموت البحار والبلدان والاقاليم ومعرفة ساعات الايام والليالى ومعرفة مهابّ الرياح وعواصفها ورخآئها وممطرها وغير ممطرها ومن مباديه علم الميقات وعلم الهندسة ]

١٢٨٤٠ الملاحة فى الفلاحة للشيخ ظهير الدين على بن محمد الكازرونى المتوفى سنة ٦٩٧

. . . compositus, quem *Cohostáni* initio capitis *El-Keráhíyet* inscripti commemorat, de articulis juris derivatis agit. — 12836. **El-Meknún fi tarjemet Dzi'lnún**, tectum. Biographia *Dzu'lnúni*, auctore *Soyúti*. Recenset eam in indice suo inter scripta historica. — 12837. **El-Meknún fi mokhtasar El-Cánún**, tectum. Epitome ex libro *Cánún*, de quo supra mentio facta est. —

### 12838. Ilm El-Mekki we El-Medeni. Doctrina Suratarum et versuum vel Mekkae vel Medinae revelatorum.

Pertinet ad doctrinas interpretationis coranicae secundarias. —

### 12839. Ilm el-miláhat. Doctrina rerum nauticarum.

[Haec doctrina in rationem inquirit fabricandarum navium, in rationem disponendorum earum instrumentorum et artem cursum in mari dirigendi. Nititur autem in cognitione plagarum marium, terrarum et climatum, in cognitione horarum dierum et noctium, in cognitione flatuum ventorum procellarumque, eorum remissionis, et quatenus cum pluvia excitantur nec ne. — Ad principia ejus cognitio status temporum et geometria pertinent]. —

12840. **El-Meláhat fi el-feláhat**, pulchra dicta de agricultura, auctore Sheikh *Tzahir-ed-din Ali Ben Mohammed Kazerúni*, anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuo. —

١٢٨٤١ علم الملاحم

١٢٨٤٢ الملاحن في معنى المشاحن لجلال الدين السيوطي ذكره في فهرس مؤلفاته ١٢٨٤٣ ملاذ المتقين لرضوان خليفة تركي ١٢٨٤٤ الملاذ والاعتصام لتلميذ ابن بشكوال ١٢٨٤٥ ملاقح الشريفة من الآثار اللطيفة للشيخة عايشة بنت يوسف الدمشقية ري مشتملة على اشارات صوفية توفيت سنة ١٢٨٤٦ ملاك التأويل في فنون التفسير للشيخ الامام ابى جعفر احمد بن ابراهيم الغرناطي المتوفى سنة ٧٠٨ لخص فيه كتاب الخطيب للحصكفي وزاد عليه ١٢٨٤٧ ملء العيبة فيما جمع بطول الغيبة في الرحلة الى مكة وطيبة لمحب الدين بن رشيد محمد بن عمر السبتي المتوفى سنة ٧٢١ ذكر فيه ممن اخذ وسمع ولقى مشتملا على فنون في ست مجلدات ١٢٨٤٨ ملتقى الابحر في فروع الحنفية للشيخ الامام ابراهيم ابن محمد الحلبي [المتوفى سنة ٩٥٦] جعله مشتملا على مسائل القدوري والمختار والكنز

12841. Ilm el-meláhim. Doctrina pugnarum acerrimarum.

12842. El-Moláhin fi ma'na el-moshâhin, studiose attentus de sensu vocis *moshâhin* (i. e. haereticus), auctore *Jelál-ed-dín Soyúti.* Commemorat hunc libellum in indice scriptorum suorum. — 12843. Melâdz el-mottackín, refugium Deum timentium, auctore *Ridhwán Khalifa.* Turcice. — 12844. El-Melâdz we El-I'tisám, arx et asylum. Scripsit discipulus *Ibn Beshkowáli.* — 12845. El-Moláckih El-Sherífet, fecundantia nobilia ex effatis sociorum prophetae elegantibus, auctore Sheikha *Aisha* Damascena *Yusufi* filia, anno . . . mortua. Liber indicia subtilia theosophica continet. — 12846. Melák el-tawíl, columen interpretationis allegoricae de variis interpretationis coranicae disciplinis, auctore Sheikh et Imám *Abu Ja'far Ahmed Ben Ibráhím Gharnáti,* anno 708 (inc. 21. Jun. 1308) mortuo. Ibi librum praedicatoris *Hisnakeifi* cum delectu excerpsit et epitomae nova addidit. — 12847. Meli el-aibet, cornu copiae de iis, quae per longum absentiae tempus in itinere Mekkam et Medinam facto collecta sunt, auctore *Mohibb-ed-dín Ben Reshíd Mohammed Ben Omar Sebti,* anno 721 (inc. 31. Jan. 1321) mortuo. Recenset ibi eos viros, a quibus mutuatus est et audivit et quos in itinere vidit. Liber varia ex doctrinis in sex voluminibus continet. — 12848. Multecá el-abhor, confluens marium de partibus juris Hanefitici secundariis, auctore Sheikh et Imám *Ibráhím Ben Mohammed Halebi,* [anno 956 (inc. 30. Jan. 1549) mortuo]. Librum quaestiones continere voluit ex *Codúrii* Compendio, *El-Mokhtár, El-Kanz, El-*

والوقاية بعبارة سهلة واضاف اليه بعض ما يحتاج اليه من مسائل المجمع ونبذة من الهداية وقدم من اقاويلهم ما هو الارجح واخر غيره واجتهد فى التنبيه على الاصح والاقوى وفى عدم تركه شىء من مسائل الكتب الاربعة ولهذا بلغ صيته فى الآفاق ووقع على قبوله بين الحنفية الاتفاق قال وقد تم تبييضه بين الصلوتين من يوم الثلثاء ثالث عشر رجب سنة ٩٢٣ وشرحه تلميذه الحاج على الحلبى المتوفى سنة ٩٦٧ اورد فيه الاعتراض والجروح على شروح المتون الاربعة والمولى محمد التيروى المعروف بعيشى المتوفى سنة ١٠١٦ ومحمد بن محمد المعروف بالبهنسى من مشايخ دمشق الى كتاب البيع وتوفى جمادى الاخرة سنة ٩٨٧ والشيخ نور الدين على الباقانى القادرى تلميذ البهنسى اوله الحمد لله الذى شرع الاحكام الخ قال ولما كان ملتقى الابحر اجل متون المذهب واجمع واتمها فائدة وانفع اردت ان اشرحه بعد ان كتب شيخى فريد دهره شيخ الاسلام الشيخ محمد البهنسى المتوفى سنة ٩٨٧ وكنت انا السبب

---

*Wicáyet* dictione facili usus, et nonnullas quaestiones, quibus lector carere non potest, ex libro *Mejma'*, et partem parvam ex *Hidáyet* addidit, statutorum prae ceteris praeponderantia praemisit, alia postposuit, et omnes nervos intendit ad animos ad certissimum et firmissimum advertendos et ad nullam quaestionem librorum illorum quatuor relinquendam. Hinc factum est, ut fama libri per terras manaret et uno consensu ille ab Hanefitis comprobaretur. Auctor, ut ipse dicit, nitidam ejus scriptionem tempore inter preces meridianas et pomeridianas feriae tertiae et quidem die tertio decimo mensis Rejeb anni 923 (inc. 24. Jan. 1517) absolvit. — *Commentarios in hunc* librum ediderunt auctoris discipulus *El-Hájj Ali Halebi*, anno 967 (inc. 3. Oct. 1559) mortuus, qui in suo commentario ea, quae commentariis illorum quatuor textuum objecta et quae in iis confutanda essent, affert — Molla *Mohammed Tirewi*, vulgo *Aishi* dictus et anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuus — *Mohammed Ben Mohammed*, vulgo *Behnesi* dictus, qui ex Sheikhis Damascenis fuit et mense Jomádzi II. anni 987 (inc. 28. Febr. 1579) mortuus est. Pervenit usque ad librum de emtione venditioneque — Sheikh *Núr-ed-dín Ali Bacáni Cádiri Behnesi*i discipulus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui statuta juridica praescripsit etc. — Liber *Multecá el-abhor*, inquit, cum inter compendia sectae Hanefiticae illustrissimum, amplissimum, institutionibus frugiferis plenissimum et utilissimum esset, commentarium in eum componere constitui, postquam Sheikhus meus, vir sui temporis incomparabilis et Sheikh Islámi doctor *Mohammed Behnesi*, anno 987 (inc. 28. Febr. 1579) mortuus, scripserat, et fui ego caussa, quae ad scribendum impulit, cum eo praeside textum legerem, et

فى ذلك بقراءتى المتن عليه وطلبى منه ذلك اشار اليه فى الديباجة بقوله وقد طلب منى شرحه بعض المترددين من افاضل المشتغلين ولم يقرأ هذا المتن عليه احد الّا الفقير قرأت من الاول الى النفقات وانتهت كتابته هناك ثم قرأت الى خيار الرؤية وكتب من البيوع اليها ثم سافر الى الحجّ وتوفى بعد ما جمع بسنة شرعت فى هذا الشرح فى اوآئل سنة ٩٩٠ وتمّ فى ثالث عشر ذى الحجة سنة ٩٩٥ ووقع التخلّل فى هذه المدّة بلا كتابة فى ايام كثيرة بسبب الحجّ سنة ٩٩٣ وقد جمعت فيه من كتب المذهب من الهداية وشروحها وغير ذلك سمّاه بمجرى الانهر على ملتقى الابحر ومن شروحه شرح اسمعيل افندى السيواسى فى اربع مجلّدات المتوفى سنة ١٠٤٨ وشرح الشيخ الامام علاء الدين بن ناصر الدين الامام بجامع بنى امية الدمشقى الحنفى المتوفى سنة فرآئضه وسمّاه سكب الانهر على فرآئض ملتقى الابحر اوله الحمد لله الذى قضى بالحمام على جميع الانام الخ اتمّها فى شهر

ut scriberet flagitarem. Hunc ipsum in praefatione ornata verbis suis Sheikh innuit „Et a me studiosus quidam meritissimus et ad scholas meas ventitans flagitavit, ut commentarium in illum librum scriberem“, et hunc textum praeter me pauperem eo praeside nemo legit. Legi ab initio usque ad caput de pecunia numerata, quam maritus conjugi ad sumtus faciendos dat, et commentarii scriptionem usque ad hunc locum continuavi. Tum usque ad caput de emtione legi, quam emtor absens ea conditione transigit, ut eam re visa solvere possit, et commentarium a capite de emtionibus usque ad hoc caput scripto mandavi. Tum ad solennia peregrinationis sacrae Mekkae celebranda profectus est, et posteaquam collegit anno post mortuus est. — Hunc commentarium initio anni 990 (inc. 26. Jan. 1582) aggressus sum, et absolutus est die tertio decimo mensis Dzu'lhijjet anni 995 (inc. 2. Dec. 1586). In hoc tempus *El-Ihrám* incidit, ut per multos dies propter peregrinationem sacram anno 993 (inc. 24. Dec. 1585) celebratam scribere non possem. Collegi autem in eo e libris sectae Hanefiticae et quidem ex *Hidáyet* ejusque commentariis et aliis scriptis, et commentarium *Mejrá el-anhor ala Multecá el-abhor* inscripsit. — Porro commentarium quatuor voluminum edidit *Ismail Efendi Siwási*, anno 1048 (inc. 5. Mai. 1638) mortuus — Sheikh et Imám *Alá-ed-dín Ben Násir-ed-dín Dimeshcki* Imamus Hanefiticus ad aedem cathedralem Omayyadarum, anno . . . mortuus, caput de jure hereditario explicuit, et hunc commentarium, qui ita incipit: Laus Deo, qui in balneum ire hominibus omnibus imposuit etc., *Sakab el-anhor ala feráidh Multecá el-abhor* i. e. „Effusio aquae super statuta de jure hereditario in libro *Multecá*

جماذى الاخرة سنة ٩٩٠ وشرحه شاه محمد بن احمد بن ابى السعود الصديقى الحنفى المناسترى شرحًا ممزوجًا اوله الحمد لله الذى زيّن بهدايته سماء الشريعة الخ وسمّاه منتهى الانهر فى شرح ملتقى الابحر الّفه سنة ١٠٥٢ [ وشرحه المولى العلّامة قاضى القضاة بالعساكر الروميّة عبد الرحمن بن الشيخ محمد بن سليمان المدعو بشيخى زاده المتوفى سنة ١٠٧٨ شرحًا بسيطًا وسمّاه بمجمع الانهر فى شرح ملتقى الابحر قال وقع الاتمام والاختتام فى سنة ١٠٧٧ وشرحه العلّامة محمد بن على بن محمد بن على الملقب بعلاء الدين الحصكفى الدمشقى المتوفى سنة ١٠٨٨ وسمّاه درّ المنتقى فى شرح الملتقى وشرحه المولى مصطفى بن عمر بن الشيخ محمد المشهور بحلب المتوفى سنة ١٠٩٣ والمولى القاضى بالقسطنطنيّة السيد محمد بن محمد الحلبى المتوفى سنة ١٠١٤ شرحًا مشهورًا بالسيد الحلبى وللشيخ خليل بن رسول بن عبد المؤمن السينوبى الاقجه چاى شرح مبسوط فى مجلّدين سمّاه اظهار فرائد الابحر وايضاح فوائد الانهر اوله الحمد لله الكريم الواهب المنّان الخ وللشيخ عثمان الوحدتى الادرنوى المتوفى سنة ١١٣٠ تقريبًا

---

*el-abhor* inscripsit. Absolvit eum mense Jomádzi II. anni 990 (inc. 26. Jan. 1582). Praeterea commentarios ediderunt *Sháh Mohammed Ben Ahmed Ben Abi'lsoúd Sadicki Monástiri* Hanefita, cujus commentarius, *Muntehá el-anhor fi sharh Multecá el-abhor* inscriptus et anno 1052 (inc. 22. Mart. 1642) compositus, textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui recta sua religione coelum legis ornavit etc. — [ Molla doctissimus judex exercituum Rumeliae supremus *Abd-el-rahman Ben* El-Sheikh *Mohammed Ben Soleimán*, vulgo *Sheikhizádeh* dictus et anno 1078 (inc. 13. Jun. 1667) mortuus, cujus commentarius amplus est et titulum prae se fert *Mejma' el-anhor fi sharh Multecá el-abhor.* Perfectio, inquit, et absolutio cadit in annum 1077 (inc. 24. Jun. 1666) — vir doctissimus *Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Ben Ali Haskefi Dimeshchi*, honorifice *Alá-ed-din* dictus et anno 1088 (inc. 24. Febr. 1677) mortuus, cujus commentarius *El-Dorr El-Muntecá fi sharh El-Multecá* inscriptus est — Molla *Mustafa Ben Omar Ben* El-Sheikh *Mohammed*, vulgo *Haleb* dictus et anno 1093 (inc. 31. Dec. 1682) mortuus — Molla judex Constantinopolitanus *Seyyid Mohammed Ben Mohammed Halebi*, anno 1014 (inc. 9. Mai. 1605) mortuus, cujus commentarius nomine *El-Seyyid El-Halebi* inclaruit — Sheikh *Khalíl Ben Resúl Ben Abd-el-mumin Sinúbi Actjah Tjái*, cujus commentarius magni ambitus est, duo volumina continet et titulum *Itzhár feráid el-abhor we Idháh fewáid el-anhor* prae se fert. Incipit ita: Laus Deo generoso, largitori, benigno etc. — Sheikh *Othmán Wahdeti Edrenewi*, sub annum 1130 (inc. 24. Nov. 1717) mortuus, qui in

شرح مبسوط غاية البسط وللملتقى شرح مسمّى بالمنتقى شرحه بالمنقول والعزو الى من اخذ منه اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ وشرح مناسكه الشيخ محمد صالح المعروف بقاضى زاده المدنى المتوفى سنة ١٠٨٧ وللمولى على بن شرح الدين الشيخ عبد الباقى بن الشيخ احمد الشهير بطريفى شرح ممزوج وسمّاه نور التقى فى شرح الملتقى اتمّه فى محرم سنة ١١٠٨ اوله الحمد لله الذى فقه فى الدين من اراد به خيرًا الخ] ١٢٨٤٩ ملتقى الاحكام للشيخ عبد السلام بن عبد الله بن تيمية [الحرانى المتوفى سنة ٦٥٢] وهو كتاب مرتّب على ابواب الفقه [مدلّل بالاحاديث] ١٢٨٥٠ ملتقى البحار فى الفروع لشمس الدين محمد بن محمد القونوى المتوفى سنة وشرحه ابو العباس احمد بن ابراهيم القاضى بعسكر دمشق وسمّاه المرتقى توفى سنة ٧٦٧ ١٢٨٥١ ملتقى البحار فى الفروع ايضا لمحمد الزوزنى الشريدى الحنفى ذكره تقى الدين ١٢٨٥٢ ملتقى البحار للشيخ الامام محمد بن محمود

commentario genere dicendi quam fusissimo utitur. Porro commentarius in *Multecá* invenitur *Muntecá* inscriptus, cujus auctor ab aliis prolata tradit et ad eos refert, a quibus illa repetiit. Commentarius ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — In caput *Menásik* de ritibus in sacris Mekkanis observandis Sheikh *Mohammed Sálih Medeni*, vulgo *Cádhizádeh* dictus et anno 1087 (inc. 6. Mart. 1676) mortuus, commentarium edidit, et denique Molla *Ali Ben Shark-ed-din* Sheikh *Abd-el-bácki Ben* El-Sheikh *Ahmed*, vulgo *Tzarifi* dictus, commentarium in *Multecá* composuit, qui textum admixtum habet et *Núr el-tuck fi sharh El-Multecá* inscriptus est. Eum mense Moharrem anni 1108 (inc. 21. Jul. 1696) absolvit et ita orsus est: Laus Deo, qui iis intelligentiam religionis impertit, quibus bene facere voluit etc.]. — 12849. **Multecá el-ahkám**, confluens statutorum, auctore Sheikh *Abd-el-selám Ben Abdallah Ben Teimiya* [*Harráni*, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo]. Hic liber ad capita librorum juridicorum dispositus est [et ad argumentandum traditionibus utitur]. — 12850. **Multecá el-bihár**, confluens marium de partibus juris secundariis, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Cuneví*, anno . . . mortuo. In hunc librum *Abu'labbás Ahmed Ben Ibráhím* judex exercitus Damasceni, anno 767 (inc. 18. Sept. 1365) mortuus, commentarium edidit *Murtecá* inscriptum. — 12851. **Multecá el-bihár**, confluens marium de iisdem partibus juris derivatis, auctore *Mohammed Zauzeni Sheridi* Hanefita. Commemoratur a *Tacki-ed-din*. — 12852. **Multecá el-bihár**, confluens marium, auctore Sheikh et Imám *Mohammed*

ابى محمد بن تاج الدين ابى المفاخر الشريدى الزوزنى     ١٢٨٥٣ ملتقى البحرين فى الجمع
بين كلام الشيخين للشيخ شمس الدين محمد بن [عبد الرحمن] العلقمى المتوفى سنة ٩٧٠

١٢٨٥٤ ملتقى البحرين فى التفسير للشيخ علاء الدين على بن محمد المعروف بمصنفك
المتوفى سنة ٨٧٥ كثيرا ما يحل تحقيقات القواعد النحوية على هذا الكتاب فى شرح قصيدة البردة
وصرّح فيه بانّه تفسير مكمّل     ١٢٨٥٥ ملتقط صحاح الجوهرى والملحق بمختار الصحاح لبير
محمد بن يوسف القرمانى الاركلى اوله الحمد لله بكلّ ما حمده اقرب عباده اليه الخ     ١٢٨٥٦
ملتقط فى الفتاوى الحنفيّة للامام ناصر الدين ابى القاسم محمد بن يوسف الحسينى السمرقندى
المتوفى سنة ٥٥٦ وهو مآل الفتاوى تمّ جمعه فى اواخر شعبان سنة ٥٤٩ ثم جنّسه الشيخ
الامام الزاهد جلال الدين محمود بن الشيخ مجد الدين الحسين بن احمد الاسروشنى من
غير زيادة عليها ولا نقصان عنها فى اوآئل شعبان سنة ثلث وستمائة باسروشنه واملأه تماما فى

---

*Ben Mahmúd Ben Mohammed Ben Táj-ed-dín Abu'lmefákhir Sherídi Zauzeni.* — 12853. **Multecá el-bahrein**, confluens duorum marium de edictis Sheikhorum duorum conjungendis, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben* [*Abd-el-rahman*] *Alcami*, anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuo. — 12854. **Multecá el-bahrein**, confluens duorum marium. Commentarius in Coranum, auctore Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dicto et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuo. Multis locis commentarii in *Casidam El-Burdet*, ubi hunc commentarium in Coranum perfectum et absolutum esse diserte dicit, ad praecepta primaria grammaticae argumentis probanda lectorem ad hunc librum relegat. — 12855. **Multecat Sihâh El-Jauheri**, supellex collecta lexici *Sihâh* a *Jauheri* editi et additamenta ad epitomen *Mokhtár El-Sihâh*, auctore *Pír Mohammed Ben Yusuf Caramâni Eregli.* — Incipit liber ita: Laus Deo omnibus, quibus qui inter ejus cultores ei propinquissimus est eum laudat etc. — 12856. **Multecat fi el-fetáwi El-Hanefíyet**, supellex collecta de jurisconsultis Hanefiticis, auctore Imám *Násir-ed-dín Abu'lcásim Mohammed Ben Yusuf Hoseini Samarcandi*, anno 556 (inc. 31. Dec. 1160) mortuo. Hoc decretorum juridicorum repertorium est, quod decem diebus ultimis mensis Sha'bán anni 549 (inc. 18. Mart. 1154) absolvit. Postea illud Sheikh et Imám asceta *Jelál-ed-dín Mahmúd Ben* El-Sheikh *Majd-ed-dín Hosein Ben Ahmed Osrúsheni* nullis additamentis adjectis neque parte resecta primis decem diebus mensis Sha'ban anni 603 (inc. 8. Aug. 1206) in urbe Osrushena in classes descripsit et librum totum mense Safer

صفر سنة ست عشرة وستمائة بسمرقند وللشيخ الامام ابى شجاع ذكره الحلبى فى الشرح الكبير ولابى القاسم الصفار البلخى المتوفى سنة      ١٢٨٥٧ ملتقط لابى الفضل محمد بن ابى جعفر الاستاد المنذرى الهروى المتوفى سنة ٣٢٩      ١٢٨٥٨ ملتقط المعالم فى التفسير      ١٢٨٥٩ ملتقط من الدرر الكامنة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١

١٢٨٦٠ الملتقط من السلك من حلى العروس الاندلسية لنور الدين [على بن موسى] بن سعيد المغربى [الاندلسى المتوفى سنة ٦٧٣]      ١٢٨٦١ الملتقطات فى المسائل الواقعات للشيخ الامام حسام النظر ابى المعالى مسعود بن شجاع بن محمد الاموى الحنفى المتوفى سنة ٥٩٩      ١٢٨٦٢ ملتمس الاخوان فى شرح مختصر القدورى مرّ      ١٢٨٦٣ ملجأ الحكام عند التباس الاحكام فى مجلدين لابى العزّ بهآء الدين يوسف بن رافع المعروف بابن شداد الاسدى الحلبى الشافعى المتوفى سنة ٦٣٢      ١٢٨٦٤ ملجأ العفاة فى فصل العراة والغزاة اوله الحمد لله على نواله الخ للشيخ

---

anni 616 (inc. 19. Mart. 1219) in urbe Samarcand dictavit. Libros ejusdem tituli ediderunt Sheikh et Imám *Abu Shojá'*, cujus librum *Halebi* in Commentario Magno commemorat, et *Abu'lcásim Soghár Balkhi*, anno . . . mortuus. — 12857. El-Multecat, supellex collecta, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Abi Ja'far* El-Ostád *Mondziri Herewi*, anno 329 (inc. 6. Oct. 940) mortuo. — 12858. Multecat el-meálim, supellex collecta signorum. Commentarius in Coranum. — 12859. El-Multecat min el-dorer el-káminet, collectae ex margaritis reconditis, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 12860. El-Multecat min el-silk, collecta e filis margaritarum, quae partem monilium sponsae Andalusenae constituunt, auctore *Núr-ed-dín* [*Ali Ben Musa*] *Ben Saïd Maghribi* [*Andalusi*, anno 673 (inc. 7. Jul. 1274) mortuo]. — 12861. El-Multecatát, collectanea de quaestionibus occurrentibus, auctore Sheikh et Imám *Hosám-el-natzar Abu'lmeáli Mes'úd Ben Shojá' Ben Mohammed Amewi* Hanefita, anno 599 (inc. 20. Sept. 1202) mortuo. — 12862. Multemes el-akhwán, petitio fratrum. Commentarius in Compendium *Codúri*, de quo supra dictum est. — 12863. Melja el-hokkám, refugium judicum, quando statuta juris obscura sunt. Duo volumina, auctore *Abu Izz-ed-dín Behá-ed-dín Yusuf Ben Ráfi' Asedi Halebi* Shafiita, vulgo *Ibn Sheddád* dicto et anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) mortuo. — 12864. Melja el-ofát, refugium beneficium quaerentium de disjunctione nudorum et militum, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben*

شمس الدين محمد بن طولون الدمشقى [المتوفى سنة ٩٥٣] قال كتبته حين فتحت مدينة ردوس سنة ٩٢٩ ١٢٨٦٥ ملجأ القضاة عند تعارض البيّنات لابى محمد غانم بن محمد البغدادى مختصر اوله سبحان من لا حجّة اقوى له من كلامه الخ ذكر فيه انّه جمعها لبعض اخوانه من القضاة ١٢٨٦٦ ملح الخواطر وسبح الجواهر للامير ابى الفضل عبيد الله بن احمد ١٢٨٦٧ مُلَح العصرية لابى القاسم على [بن جعفر] الشهير بابن القطاع [الصقلى المتوفى سنة اربع او خمس عشرة وخمسمائة] ١٢٨٦٨ مُلَح فى الموعظة لابى الفرج ابن الجوزى ١٢٨٦٩ ملح المُلَح لابى المعالى سعد بن على الحظيرى المتوفى سنة ٥٦٨ جمع فيه ما وقع لغيره من التجنيس نظمًا ونثرًا ١٢٨٧٠ ملح المَمالِح لابى القاسم عبد الله وقيل عبد الباقى بن محمد المعروف بابن ماميا الشاعر ١٢٨٧١ ملح النوادر للشيخ ابى عبد الله الكاتب ذكره صاحب الخالصة ١٢٨٧٢ ملحة الاعتقاد للشيخ عزّ الدين ابى محمد عبد العزيز بن

*Tulún Dimeshcki*, [anno 953 (inc. 4. Mart. 1546) mortuo]. Scripsi librum, inquit, cum anno 929 (inc. 20. Nov. 1522) urbs Rhodus expugnaretur. Incipit ita: Laus Deo pro ejus beneficentia etc. — 12865. Melja el-codhát, refugium judicum, quando tituli probationis inter se repugnant, auctore *Abu Mohammed Ghánim Ben Mohammed Baghdádi.* Compendium, quod ita incipit: Laudibus praedicatus sit ille, qui nullum argumentum fortius habet quam orationem suam etc. Auctor in eo commemorat, se illos in favorem amici cujusdam inter judices collegisse. — 12866. Molah el-khawátir, facetiae cogitationum et coronae precatoriae gemmarum, auctore Emír *Abu'lfadhl Obeidallah Ben Ahmed.* — 12867. El-Molah El-Asriyet, narrationes facetae seculi, auctore *Abu'lcásim Ali* [*Ben Ja'far Sickilli*], vulgo *Ibn-elcattá'* dicto et anno 514 (inc. 2. Apr. 1120) sive 515 (inc. 22. Mart. 1121) mortuo. — 12868. El-Molah fi el-mauitzat, facete dicta. Opus paraeneticum, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi.* — 12869. Milh el-molah, venustas facete dictorum, auctore *Abu'lmeáli Sa'd Ben Ali Hatzíri*, anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuo. — Collegit hic paranomasias ligatae et solutae orationis, quae apud alios auctores inveniuntur. — 12870. Milh el-memálih, sal salinarum. Scripsit *Abu'lcásim Abdallah*, sive, ut alii volunt, *Abd-el-báckí Ben Mohammed* Poeta, vulgo *Ibn Mámiyá* dictus. — 12871. Milh el-newádir, sal dictorum rarorum, auctore Sheikh *Abu Abdallah* Scriba. Commemoratur ab auctore libri *Khálisat.* — 12872. Molhat el-i'ticád, pulchritudines confessionis fidei, auctore Sheikh *Izz-ed-dín Abu Mohammed Abd-el-azíz Ben Abd-el-selám* [*Salami Dimeshcki*, anno 660 (inc. 26. Nov. 1261)

عبد السلام [السلمى الدمشقى المتوفى سنة ٦٦٠] اوله الحمد لله ذى العزّة والجلال الخ

١٢٨٧٣ ملحة الاعراب منظومة فى النحو لابى محمد قاسم بن على الحريرى المتوفى سنة ٥١٦ اوله

اقول من بعد افتتاح القول

بحمد ذى الطول شديد الحول

شرحه الشيخ شهاب الدين احمد بن حسين الرملى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٤ وجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ فى ثلث كراريس وهو شرح ممزوج ثم اختصرها فى مائة وعشرين بيتا وللحريرى ايضا شرحها وشرح بدر الدين محمد بن محمد المعروف بابن مالك الدمشقى المتوفى سنة ٦٨٦ وابو العباس احمد بن المبارك الحوفى المتوفى سنة [٦٦٤] وسراج الدين عبد اللطيف بن ابى بكر المتوفى سنة ٨٠٢ وابو المحاسن عبد الله بن عبد الحق فرغ عنه فى رمضان سنة ٧٣٥ واختصرها نظمًا زين الدين عمر بن مظفر ابن الوردى المتوفى سنة ٨٤٦ وابن الوكيل احمد بن موسى ثم شرحه وتوفى سنة ٧٩١ وشرحها الشيخ سريجا

mortuo]. Liber ita incipit: Laus Deo, potentia et majestate praedito etc. — 12873. Molhat el-i'ráb, pulchritudines doctrinae flexionum finalium, auctore *Abu Mohammed Cásim Ben Alí Harírí*, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. Carmen grammaticum, quod ita incipit:

Dico, postquam sermonem incepi

A laude potentis, vi fortis.

In hoc commentarios composuerunt Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Hosein Ramlí* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, et *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abí Bekr Soyútí*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, cujus commentarius tres plagularum pentadas comprehendit et textum admixtum habet. Postea carmen in epitomen centum viginti versuum contraxit. *Harírí* ipse quoque commentarium edidit, itemque *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Dimeshkí*, vulgo *Ibn Málik* dictus et anno 686 (inc. 16. Febr. 1287) mortuus — *Abu'labbás Ahmed Ben-elmobârek Haufí*, [664 (inc. 13. Oct. 1265)] mortuus — *Sirâj-ed-dín Abd-el-latíf Ben Abí Bekr*, anno 802 (inc. 3. Sept. 1399) mortuus — *Abu'lmehásin Abdallah Ben Abd-el-hacc*, qui commentarium mense Ramadhán anni 735 (inc. 1. Sept. 1334) absolvit. — Epitomen carminis metricam porro composuerunt *Zein-ed-dín Omar Ben Motzaffer Ibn-elwerdí*, anno 846 (inc. 12. Mai. 1442) mortuus — *Ahmed Ben Musa*, vulgo *Ibn-elwekíl* dictus et anno 791 (inc. 31. Dec. 1388) mortuus, qui praeterea serius commentarium edidit. Idem fecerunt Sheikh *Soreijá* [*Ben Mohammed Ben Soreijá*

[ابن محمد بن سريجا المصرى المتوفى سنة ۷۸۸] وسمّاه منحة الاعراب وشرحه محمد بن حسن بن سباع الصائغ اوله الحمد لله واستعينه الخ توفى سنة ۷۲۲ وشرحها عبد الله بن احمد بن عيسى المرداوى المقدسى الحنبلى وفرغ عنها فى ذى الحجة سنة ۸۴۷ ۱۲۸۷۴ ملحة فيه ايضا لابن الصائغ شمس الدين محمد بن الحسن المتوفى سنة ۷۲۰. ۱۲۸۷۵ ملحة فى النحو للشيخ ابى حيان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ۷۴۵ وشرحها لجمال الدين عبد الله بن محمد المعروف بابن هشام النحوى [الحنبلى] المتوفى سنة ۷۶۱ ۱۲۸۷۶ ملحمة ابن عقب هو يحيى بن عقب معلم الحسن والحسين رضى الله عنهما منظومة لاميّة اولها

رأيت من الامور العجيبة حال
لاسباب يسطّرها مقالى

۱۲۸۷۷ ملحمة دانيال للشيخ ابى الفضل جليس بن محمد التفليسى شرحه الفاضل عبد الله بن هرون السوسى ۱۲۸۷۸ ملخّص فى التفسير ۱۲۸۷۹ ملخّص فى الجدل

---

***Misri***, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuus], cujus commentarius *Minhat el-i'ráb* inscriptus est — ***Mohammed Ben Hasan Ben Sibá' Sáigh***, anno 722 (inc. 20. Jan. 1322) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo ejusque auxilium imploro etc. — ***Abdallah Ben Ahmed Ben Isa Merdáwi Mocaddesi*** Hanbalita, qui commentarium mense Dzu'lhijjet anni 847 (inc. 1. Mai. 1443) absolvit. — **12874. Molhat fíhi**, pulchritudines. Liber ejusdem argumenti, auctore ***Shems-ed-din Mohammed Ben-elhasan***, vulgo ***Ibn-elsáigh*** dicto et anno 720 (inc. 12. Febr. 1320) mortuo. — **12875. Molhat fi el-nahw**, pulchritudines grammaticae, auctore Sheikh ***Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi***, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. In eas ***Jemál-ed-dín Abdallah Ben Mohammed*** [Hanbalita] Grammaticus, vulgo ***Ibn Hishám*** dictus et anno 761 (inc. 23. Nov. 1359) mortuus, commentarium edidit. — **12876. Malhamet Ibn Acab**, strages magna. Carmen in *Lám* desinens, quod ***Yahya Ben Acab*** doctor ***Hasani*** et ***Hoseini***, quibus Deus propitius sit, composuit. Incipit illud ita:

Video inter res singulares statum meum
Propter caussas, quas carmen meum describet. —

**12877. Malhamet Dániyál**, strages magna Danielis, auctore Sheikh ***Abu'lfadhl Jelís Ben Mohammed Teflísi***. In hunc librum bene meritus ***Abdallah Ben Harún Súsi*** commentarium edidit. — **12878. Molakhkhas**, epitome selectiora continens. Commentarius in Coranum. — **12879. Molakhkhas fi el-jadl**, epitome selectiora

لابى اسحق ابراهيم بن على الشيرازى الشافعى المتوفى سنة ٤٧٦ ١٢٨٨٠ ملخّص فى الحديث
لابى الحسن على بن محمد بن خلف القابسى المعافرى [المالكى] المتوفى سنة ٤٠٣ جمع فيه
ما اتّصل اسناده من حديث مالك فى الموطأ قال ابو عمرو الدانى وهو خمسمائة حديث
وعشرون حديثا اوله الحمد لله حمدًا كثيرًا طيّبًا مباركًا فيه احمده على ما به انعم الخ .
وشرح القاضى شهاب الدين محمد بن احمد بن محمد الخُوَيّى الشافعى خمسة عشر
حديثًا فى اوله وتوفى سنة ٦٩٣ ولقد اجاد فيه وابان عن مزيد علم وغزارة فضل ذكره السبكى
١٢٨٨١ ملخّص فى الحكمة والمنطق للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى
سنة ٦٠٦ وشرحه ابو الحسن على بن عمر القزوينى الكاتبى [المتوفى سنة ٦٧٥] شرحًا مبسوطًا
وسمّاه المنصّص واختصره نجم الدين ابن اللبودى المذكور فى الاشارات وعليه حواشى مفيدة
للابهرى وشرحه شمس الدين اللبودى المذكور فى الرأى المعتبر ١٢٨٨٢ ملخّص فى الفتاوى
مختصر لاحمد بن القاضى البرهان محمود بن اسعد الخجندى ذكره جوى زاده

continens de topica, auctore *Abu Is'hac Ibráhím Ben Ali Shírázi* Shafiita, anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuo. — 12880. Molakhkhas fi el-hadíth, epitome selectiora continens de re traditionaria, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Ben Khalaf Cábisi Meghâfiri* [Malikita], anno 403 (inc. 23. Jul. 1012) mortuo. Collegit ibi eas traditiones a *Málik* in *Mowatta* propositas, quarum auctoritas continua testimoniorum serie nititur. *Abu Amru Dáni:* Sunt, inquit, quingentae viginti traditiones, et liber ita incipit: Laus Deo multa et pura et benedicta. Eum laudo pro beneficiis, quibus me affecit etc. Cádhi *Shehâb-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Ben Mohammed Khowayyi* Shafiita, anno 693 (inc. 2. Dec. 1293) mortuus, commentarium in quindecim priores traditiones edidit, in quo, teste *Sobki*, certe egregie versatus est et scientiam abundantem et eruditionem copiosam manifeste probavit. — 12881. Molakhkhas fi el-hikmet we el-mantic, epitome selectiora continens de philosophia et logica, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. *Abu'lhasan Ali Ben Omar Cazwíni Kátibi*, [anno 675 (inc. 15. Jun. 1276) mortuus], commentarium in eam edidit amplum *Monassas* inscriptum, et *Nejm-ed-dín Ibn-ellobúdi* sub *El-Ishárát* commemoratus eam in brevius contraxit. Praeterea *Abahri* glossas adnotationibus utilibus plenas ad eam conscripsit, et *Shems-ed-dín Lobúdi*, supra in *El-Raï El-Mo'taber* commemoratus, commentarium. — 12882. Molakhkhas fi el-fotáwi, epitome decreta juridica selectiora continens. Compendium a *Jewizádeh* commemoratum, auctore *Ahmed Ben* El-Cádhi *Borhân-*

١٢٨٨٣ ملخّص في الفرائض اوله الحمد لله يرث الارض ومن عليها الخ لحسن بن عثمان
١٢٨٨٤ ملخّص في فروع الشافعية لابي سعيد محمد بن احمد القاضي البخاري المتوفى
سنة ٦٠٤ ١٢٨٨٥ ملخّص في النحو لعبيد الله بن احمد [بن ابي الربيع العثماني الاشبيلي]
الاموي المتوفى سنة ٦٨٨ ١٢٨٨٦ ملخّص في الهيئة البسيطة لمحمود بن محمد الجغميني
الخوارزمي المتوفى سنة وهو مختصر مشهور مرتّب على مقدّمة ومقالتين المقدّمة في اقسام
الاجسام المقالة الاولى في الاجرام العلويّة والثانية في البسائط السفليّة اوله الحمد لله كفاء
افضاله الخ شرحه موسى بن محمود المعروف بقاضي زاده الرومي فرغ منه في سنة ٨١٥ لالوغ
بيك ميرزا توفي سنة وفضل الله العبيدي المتوفى سنة وكمال الدين التركماني المتوفى سنة
فرغ من تأليفه بمدينة كلستان في رمضان سنة ٧٥٥ اوله الحمد لله ربّ العالمين فاطر
السموات والارضين الخ ذكر فيه انّه الّفه لخزانة امير رمضان والسيد الشريف على الجرجاني

---

*ed-dín Mahmúd Ben As'ad Khojendi.* — 12883. **Molakhkhas fi el-feráidh**, epitome de jure hereditario selectiora continens, quae ita incipit: Laus Deo, qui haeres est terrae eorumque, qui in ea vivunt etc. Scripsit *Hasan Ben Othmán.* — 12884. **Molakhkhas fi el-forú' El-Shafiíyet**, epitome selectiora continens de partibus juris Shafiitici secundariis, auctore *Abu Saíd Mohammed Ben Ahmed El-Cádhi El-Bokhári*, anno 604 (inc. 28. Jul. 1207) mortuo. — 12885. **Molakhkhas fi el-nahw**, epitome selectiora e grammatica continens, auctore *Obeidallah Ben Ahmed* [*Ben Abi'lrebí' Othmáni Ishbíli*] *Amewi*, anno 688 (inc. 25. Jan. 1289) mortuo. — 12886. **Molakhkhas fi el-heiat el-besitat**, summarium selectiora continens de figura coelorum simplici, auctore *Mahmúd Ben Mohammed Jaghmíni Khowarezmi*, anno . . . mortuo. Compendium celeberrimum in praefationem et duos libros dispositum. Praefatio de divisione corporum (summatim) agit, liber primus de corporibus coelestibus, secundus de elementis simplicibus corporum terrestrium, et liber ita incipit: Laus Deo talis, qualis praeclarae ejus beneficentiae convenit etc. Commentarios in eum composuerunt *Musa Ben Mahmúd Rumi*, vulgo *Cádhizádeh* dictus et anno . . . mortuus, qui in favorem *Olúgh Beki Mírza* scripsit et commentarium anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) absolvit — *Fadhlallah Obeidi*, anno . . . mortuus — *Kemál-ed-dín Turkemáni*, anno . . . mortuus, qui compositionem commentarii in urbe Gulistán mense Ramadhán anni 755 (inc. 26. Jan. 1354) absolvit. Commentarius ita incipit: Laus Deo mundorum domino, coelorum et terrarum creatori etc., et auctor narrat, se illum pro bibliotheca Emíri *Ramadhán* composuisse — El-Seyyid

المتوفى سنة ٨١٦ اوله سبحانك اللهمّ يا مدبرًا طباق السموات بلا عمد الخ وشرح المولى سنان الدين يوسف المشهور بقره سنان ذكره صاحب الشقائق وعلى شرح قاضى زاده حاشية لتلميذه فتح الله شروانى وحاشية للمولى سنان پاشا [يوسف بن المولى خضر بيك بن جلال الدين المتوفى سنة ٨٩١] كتبها باشارة السلطان محمد بن مراد وحاشية للبرجندى اولها الحمد لله ربّ المشارق والمغارب الخ [وحاشية لفصيح الدين بن عبد الكريم النظامى اولها تبارك الذى جعل فى السمآء بروجا الخ] ومن شروحه الممزوجة شرح محمد بن حسين بن رشيد المشهدى الخوارزمى اوله الحمد لله الذى خلق السمآء معتبرًا للنظار الخ وممّن شرح الملخّص المولى عبد الواحد وبدر الدين الثابتى ومن شروحه شرح عبد الواحد بن محمد اوله الحمد لله فاطر السموات فوق الارضين الخ وشرحه محمد بن محمود بن ابى طالب الشهير بهمام الطبيب شرحًا ممزوجًا اوله الحمد لله الذى خلق السموات والارض الخ وفرغ فى شوال سنة ٨١٣

١٢٨٨٧ ملطف فى المساحة لابى محمد

El-Sherif *Ali Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laudis praedicatio Tibi, o Deus, Tu qui contignationes coelorum sine columnis disposuisti etc. — Molla *Sinán-ed-dín Yusuf*, vulgo *Carah Sinán* dictus, quem auctor libri *Shecáic* commemorat. — Ad commentarium *Cádhízádeh* glossas scripserunt *Fat'hallah Sherwáni* ejus discipulus — Molla *Sinán Pasha* [*Yusuf Ben* El-Molla *Khidhr Bek Ben Jelál-ed-dín*, anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) mortuus], qui jussu Sultani *Mohammed Ben Murád* scripsit — *Berjendi*, cujus glossae ita incipiunt: Laus Deo, regionum orientalium et occidentalium domino etc. — [et *Fasih-ed-dín Ben Abd-el-kerím Nitzámi*, cujus glossae ita incipiunt: Benedictus sit ille, qui in coelo Zodiaci signa collocavit etc.]. Inter commentarios, qui textum admixtum habent, ille, quem *Mohammed Ben Hosein Ben Reshíd Mashhedi Khowáresmi* composuit, ita incipit: Laus Deo, qui coelum contemplantibus tanquam exemplum admirandum creavit etc. — Porro in *El-Molakhkhas* commentarios ediderunt Molla *Abd-el-wáhid* — *Bedr-ed-dín Thábiti* — *Abd-el-wáhid Ben Mohammed*, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui coelos supra terris creavit etc. — *Mohammed Ben Mahmúd Ben Abi Tálib* Medicus, vulgo *Hemmám* dictus, cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui coelos et terram creavit etc. Auctor eum mense Shewwál anni 813 (inc. 6. Mai. 1410) absolvit.

12887. **El-Moltif fi el-misáhat**, liber auxilio bene faciens de geodaesia, auctore

حسن بن محمد المعروف بابن ابی عقامة ١٢٨٨٨ ملقی السبیل مختصر فی المواعظ فی اربع کراسة علی الحروف لابی العلاء احمد بن عبد الله المعرّی التنوخی المتوفی سنة ٤٤٩ ١٢٨٨٩ ملقح فی الجدل لابی البقاء عبد الله بن حسین العکبری المتوفی سنة ٦١٦ ١٢٨٩٠ ملک الادب لمحمد بن سعد [بن محمد المروزی] الدیباجی المتوفی سنة ٦٠٩ ١٢٨٩١ ملکوت فی الکلام ١٢٨٩٢ ملکی فی الطبّ ذکره صاحب المقنع ١٢٨٩٣ الملل والنحل صنّف فیه جماعة منهم ابو منصور عبد القاهر بن طاهر البغدادی المتوفی سنة ٤٢٩ وابو المظفر طاهر بن محمد الاسفرآئنی المتوفی سنة والقاضی ابو بکر محمد بن الطیب الباقلانی المتوفی سنة ٤٠٣ وابو محمد علی بن احمد المعروف بابن حزم الظاهری [المتوفی سنة ٤٥٦] قال تاج الدین السبکی فی الطبقات کتابه هذا من شرّ الکتب وما برح المحققون من اصحابنا ینهون عن النظر فیه لما فیه من الازدراء باهل السنة وقد افرط فیه فی الغضّ من ابی الحسن الاشعری صرّح بنسبته الی البدعة

*Abu Mohammed Hasan Ben Mohammed*, vulgo *Ibn Abi Acáma* dicto. — 12888. Molcki el-sebíl, liber viam docens. Compendium paraeneticum in quatuor quinque plagularum sectiones alphabetice dispositum, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri Tenúkhi*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. — 12889. El-Molaccah fi el-jadl, expertus de topica, auctore *Abu'lbecá Abdallah Ben Hosein Okberi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuo. — 12890. Molk el-adeb, regnum doctrinarum philologicarum, auctore *Mohammed Ben Sa'd* [*Ben Mohammed Merwezi*] *Díbáji*, anno 609 (inc. 3. Jun. 1212) mortuo. — 12891. El-Malkút, mundus invisibilis de metaphysica. — 12892. El-Malaki fi el-tibb, liber regius de medicina. Laudat eum auctor libri *Mocni'*. — 12893. El-Milel we El-Nihal, liber variarum religionum et sectarum philosophicarum. Scripserunt de iis plures, ut *Abu Mansúr Abd-el-cáhir Ben Táhir Baghdádi*, anno 429 (inc. 14. Oct. 1037) mortuus — *Abu'lmotzaffer Táhir Ben Mohammed Isferáini*, anno . . . mortuus — Cádhi *Abu Bekr Mohammed Ben-eltayyib Bachillání*, anno 403 (inc. 23. Jul. 1012) mortuus — *Abu Mohammed Ali Ben Ahmed Tzáhiri*, vulgo *Ibn Hazm* dictus [et anno 456 (inc. 25. Dec. 1063) mortuus]. — *Táj-ed-dín Sobki* in suis *Tabacát*: Hic *Ibn Hazmi* liber, inquit, in pessimis numeratur, neque viri subtilissima eruditione imbuti inter sectae nostrae asseclas ejus lectionem interdicere desierunt, cum calumnias Sunnitarum contineret, et interdum ibi in praeceptis ex doctrina *Abu'lhasani Ash'ari* petendis modum excederet, quem diserte ad novarum rerum studiosos et hereticos refert. — Haec

انتهى وابو الفتح الامام محمد بن عبد الكريم الشهرستانى المتوفى سنة ٥٤٨ قال فيه ايضا وهو عندى خير كتاب صنف فى هذا الباب ومصنّف ابن حزم وان كان ابسط منه الّا انّه مبدّد ليس له نظام انتهى] اوله الحمد لله حمد الشاكرين الخ قال لما وفقنى الله تعالى لمطالعة مقالات اهل العالم من ارباب الديانات والملل اردت ان اجمع ذلك فى مختصر يحتوى جميع ما تديّن به المتديّنون وانتحله المنتحلون وقبل الخوض اقدّم خمس مقدّمات ا فى بيان اقسام اهل العالم جملة ٢ فى قانون يبتنى عليه تعديد الفرق الاسلاميّة ٣ فى اول شبهة وقعت فى الخليقة ومن مصدرها ٤ فى اول شبهة وقعت فى الاسلام ٥ فى ترتيب الكتاب وقال الشيخ فى الفتوحات لا يجوز النظر فى كتب الملل والنحل لاحد من القاصرين واما صاحب الكشف فينظر فيها ليعرف من اىّ وجه تفرّعت اقوالهم لا غير وهو آمن من موافقتهم فى الاعتقاد وصنّف احمد بن يحيى المرتضى مختصرًا سمّاه الملل والنحل ايضا على مذهب الزيديّة وذكر

---

ille. — Imám *Abu'lfat'h Mohammed Ben Abd-el-kerím Shahrestáni*, anno 548 (inc. 20. Mart. 1153) mortuus, librum ejusdem tituli edidit, de quo *Sobki* in iisdem *Tabacát* disputat, et: Hic liber, ait, mea opinione optimus est eorum, qui de hac materia scripti sunt, et quamvis opus *Ibn Hazm*i hoc copiosius sit, attamen materia ibi disjecta est et ordine caret, et quae sunt reliqua]. — Liber *Shahrestáni*i ita incipit: Laus Deo talis, quali gratias agentes eum prosequuntur etc. Cum, inquit, Deus auxilio suo me ad opiniones incolarum orbis, qui varias religiones et sectas profitentur, legendas disposuisset, in compendio quae legebam congerere constitui, quod omnia contineret, quae religionis confessores crederent, et systematum philosophicorum assectae profiterentur. Antequam autem in rem ipsam magis penetrem, quinque prodromos praemittam — 1. de descriptione variorum terrae incolarum summatim — 2. de canone consignando ad justam sectarum islamiticarum enumerationem constituendam — 3. de dubitationum in religione primordiis, quae inter homines apparuerant et unde prodierint — 4. de dubitationum in religione primordiis, quae tempore Islami apparuerunt — 5. de caussis, quae ad dispositionem libri observatam adduxerint. — Sheikhus et libri *Fotúhát Mekkíyet* auctor ibi: Non licet, inquit, ut semidoctorum hebetium quisquam libros religionum et sectarum inspiciat, contra illuminati eos legant, ut cognoscant, qua ratione variae opiniones et dicta a vera religione in discrepantiam abierint, praeterea nihil. Et hoc tuetur, quo minus illi cum sectariis consentiant. — Deinde *Ahmed Ben Yahya Murtedhá* compendium pariter *El-Milel we El-Nihal* inscriptum ad doctrinam sectae *Zeidi*tarum composuit. Dicit

فيه ان الفرقة الناجية في الزيديّة وترجمة الملل والنحل للشهرستاني لنوح افندي [ابن مصطفى الرومي] المصري [الحنفي المتوفى سنة ١٠٧٠] من الناس من قسم اهل العالم بحسب الاقاليم السبعة واعطى لكلّ اقليم حظّه من اختلاف الطبائع والانفس التي تدلّ عليها الالوان والالسن ومنهم من قسم بحسب الاقطار الاربعة الشرق والغرب والجنوب والشمال ووفر على كلّ قطر حقّه من اختلاف الطبائع وتباين الشرائع ومنهم من قسم بحسب الامم فقال كبار الامم اربعة العرب والعجم والروم والهند ثم زاوج بين امّة امّة فذكر ان العرب والهند يتقاربان على مذهب واحد واكثر ميلهم الى خواصّ الاشياء والحكم باحكام الماهيّات والحقائق واستعمال الروحانيّات والروم والعجم يتقاربان على مذهب واحد واكثر ميلهم الى طبائع الاشياء والحكم باحكام الكيفيّات والكميّات واستعمال الامور الجسمانيّات ومنهم من قسمهم بحسب الآراء والمذاهب وذلك غرضنا فيه قال ايضا لاصحاب المقالات طرق في تعديد الفرق الاسلاميّة لا على قانون

---

ibi, sectam *Nájiyet Zeidi*ticam esse. — *Shahrestáni* librum *El-Milel we El-Nihal* *Nuh Efendi* [*Ben Mustafa Rumi*] *Misri* [Hanefita, anno 1070 (inc. 8. Sept. 1659) mortuus], (turcice) transtulit. — (*Shahrestáni*): Sunt nonnulli inter homines, (ait), qui incolas orbis terrarum secundum septem climata describant et cuivis climati portionem tribuant diversitatis qualitatum naturalium et ab animo profectarum, quas colores et linguae indicant. — Alii eos secundum quatuor tractus coeli, orientem, occidentem, meridiem et septentrionem dividunt, et singulis tractibus debitam partem varietatis qualitatum naturalium et discrepantium legis institutorum attribuunt. — Alii genus humanum secundum nationes distribuunt et quatuor populos primarios numerant, Arabes, Persas, Graecos (Byzantinos) et Indos. Tum inter singulos hos populos conjunctionem et confusionem constituunt et dicunt, Arabes et Indos inter se eo propinquos esse, quod uni disciplinae formae dediti sint, et maximam partem ad amplectendas proprias rerum virtutes et ad judicium secundum definitiones verae rerum naturae (seu quidditatum), interioris conditionis et tractationis rerum ad animum redeuntium inclinare, Graecos autem et Persas similiter una disciplinae forma prope inter se conjunctos esse et maxime inclinare ad qualitates rerum naturales exteriores et ad judicium secundum definitiones qualitatum et quantitatum et tractationis rerum corporearum. Alii homines dividunt secundum placita a ratione profecta et varias disciplinarum formas; et hoc est consilium, quod in isto libro scribendo secuti sumus. — Porro: Scriptorum auctores, inquit, varias vias ad sectas Islamicas enumerandas inierunt, minime vero secundum certum canonem, ita ut ne duos quidem scriptores deprehenderem,

فما وجدت مصنّفين منهم متّفقين على منهاج واحد ومن المعلوم ان ليس كلّ من يميز عن غيره بمقالة ما عدّ صاحب مقالة فتكاد تخرج المقالات عن حدّ الحصر فلا بدّ من ضابط في مسائل هي اصول يكون الاختلاف فيها اختلافًا يعتبر مقالة ويعدّ صاحبه صاحب مقالة فاجتهدت حتى حصرتها في اربع قواعد هي اصول الكبار بعد ان تداخل بعضها في بعض وهي القدريّة والصفاتيّة والخوارج والشيعة وهي كبار الفرق الاسلاميّة ١ الصفات والتوحيد فيها وما يجب لله تعالى وما يستحيل على الله ٢ القدر والعدل فيه ٣ الوعد والوعيد والاسمآء والاحكام ٤ السمع والعقل والرسالة والامامة فاذا وجدنا انفراد واحد من ائمّة الامّة بمقالة من هذه القواعد عددنا مقالته مذهبًا وجماعته فرقة وشرطي على نفسي ان اورد مذهب كلّ فرقة على ما وجدته في كتبهم من غير تعصّب لهم ولا كسر عليهم دون ان ابيّن صحيحه من فاسده واعيّن حقّه من باطله وان كان لا يخفى على الافهام الذكيّة لمحات الحقّ

---

qui unam eandemque rationem in sectarum enumeratione secuti essent. Cognitum autem est et certum, non quemvis, qui placito qualicunque ab alio distinctus sit, in auctoribus disciplinae singularis numerari, parum enim abesset, quin hae disciplinae omnem numerum excederent. Tum vero statuenda est necessario certa quaedam regula, quae quaestiones controversas i. e. principia intra terminos coerceat. In his talis discrepantia inest, ut novam disciplinae formam constituat, et qui ejus auctor est, in disciplinarum auctoribus numeratur. — Jam omnes vires intendi, ut varias doctrinarum formas quatuor articulis fundamentalibus subjicerem, et haec sunt fundamenta disciplinarum primaria sectarum majorum, postquam una alteri majori est inserta, *Cadari*tarum, *Sifâti*tarum, *Khawârij* et *Shîi*tarum. Hae autem majores sunt sectarum Islamicarum. Comprehendunt fundamenta primaria — 1. dogmata de attributis divinis et unitate in iis firmiter asseveranda, et dogmata de iis, quae Dei ratione habita necessaria sint et quae impossibilia — 2. dogmata de praedestinatione et justitia in ea — 2. dogmata de promissione et minis, de nominibus et statutis — 4. dogmata de revelatione et ratione, de prophetarum legatione et Imamatu. — Quando autem invenimus, unum Imamorum coetus Islamici singulari dogmate ab his quatuor articulis fundamentalibus discedere, ejus dogma in numero disciplinarum peculiarium habuimus ejusque asseclas sectam statuimus. Mihi ipsi autem legem imposui, ut disciplinam singularum sectarum talem proponerem, qualem in eorum scriptis inveni, sine ullo partium studio, ut neutri faverem, neutri adversarer, nisi quod sanum in earum disciplina a pravo distinxi et inter verum et vanum dijudicavi, etsi viros intellectu

ونفحات الباطل   ١٢٨٩٤ ملوك القيد في النحو لابي القاسم عمر بن ثابت الثمانيني المتوفى سنة ٤٤٢   ١٢٨٩٥ ملهمة تركي منظوم نظمها اولا صلاح الدين ثم غيّر واصلح شاعر في زماننا مخلصه جورى فصارت احسن منها واتمّها توفي سنة ١٠٤٥   ١٢٨٩٦ الممالك والمسالك في عجائب اليمن وجزيرة العرب واسمآء بلادها لابي محمد حسين بن احمد الهمداني النحوي المتوفى سنة ٣٣٤   ١٢٨٩٧ مملكة المنتصف مهلكة المتعسف لعلي الشهير بعيان بن البيان الفارسي مختصر في رؤية الله تعالى في المنام الّفه سنة ٩٩٩ بمصر لما نسبه اهلها الى الاعتزال اوله الحمد لله الذي احتجب بظلال نوره الخ   ١٢٨٩٨ ممتع في التصريف لابن عصفور علي بن مؤمن الحضرمي الاشبيلي المتوفى سنة ٦٦٩ وهو امثل المتوسّطات فيه فلما يخلو من مسآئله كتاب من كتب النحو وكان ابو حيّان لا يفارقه   ١٢٨٩٩ الممتع في منسك المتمتّع

---

acuto praeditos splendores veritatis et flatus vanitatis non laterent. — 12894. **Molúk el-caid**, reges restrictionis. Opus grammaticum, auctore *Abu'lcásim Omar Ben Thábit Themánini*, anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) mortuo. — 12895. **Molhamat**, inspirata. Carmen turcicum, quod primum *Saláh-ed-dín* composuit. Deinde illud poeta temporis nostri, qui nomen poeticum *Jewri* prae se fert, in meliorem formam mutavit et emendavit, ita ut priore praestantius et perfectius evaderet. Obiit hic anno 1045 (inc. 7. Jun. 1635). — 12896. **El-Memálik we El-Mesálik**, regna et viae de rebus Arabiae Felicis et Arabiae peninsulae mirabilibus et urbium harum terrarum nominibus, auctore *Abu Mohammed Hosein Ben Ahmed Hemdáni* Grammatico, anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuo. — 12897. **Mamlaket el-montasif**, dignitas regia juste agentis est pernicies inique facientis, auctore *Ali Ben-elbeyán Fárisi*, vulgo *J'yán* dicto. Compendium de conspectu Dei per somnum. Scripsit anno 909 (inc. 20. Oct. 1590) in Aegypto, cum hujus terrae incolae in eum suspicionem doctrinae Mutazelitarum conferrent. Compendium ita incipit: Laus Deo, qui nube lucis suae obumbrante tectus est etc. — 12898. **El-Momti' fi el-tesríf**, liber institutione oblectationem praebens de flexu formarum, auctore *Ali Ben Mumin Hadhremi Ishbili*, vulgo *Ibn Osfúr* dicto et anno 669 (inc. 20. Aug. 1270) mortuo. Hic liber inter intermedios de hac grammaticae parte praestantissimus est, et certe nullus est liber grammaticus, in quo illius quaestiones non tractentur. *Abu Hayyán* eum semper secum gestabat. — 12899. **El-Momti' fi mansik el-motematti'**, liber institutionibus oblectationem praebens de ritu ei observando, qui *Umram* cum

لابن حجر احمد بن على العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ مجلّد اوله الحمد لله الذى جعل الكعبة البيت الحرام الخ ١٢٩٠٠ من احتكم من الخلفاء الى القضاة لابى هلال [الحسن بن عبد الله] العسكرى [المتوفى سنة ٣٩٥] ١٢٩٠١ من استجيب دعوته لابى جعفر محمد بن حبيب [البغدادى] النحوى المتوفى سنة ٤٤٥ ١٢٩٠٢ من اقسطوا ومن غلوا فى حكم من يقول للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٥ ١٢٩٠٣ من عاش بعد موت الاربعة لابن ابى الدنيا ١٢٩٠٤ من عرف بالله لعلاء الدين مغلطاى [بن قليج المصرى الحنفى] المتوفى سنة ٧٦٢ ١٢٩٠٥ منارات السائرين للشيخ نجم الدين ابى بكر محمد بن الشاهاورى الرازى المتوفى سنة المعروف بداية اوله الحمد لله المتوحّد فى ذاته الخ ذكر فيه انّه التمس منه بعض اصحابه تأليف كتاب فى شرح مقامات العارفين شاملًا لكرامات السالكين جامعًا لمنازل السائرين وان كنت قد صنفت قبل هذا بنيف وثلثين سنة كتاب مرصاد العباد

quadraginta milia explet. — 13130. Muntehá el-gháyát, summus finium. Responsa ad difficultates in libro *Wesít* obvias, de quo infra videndum est. — 13131. El-Muntehá, summum. Commentarius in *El-Moghni* de principiis, de quo supra dictum est. — 13132. El-Muntehá fi el-forú', summum de articulis juris derivatis, auctore *Abu'lmeáli Mohammed Ben Temím Bermeki* Lexicologo. Materiem ex lexico *Sihâh* petiit, pauca nova addidit et in disponendo ordine viam peregrinam iniit. Se librum anno 397 (inc. 27. Sept. 1006) composuisse narrat. — 13133. El-Muntehá fi el-ckiraát el-ashr, summum de decem Corani recensionibus, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Ja'far Khozái*, anno 408 (inc. 30. Mai. 1017) mortuo. Ibi tantum congessit, quantum antea non congestum erat. — 13134. El-Muntehá fi noket uli el-nohá, summum de acute dictis virorum intelligentium. Compendium, auctore praeceptore *Abu'lckásim Abd-el-kerím Ben Hewázin Cosheiri*. — 13135. Muntehá el-kemál, finis perfectionis de cognitione virorum, qui primi traditiones propagarunt, auctore *Abu'lfadhl Ali Ben Hosein Felekí Hemdáni*, anno . . . mortuo. Recensentur ibi nomina traditionariorum honorifica. — 13136. Muntehá el-medárik, finis perceptionum et desiderium cordis pro quovis spiritali, qui viam mysticam ingreditur, auctore Sheikh *Sa'd-ed-dín Saíd Ferghâni*. Liber ita incipit: Laus Deo aeterno etc., et prodromus est similis praefationi ornatae, quam commentario in *Casídam Táiyet* praeposuit. Distributus est in quatuor principia, quorum primum de gradibus essentiae agit, secundum de ordine spirituum, tertium de mundo phantasiae, quartum de natura humana. — 13137. Muntehá el-moná, finis optatorum. Com-

الحسنى للبيضاوى المذكور فى انوار التنزيل ذكره فى اواخر تفسير سورة الحشر ١٣١٣٨ المنثور لابى الفرج ابن الجوزى مختصر اوله الحمد لله الذى احيى اموات النبات الخ وفى مواعظ مرسلة ١٣١٣٩ منثور البهائى وهو نثر كتاب الحماسة مرّ فى الحاء ١٣١٤٠ منثور الحكم مختصر على ثمانية ابواب فى الكلمات الحكمية آ فى العلم والعقل ٢ فى الزهد والعبادة ٣ فى آداب اللسان ۴ فى آداب النفس ۵ فى مكارم الاخلاق ٦ فى حسن السيرة ٧ فى حسن السياسة ٨ فى حسن البلاغة ١٣١٤١ منثور الفوائد من املاء الشيخ الامام كمال الدين ابى البركات عبد الرحمن بن محمد الانبارى المتوفى سنة ۵٧٧ فيه مسائل كثيرة اوله اما بعد حمد الله الخ ١٣١٤٢ منثور للملك المنصور لمحبّ الدين احمد بن عبد الله الطبرى الشافعى المتوفى سنة ٦٩۴ ١٣١۴٣ منثور المنظوم للبهائى للشيخ الامام محمد بن على الهمدانى المتوفى سنة ١٣١۴۴ المنثورات وعيون المسائل المهمّات للشيخ ابى زكريا يحيى بن شرف

---

mentarius in librum *El-Asmá El-Hosná* a *Beidháwi*, qui eum in *Anwár* *zil* laudat, compositus. Commemorat eum in fine interpretationis Suratae *Hashr.* — 13138. El-Manthúr, sylloge prosa oratione composita, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui plantas mortuas in vitam revocat etc., et paraenetica libere se excipientia continet. — 13139. Manthúr El-Beháyi, circumscriptio prosa *Hamásae* in favorem Buidae *Behá-ed-dewlet* edita. Vide supra in litera *Há.* — 13140. Manthúr el-hikem, sylloge apophthegmatum prosa scripta. Compendium de dictis philosophicis in octo capita dispositum, quorum primum de scientia et ratione agit, secundum de abstinentia et cupiditate comprimenda, tertium de linguae moderatione, quartum de anima bene se gerente, quintum de generositate morum, sextum de elegantia vitae, septimum de praestantia administrationis salutis publicae, octavum de elegantia eloquentiae. — 13141. Manthúr el-fewáid, sylloge adnotationum utilium prosa composita ex dictatis Sheikhi et Imámi *Kemál-ed-dín Abu'lberekát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári*, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortui. Multas quaestiones continet et ita incipit: Praemissa laude Dei etc. — 13142. El-Manthúr lil Melik El-Mansúr, sylloge prosa oratione composita et *Meliko Mansúr* oblata, auctore *Mohibb-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Taberi* Shafiita, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo. — 13143. Manthúr el-mantzúm, carmen *Behá-ed-díni* prosa oratione redditum, auctore Sheikh et Imám *Mohammed Ben Ali Hemdáni*, anno . . . mortuo. — 13144. El-Manthúrát, scripta prosa et fontes quaestionum gravissimarum, auctore Sheikh *Abu Zakariyá Yahya Ben Sheref*

النووى المتوفى سنة [٦٧٦] ١٣١٤٥ منجح فى الادوية المفردة اوله ان اولى ما افتتح به الخطاب واجمل ما ابتدئ به الخ وهو كتاب مختصر مجدول فى اسماء الادوية ١٣١٤٦ منجد المقربين ومرشد الطالبين للشيخ محيى الدين محمد بن محمد الجزرى اوله اما بعد حمد الله تعالى الخ جعلها على سبعة ابواب وهو مفيد جدًّا ١٣١٤٧ المنجلى فى تطور الولى رسالة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى ذكرها فى حاويه تمامًا ١٣١٤٨ المنجم فى المعجم للسيوطى مشيخته ١٣١٤٩ المنح الازهر لشرح فقه الاكبر ١٣١٥٠ منح الالهية فى مناقب السادة الوفائية لابن فارس ١٣١٥١ منح البارى بالشيخ الفسيح المجارى فى شرح البخارى مرّ فى الجيم ١٣١٥٢ منح الرحمانية فى الدولة العثمانية تاريخ صغير للشيخ محمد بن ابى السرور البكرى الصديقى المصرى وصل الى سلطنة السلطان عثمان [الثانى ثم ذيّله وسمّاه باللطائف الربانيّة على المنح الرحمانيّة] ١٣١٥٣ منح السحابة ١٣١٥٤

*Neweci*, anno [676 (inc. 4. Jun. 1277)] mortuo. — 13145. El-Monjih fi el-edwiyet el-mofridet, liber prospere expediens de medicamentis simplicibus. Compendium in tabulas de nominibus medicamentorum dispositum, quod ita incipit: Praestantissimum, a quo oratio aperitur, et elegantissimum, a quo incipit etc. — 13146. Monjid el-mocarrebin, liber auxiliaris ad propinquitatem Dei admissorum et dux studiosos recta via dirigens, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Mohammed Jezeri*. Liber ita incipit: Praemissa laude Dei excelsi etc., et in septem capita dispositus adnotationumque utilium plenus est. — 13147. El-Monjeli fi tetawwur el-weli, dictum manifestum de obambulatione amici diversis locis uno eodemque tempore, auctore *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*. Tractatus, quem suo *Háwi* totum inseruit. — 13148. El-Monajjem fi el-moajjem, liber definitus, auctore *Soyúti*. Continet indicem ejus Sheikhorum alphabeticum. — 13149. El-Manh El-Azhar, donatio splendens. Commentarius in *El-Fic'h El-Akbar*. — 13150. El-Minah El-Alehíyet, dona divina. Panegyricus Sheikhorum sanctorum *Wefá-ed-díni*, auctore *Ibn Fáris*. — 13151. Minah el-bári, dona creatoris per Sheikhum valde eruditum et consentientem. Commentarius in *Bokhári Jámi' el-sahíh*, de quo in litera *Jím* videndum est. — 13152. El-Minah El-Rahmáníyet, dona misericordiae divinae de dynastia Othmanica. Historia minor Sheikhi *Mohammed Ben Abi'lsorúr Bekri Sadícki Misri*. Pertinet ad imperium Sultani *Othmán* [*II*. Postea eam continuavit, et huic appendici titulum *El-Letáif El-Rebbániyet ala El-Minah El-Rahmániyet* dedit]. — 13153. Minah el-sehábet, dona nubis. — 13154. Manh

منح السميع بشرح تمليح البديع مرّ فى التآء ١٣١٥٥ منح المدح لابن سيد الناس فتح الدين محمد بن محمد الاندلسى المتوفى سنة ٧٣٤ جمع فيه المدآئح التى مدح بها الاصحاب والتابعون الرسول ومدآئح الذى له المسمّاة ببشرى اللبيب مرّ ١٣١٥٦ منح المكيّة فى شرح امّ القرى مرّ ١٣١٥٧ منح المنة فى التلبيس بالسنة فى ست مجلّدات للشيخ محمد [ابن عمر] العمرى [الشافعى المتوفى سنة ٨٤٩] ١٣١٥٨ المنحة السريجيّة من النفحة الورديّة لزين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١٣١٥٩ منحة السلوك فى شرح تحفة الملوك مرّ ١٣١٦٠ المنحة فى حفظ الصحّة رسالة على مقدّمة وخمسة ابواب وفصول وخاتمة اوله الحمد لله الموجد كلّ موجود الخ الّفه بعض الاطبّآء لمراد باشا ١٣١٦١ المنحة فى السبحة رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ قال فقد طال السؤال عن السبحة هل لها اصل فى السنة فجمعتها اوردها

---

el-semí', donatio audienti in commentario in *Temlíh el-bedí'* oblata, de quo in litera *Tá* videndum est. — 13155. Manh el-madh, donatio laudis, auctore *Fat'h-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Andalusi*, vulgo *Ibn Seyyid el-nás* dicto et anno 734 (inc. 12. Sept. 1333) mortuo. Collegit ibi encomia, quibus socii prophetae eorumque asseclae legatum divinum celebraverant. Encomia autem a se in prophetam condita in libro *Boshra el-lebíb*, de quo supra dictum est, congessit. — 13156. El-Minah El-Mekkíyet, dona Mekkana. Commentarius in librum *Omm el-corá*, de quo supra dictum est. — 13157. Minah el-minnet, dona gratiae de hypocrisi, quae ope Sunnae peragitur. Sex volumina, auctore Sheikh *Mohammed* [*Ben Omar*] *Omari* [Shafiita, anno 849 (inc. 9. Apr. 1445) mortuo]. — 13158. El-Minhat El-Soreijíyet, donum *Soreijanum* ex libro *El-Nafhat El-Werdíyet* oblatum, auctore *Zein-ed-dín Soreijá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 13159. Minhat el-solúk, donum viae spiritalis. Commentarius in librum *Tohfet el-molúk*, de quo supra dictum est. — 13160. El-Minhat fi hiftz el-sihhat, donum de sanitate conservanda. Tractatus in praefationem, quinque capita, sectiones et conclusionem distributus, qui ita incipit: Laus Deo, qui omnibus rebus existentibus existentiam dedit etc. Medicus quidam eum *Murád Páshae* composuit. — 13161. El-Minhat fi el-sobhat, donum de corona calculorum precatoriorum. Tractatus, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Jam diu, inquit, quaesitum est, num usus coronae precatoriae

في حاويه بتمامها ١٣١٦٢ المنحة فيما علّق الشافعي به القول على الصحّة لابن حجر احمد ابن على العسقلاني المتوفى سنة ٨٥٢ ١٣١٦٣ منسك القاصد الزائر للاقشهرى [شمس الدين محمد بن احمد] المتوفى سنة [٧٣٩] ١٣١٦٤ منشأ الاغاليط في اصطلاح الصوفية لمحمد ابن محمد المعروف بابن الشماع الحلبي الايوبي المتوفى سنة [٨٦٣] ١٣١٦٥ منشأ الانشاء تركي لعالي مصطفى بن احمد الشاعر الرومي [المتوفى سنة ١٠٠٨] اصله على خمسة فصول ولمحمد بن محمد الشاهي المعروف باوقجي زاده المتوفى سنة ١٠٣٩ جمع ما كتب في زمانه لملوك الاطراف من المكاتيب في نحو ثلثين كراسة بالتماس رجل من القضاة يقال له علمي

١٣١٦٦ منشأ الخلاعة لابي العباس احمد بن محمد المعروف بابن العطار الدنيسرى المتوفى سنة ٧٥٤ ١٣١٦٧ منشأ الرسالة في احكام اهل الزيغ والضلالة للامام حجة الاسلام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٠٥ ١٣١٦٨ منشأ القرآءات في القرآءات الثمان

---

Sunna sancitus sit. Collegi igitur. Eum autem totum suo *Háwi* inseruit. — 13162. **E l - M i n h a t**, donum de iis locis, ad quos *Sháfii* verbum „veritati convenienter“ adspersit, auctore ***Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni***, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 13163. **M a n s a k e l - c á s i d**, ritus ad loca piorum visitanda tendentis, auctore [*Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed*] ***Acshehiri***, anno [739 (inc. 20. Jul. 1338)] mortuo. — 13164. **M e n s h a e l - a g h á l í t**, origo errorum de terminis technicis theosophicis, auctore *Mohammed Ben Mohammed Halebi Eyyubi*, vulgo *Ibn-elshemmá'* dicto et anno [863 (inc. 8. Nov. 1458)] mortuo. — 13165. **M e n s h a e l - i n s h á**, origo orationis pedestris elegantioris, turcice. Scripsit *Ali Mustafa Ben Ahmed Rumi* Poeta, [anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuus], et dispositioni primitivae quinque sectiones dedit. — Librum ejusdem tituli edidit *Mohammed Ben Mohammed Sháhi*, vulgo *Ocjizádeh* dictus et anno 1039 (inc. 11. Aug. 1629) mortuus, qui rogante Cádhi quodam, cui nomen *Ilmi* erat, epistolas collegit, quae tempore suo ad provinciarum principes scribebantur, in triginta circiter quinque plagularum fasciculis. — 13166. **M e n s h a e l - k h a l á a t**, origo vitae dissolutae, auctore ***Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Doneiseri***, vulgo *Ibn-elattár* dicto et anno 754 (inc. 6. Febr. 1353) mortuo. — 13167. **M e n s h a e l - r i s á l e t**, origo tractatus de statutis hominum lapsui et errori obnoxiorum, auctore Imám *Hojjet el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 13168. **M e n s h a e l - c k i r a á t**, origo recensionum Corani de octo

لفارس بن احمد الحمصى المتوفى سنة ٤٠١     ١٣١٦٩ منشأ اللغة [ذكر فى كنز اللغة]
١٣١٧٠ منشأ النظر فى علم الخلاف للامام برهان الدين النسفى المتوفى سنة ٦٨٤ اوله
الحمد لله ربّ العالمين الخ شرحه الشيخ اكمل الدين محمد بن محمود البابرتى المتوفى
سنة ٧٨٦ اوله الحمد لله واهب الفكرة الخ قال وهو كتاب صغير الحجم كثير الفائدة وشرحه
الامام المصنّف شرحًا تبختر فى مضمار المناظرة داروه وكنت فى عنفوان شبابى كتبت عليه ما
يعين الطالب على حلّ مشكلاته ولما كبر السن اردت ان اعلّق ذلك فى مختصر حفظًا له
عن الضياع فشرعت فيه مقدّمًا مقدّمة على ما تشتمل على تعريف هذا العلم     ١٣١٧١
منشآت تركى لجماعة من الشعرآء والعلمآء منهم جعفر بن تاجى بيك المتوفى سنة واخوه
سعدى المتوفى سنة ومحمود بن عثمان المعروف بلامعى المتوفى سنة ٩٣٨ والمولى احمد بن
سليمان ابن كمال پاشا توفى سنة ٩٤٠ والمولى على بن امر الله المعروف بابن الحنائى المتوفى
سنة والمولى عبد الكريم بن القاضى بغلطه جمع بعده المولى عصمتى مكاتيبه ودوّن فاعتبر

---

Corani recensionibus, auctore *Fáris Ben Ahmed Himsi*, anno 401 (inc. 15. Aug. 1010) mortuo. — 13169. Mensha el-loghat, origo linguae. [Commemoratur in libro *Kanz el-loghat*]. — 13170. Mensha el-natzar, origo speculationis de doctrina theologiae controversae, auctore Imám *Borhán-ed-dín Nesefi*, anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) mortuo. Incipit liber ita: Laus Deo, mundorum domino etc., et Sheikh *Akmal-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd Báyaburti*, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus, commentarium in eum edidit, qui ita incipit: Laus Deo, facultatis cogitandi datori etc. Commentator: Archetypum, inquit, liber parvi ambitus est, at adnotationibus utilibus plenus, et Imám et auctor commentarium in eum scripserat, quem qui intelligunt in hippodromo disputationis elatius incedunt. Ineunte adolescentia ei adscribebam, quae in explicandis libri difficultatibus studiosum adjuvarent, et cum aetate provectior essem, haec in compendio includere constitui, ut ab interitu conservarentur, et prodromum praemittere institui ea ratione, ut definitionem hujus doctrinae comprehenderet. — 13171. Menshaát, syllogae epistolarum, turcice. Ediderunt plures poetae et viri docti, ut *Ja'far Ben Táji Beg*, anno . . . mortuus — ejus frater *Sa'di*, anno . . . mortuus — *Mahmúd Ben Othmán*, vulgo *Lámii* dictus et anno 938 (inc. 15. Aug. 1531) mortuus — Molla *Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemálpasha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus — Molla *Ali Ben Amrallah*, vulgo *Ibn-elhinnáyi* dictus et anno . . . mortuus — Molla *Abd-el-kerim* filius judicis Galatae, post quem Molla *Ismeti* ejus epistolas collegit et in corpus redegit. Haec sylloge magnam

واشتهر والمولى مصطفى بن بير محمد المعروف بعزمى زاده حالتى رتّب فى حياته وتوفى سنة ١٠٤٠ والمولى محمد بن عبد الغنى المعروف بنادرى المتوفى سنة ١٠٣٦ واويس بن محمد المتخلّص بويسى المتوفى سنة ١٠٣٧ ١٣١٧٢ المنشور فى فروع الحنفيّة للامام السيد ناصر الدين ابى القاسم بن يوسف السمرقندى الحنفى المتوفى سنة ١٣١٧٣ منصّص فى شرح الملخّص مرّ ١٣١٧٤ المنصف فى الدلالات على سرقات المتنبّى لابى محمد حسن بن على بن وكيع الشاعر المتوفى سنة ٣٩٣ جعلها عشرين وجهًا وعشرة اوجه يعبر فى سرقاتها ذنب الشاعر ١٣١٧٥ المنصف من الكلام على مغنى ابن هشام مرّ ١٣١٧٦ المنصف النفيس فى نسب بنى ادريس لمحمد بن اسعد بن الخواق النسابة المتوفى سنة ٥٨٨ الّفه فى طعن نسب الادريسى ابا الحسن ادريس [ابن الحسن] ١٣١٧٧ المنضد فى اللغة المجرّد لكراع النمل على بن حسن المتوفى بعد سنة ٣٠٧ ١٣١٧٨ المنصورى فى الطبّ لمحمد بن زكرياء الرازى المتوفى سنة

---

auctoritatem et celebritatem consecuta est — Molla *Mustafa Ben Pir Mohammed Háleti*, vulgo *Azmizádeh* dictus, qui syllogen adhuc vivus disposuit et anno 1040 (inc. 31. Jul. 1630) mortuus est — Molla *Mohammed Ben Abd-el-ghani*, vulgo *Nádiri* dictus et anno 1036 (inc. 12. Sept. 1626) mortuus — et *Oweis Ben Mohammed*, poetice *Weisi* cognominatus et anno 1037 (inc. 2. Sept. 1627) mortuus. — 13172. El-Manshúr, liber evolutus de partibus juris Hanefitici secundariis, auctore Imám *Seyyid Násir-ed-dín Abu'lcásim Ben Yusuf Samarcandi* Hanefita, anno . . . mortuo. — 13173. El-Monassus, praeceptum sancitum. Commentarius in *El-Molakhkhas*, de quo supra dictum est. — 13174. El-Monsif fi el-delálát, arbiter justus de demonstrationibus, quibus plagia *Moteneobbii* probantur, auctore *Abu Mohammed Hasan Ben Ali Ben Weki'* Poeta, anno 393 (inc. 10. Nov. 1002) mortuo. Deposuit argumenta in viginti facies, in quarum decem e furtis literariis ibi allatis culpam poetae demonstrat. — 13175. El-Monsif min el-kelám, defensor ab iis, quae contra *El-Moghni* ab *Ibn-Hishám* editum disputaverant. — Vide supra. — 13176. El-Monsif El-Nefís, defensor pretiosus de genealogia *Edrisi*darum, auctore *Mohammed Ben As'ad Ben-elkhawáfi* Genealogo, anno 588 (inc. 18. Jan. 1192) mortuo. Composuit librum ad reprehendendam rationem, qua *Idrísi* genealogiae *Abu'lhasani Idrís* [*Ben-elhasan*] obtrectaverat. — 13177. El-Monadhdhad fi el-loghat, liber lexicologicus bene compositus et locis probantibus destitutus, auctore *Ali Ben Hasan*, vulgo *Korá' el-naml* dicto et post annum 307 (inc. 3. Jun. 919) mortuo. — 13178. El-Mansúri fi el-tibb, liber *Mansúri*cus de medicina, auctore *Mohammed Ben*

[٣١١] غفل فيه عن ذكر اكثر الامور الطبيعيّة على قول على بن عباس المجوسى صاحب كامل الصناعة وهو كتاب على عشر مقالات وفى كلّ مقالة فصول الّفه للامير منصور

### ١٣١٧٩ علم المنطق

[ويسمّى علم الميزان ايضا وهو علم يتعرّف منه كيفيّة اكتساب المجهولات التصوّرية والتصديقيّة من معلوماتهما وموضوعه المعقولات الثانية من حيث الايصال الى المجهول او النفع فيه والغرض ومنفعته ظاهرة من الكتب المبسوطة فى المنطق هكذا قال فى مفتاح السعادة المنطق لكونه حاكمًا على جميع العلوم بالصحّة والسقم والقوّة والضعف سمّاه ابو نصر الفارابى رئيس العلوم ولكونه آلة فى تحصيل العلوم الكسبيّة النظريّة والعمليّة لا مقصودًا بالذات سمّاه الشيخ الرئيس ابن سينا بخادم العلوم وحكى ابو حيان فى تفسير البحر ان اهل المنطق بجزيرة الاندلس كانوا يعبرون عن المنطق بالفعل تحرزًا عن صولة الفقهاء حتى ان بعض

---

*Zakariyá Rází*, anno [311 (inc. 21. Apr. 923)] mortuo. Teste *Ali Ben Abbás* Mago, libri *Kámil el-sináat* auctore, in hoc libro, quem *Rází* Emiro *Mansúr* composuit, mentionem rerum plurimarum physicarum neglexit. In decem dissertationes distributus est, quae singulae sectiones continent. —

### 13179. Ilm el-mantic. Logica.

[Ex hac doctrina, quae etiam *Ilm el-mizán* i. e. doctrina trutinae appellatur, ratio cognoscitur notiones ignotas animo conceptas et persuasionem formantes ex notionibus hujus generis notis eliciendi et sibi comparandi. Objectum ejus sunt notiones secundae ratione perceptae, quatenus ad notiones ignotas perducunt aut ad fructum in iis inveniendum. Finis doctrinae et utilitas ex libris amplis de logica scriptis apparent. — Ita dicit auctor libri *Miftáh el-seádet*. — Logicam autem, quod in omnes doctrinas judicando eo imperium exercet, quod in iis sanum et insanum, firmum et infirmum sit, *Abu Nasr Fárábi* principem doctrinarum appellat, et quod instrumentum sit in comparandis et intelligendis doctrinis speculativis et practicis, quae in quaestione versantur, utrum homo actionibus suis bene meruerit necne, neque propter se ipsam spectetur, Sheikh Reyis *Ibn Síná* eam famulam doctrinarum nominat. — *Abu Hayyán* in commentario suo coranico *El-Bahr* inscripto: Logicae studiosi, inquit, in Andalusia peninsula voce *Fîl* i. e. actio ad logicam designandam utebantur, ut se a persecutione jurisconsultorum violenta defenderent. Hinc factum est, ut

الوزراء اراد ان يشترى لابنه كتابا من المنطق فاشتراه خفية خوفا منهم مع انه اصل كل علم وتقويم كل ذهن انتهى قال الغزالي من لم يعرف المنطق فلا ثقة له في العلوم اصلا حتى روى عن بعضهم انه فرض كفاية وعن بعضهم فرض عين قال الشيخ ابو علي ابن سينا المنطق نعم العون على ادراك العلوم كلها وقد رفض هذا العلم وجحد منفعته من لم يفهمه ولا اطلع عليه عداوة لما جهل وبعض الناس ربما توهم انه يشوش العقائد مع انه موضوع للاعتبار والتحرير وسبب هذا التوهم ان من الاذكياء الاغمار الذين لم تؤدبهم الشريعة من اشتغل بهذا العلم واستضعف حجج بعض العلوم فاستخف بها وباهلها ظنا منه انها برهانية لطيشه وجهله بحقائق العلوم ومراتبها فالفساد منه لا من العلم قالوا ويستغنى عنه المؤيد من الله تعالى ومن علمه ضروري ويحتاج اليه من عداهما فان قلت اذا كان الاحتياج بهذه المرتبة فما بال الائمة المقتدى بهم كمالك والشافعي وابي حنيفة رحمهم الله لم ينقل عنهم الاشتغال به

---

Wezirus quidam, qui filio librum logicum emere volebat, metuens ab illis injuriam clam emeret, quamvis logica omnis scientiae fundamentum sit et cujusvis mentis moderatrix. — Haec ille. — *Ghazáli:* Qui logicam ignorat, ait, ei nulla omnino in doctrinis habenda est fides, ut alii dixisse tradantur, eam esse praeceptum parti fidelium impositum, alii, Mohammedanis omnibus. — Sheikh *Abu Ali Ibn Siná* logicam praestantissimum esse dicit auxilium ad doctrinas omnes intellectu percipiendas. Certe hanc doctrinam respuit ejusque utilitatem negat, qui eam non intelligit neque perspicit, hostili animo ea quae ignorat insectans. — Viri quidam interdum opinati sunt, logicam fidei articulos conturbare, attamen in doctrinae formam redacta est ad res attente et clare considerandas et accurate examinandas. Caussa autem falsae hujus opinionis in eo cernitur, quod inter viros acutos inexperti sint neque legem docti, qui hac doctrina occupati teneantur et argumenta doctrinarum nonnullarum infirma censeant, ut ea despiciant et viros his argumentis probantes, hac de caussa opinione ducti, argumenta illa indubitatam demonstrandi vim habere, quod mente capti sunt neque veram doctrinarum naturam et ordines intelligunt. Haec igitur perniciei caussa est, non doctrina. — Porro ea carere posse illos dicunt, qui a Deo adjuventur ejusque doctrina, quae sua necessitate persuasionem gignat, ea autem opus habere illos, qui utrisque adversentur. — Jam dico: Quando necessarium est, ut hic gradus pretii logicae tribuatur, unde fit, ut Imami, quos imitamur, ut *Málik*, *Sháfii*, *Abu Hanífa*, illa doctrina occupati fuisse non tradantur! — Pertinet certe

وانما هو من العلوم الفلسفيّة وقد شنع العلمآء على من عرّبها وادخلها في علوم الاسلام ونقل من ابن تيميّة الحنبلي انه كان يقول ما اظنّ الله تعالى يغفل عن المأمون العباسي ولا بدّ ان يعاقبه بما ادخل هذه الامّة فجوابه ان ذلك مركوز في جبلّاتهم السليمة وفطرهم المستقيمة ولم يفتهم الا العبارات والاصطلاحات كما ذكر في علم النحو والكتب المصنّفة في المنطق ايساغوجي بحر الفوائد تيسير الفكر جامع الدقائق شمسيّة غرّة النجاة قواعد الجليّة لوامع الافكار مطالع محكّ النظر معيار الافكار ناظر العين نخبة الفكر وغير ذلك]

١٣١٨٠ منطق الحرس في لسان الفرس للشيخ اثير الدين ابي حيّان محمد بن يوسف الاندلسي المتوفى سنة ٧٤٥ ١٣١٨١ منطق الرياحين فارسي منظوم اوله خداوند آسمان وزمين الخ وعدد ابياتها ستون وستمائة الفه ناظمه سنة ٨٣٠ ١٣١٨٢ منطق الشرعيّة شرحه عصام الدين ابراهيم بن محمد المتوفى سنة شرحا فارسيا ١٣١٨٣ منطق الطير بارادة الخير [في التصوّف] لزين الدين عمر بن مظفر ابن الوردي المتوفى سنة ٧٤٩ وفارسي منظوم

---

ad doctrinas philosophicas, et viri docti calumniis eos insectantur, qui illas civitate arabica donarunt et in doctrinas Islamicas introduxerunt. — *Ibn Teimíya* Hanbalita dixisse traditur: Vix opinor Deum excelsum *Mamún*um Abbasidam neglexisse, et sine dubio eum punivit, quod hujus doctrinae sectatoribus aditum permiserit. — Responderi autem potest, doctrinas illas in ingenii eorum sanis et cogitationibus recta tendentibus defixas esse, neque logicam homines aliud quidquam docere, nisi notiones et terminos technicos, ut in doctrina grammatica docentur. — Libri autem de logica compositi sunt hi: *Isághúji* — *Bahr el-fewáid* — *Teisír el-fakr* — *Jámi' el-dekáic* — *Shemsiyet* — *Ghorret el-nejât* — *El-Cawáid El-Jeliyat* — *Lewámi' el-afkár* — *Metáli'* — *Mahakk el-natzar* — *Mi'yár el-afkár* — *Nátzir el-ain* — *Nokhbet el-fiker* — alii. —

13180. **Mantic el-hars**, loquela saeculi de lingua Persarum, auctore Sheikh *Athír-ed-dín Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. — 13181. **Mantic el-reyáhín**, lingua herbarum odoratarum. Carmen, quod ita incipit: O domine coeli et terrae etc., et sexcentos sexaginta versus continet. Composuit poeta anno 830 (inc. 2. Nov. 1426). — 13182. **Mantic el-shar'íyet**, logica legum peritorum. In hunc librum *Isám-ed-dín Ibráhím Ben Mohammed*, anno . . . mortuus, commentarium persicum composuit. — 13183. **Mantic el-teir**, colloquia avium optimum volentium [de doctrina theosophica], auctore *Zein-ed-dín Omar Ben Motzaffer Ibn-elwerdi*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348)

فيه ايضا للشيخ عطار الهمدانى المتوفى سنة وهو فى مزاحفات رمل المسدّس [ وشرحه المولى شمعى الله باستدعاء حسن اغا المعروف بطرنقجى اغا توفى سنة ١٠٠٥ ] واختيارات منطق الطير للشيخ سيّد على الهمدانى مختصر انتخب منه اوله حمد پاك از جان پاك آن پاك را الخ ولابن السكيت     ١٣١٨٤ منطق [ الطير ] لشهاب الدين احمد بن يحيى بن ابى حجلة التلمسانى المتوفى سنة ٧٧٦     ١٣١٨٥ منطق الغيب تركى فى التصوّف لموسى بن شيخ طاهر اوله شموس حمدنا معدود واقمار ثناءنا محدود الخ رتّب على ثلثة عشر بابا     ١٣١٨٦ المنطق الكبير للامام فخر الرازى من الكتب المبسوطة فيه     ١٣١٨٧ منظر الابصار فارسى منظوم لقاضى سنجان     ١٣١٨٨ منظومة ابن دانيال ذكره ابن حجر فى رفع الاصر وقال وقد ذيّل عليه بعض اصحابنا الى عصرنا     ١٣١٨٩ منظومة ابن فرح شهاب الدين الاشبيلى فى الحديث لاميّة فى ثلثين بيتا اولها

غرامى صحيح والرجا فيك معضل

---

mortuo. — Carmen persicum ejusdem tituli et argumenti Sheikh *Attár Hemdáni*, anno . . . mortuus, ad metrum *Ramal* sex pedum imperfectorum composuit. [In hoc Molla *Shem'í*, anno 1005 (inc. 15. Aug. 1596) mortuus, petente *Hasanagha*, vulgo *Tirnacjiagha* dicto, commentarium composuit]. — Meliora e *Mantic el-teir* Sheikh Seyyid *Ali Hemdáni* in epitome edidit, quae ita incipit: Laus pura cordis puri puro illi etc., itemque *Ibn-elsikkít*. — 13184. **Mantic [el-teir]**, colloquia [avium], auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Yahya Ben Abi Hajla Tilimsáni*, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 13185. **Mantic el-gheib**, lingua arcani. Liber turcicus de theosophia a *Musa Ben* Sheikh *Táhir* compositus et in tredecim capita distributus, qui ita incipit: Soles laudis innumerabilis et lunae gratiarum actionis infinitae etc. — 13186. **El-Mantic El-Kebír**, logica magna, auctore Imám *Fakhr Rázi*. Pertinet ad libros de hac doctrina ampliores. — 13187. **Mantzar el-absár**, adspectus oculorum. Carmen persicum, auctore Cádhi urbis Senján. — 13188. **Mantzúmet Ibn Dániyál**, carmen filii Danielis. Laudatur ab *Ibn Hajr* in libro *Raf'o' el-isr*, qui: Continuavit illud, inquit, discipulus quidam noster usque ad nostrum tempus. — 13189. **Mantzúmet Ibn Farah**, carmen de re traditionaria in *Lám* desinens, auctore *Shehâb-ed-dín Ishbíli*, vulgo *Ibn Farah* dicto. Continet triginta versus et incipit ita:

Amor meus sincerus est et spes in Te posita multum praecellens.

شرحه عزّ الدين محمد بن احمد بن الجماعة وسمّاه زوال الترح توفى سنة ٨١٦ وله شرحان غيره اوله الحمد لله الذى كمل نوع الانسان الخ ويحيى ابن عبد الرحمن القرافى اوله الحمد لله الذى قبل بصحيح النية الخ ١٣١٩٠ منظومة ابن وهبان فى فروع الحنفية وهو الشيخ عبد الوهاب بن احمد الدمشقى المتوفى سنة ٧٦٨ وهى قصيدة رائية من بحر الطويل اولها

بدأتنا بالحمد لله اجدر

ضمّنها غرائب المسائل وهى نظم جيّد متمكّن فى اربعمائة بيت [سمّاها قيد الشرائد ونظم الفرائد اخذ من ستة وثلثين كتابًا ورتّب] على ترتيب الهداية ثم شرحها فى مجلّدين وسمّاه عقد القلائد فى حلّ قيد الشرائد ولخّص القاضى عزّ الدين عبد الرحيم بن محمد بن الفرات القاهرى المتوفى سنة ٨٥١ هذا الشرح ثم شرحها قاضى القضاة عبد البرّ بن محمد المعروف بابن الشحنة الحلبى المتوفى سنة ٩٢١ وهو شرح مقبول ذكر فيه ان المصنّف اطنب فى شرحه بتوجيه المسائل وانه لم يتعرّض اليه لكن زاد فيه ما اهمله والحق فروعا غريبة

---

*Izz-ed-din Mohammed Ben Ahmed Ibn-eljemâa*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, commentarium in illud edidit *Zewâl el-tarah* inscriptum. Idem duos commentarios composuit, quorum alter ita incipit: Laus Deo, qui genus humanum perfectum reddidit etc. — Praeterea *Yahya Ben Abd-el-rahman Carâfi* commentarium scripsit, qui ita incipit: Laus Deo, qui pro propositi sinceritate sponsor est etc. — 13190. Mantzûmet Ibn Wahbân, carmen de partibus juris Hanefitici secundariis, auctore Sheikh *Abd-el-wehhâb Ben Ahmed Dimeshcki*, vulgo *Ibn Wahbân* dicto et anno 768 (inc. 7. Sept. 1366) mortuo. *Casîda* in *Râ* desinens et ad metrum *Tawîl* composita, quae ita incipit:

Ratio nostra a „Laus Deo“ incipiendi convenientissima est.

Inseruit huic carmini praestanti et firmiter compacto, quod quadringentos versus continet, quaestiones rariores, [eique titulum dedit *Caid el-sherâid we Natzm el-ferâid.* Triginta sex libros in usum vocavit] et dispositionem libri *Hidâyet* secutus est. Postea commentarium duobus voluminibus comprehensum et *Acd el-calâid fi hall Caid el-sherâid* inscriptum edidit. Meliora hujus commentarii Cádhi *Izz-ed-din Abd-el-rehîm Ben Mohammed Ben-elforât Câhiri*, anno 851 (inc. 19. Mart. 1447) mortuus, in epitome collegit. — Porro judex supremus *Abd-el-berr Ben Mohammed Halebi*, vulgo *Ibn-elshihna* dictus et anno 921 (inc. 15. Febr. 1515) mortuus, commentarium in carmen composuit, qui cum omnium plausu excipiebatur. Dicit ibi, auctorem in suo commentario quaestionibus vario modo consignandis et explicandis nimia verba fecisse,

وغيّر ما عسر فهمه من بعض ابياته بارضح منه وسمّاه تفصيل عقد الفوآئد بتكميل قيد الشرآئد وقيل فرغ من تصنيفه بعد شهر رمضان سنة ٨٨٥ ثمّ هذّب في آخر جمادى الاخرة سنة ٨٩٥ وقال فيه انّ ابن وهبان مسبوق بنظم القاضى نجم الدين الطرسوسى وكان يطلبه منه في حياته فلم يسمح به له ولا لغيره وظفر به بعد موته وضمنه قصيدته هذه باختصار لفظ من غير تغيّر المعنى وجاءت في دون قدر النصف منها اوله الحمد لله رافع الشرع الشريف ومؤيّده الخ وشرح الشيخ على بن غانم المقدسى المتوفى سنة ومختصر شرح ابن الشحنة الشرنبلالى ١٣١٩١ منظومة في الاسطرلاب لعبد الواحد بن محمد نظمها لاجل حفظ محمد شاه الفنارى وكان معلّما له قال صاحب الشقآئق وكان نظمه بليغا ١٣١٩٢ منظومة في الحديث لابن الجوزى شرحها الشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ في مجلّدين جمع فيه من كلّ نوع حتى خرج من ان يكون شرحا لهذا النظم القليل وكان يقول انّه زردخانتى

---

se autem ei non adversari. Attamen addidit commentario, quae auctor omiserat et articulos raros secundarios adjecit, nonnullisque versibus, qui difficiles ad intelligendum erant, clariores substituit. Compositionem commentarii, cui titulum *Tafsîl acd el-fewâid bi tekmîl Caid el-sherâid* dedit, post mensem Ramadhân anni 885 (inc. 13 Mart. 1480) absolvisse dicitur. Deinde ad finem Jomâdzi II. anni 895 (inc. 25. Nov. 1489) commentarium recognovit, et in hac recognitione narrat, ante *Ibn Wahbân* jam Câdhi *Nejm-ed-dîn Tarsûsi* carmen simile composuisse. Quod cum ab eo adhuc vivo peteret, neque ipsi neque aliis illud legendum concedebat. Post *Tarsûsi* mortem eo politus est ejusque argumentum huic *Casîdae* ita intexuit, ut verba contraheret, sensum minime mutaret, et *Casîda* nondum dimidium carminis illius ambitum attingeret. — Commentarius ita incipit: Laus Deo, legem augustam elevanti et corroboranti etc. — Praeterea Sheikh *Ali Ben Ghânim Mocaddesi*, anno . . . mortuus, commentarium in *Casîdam* edidit, et *Sharanbelâli* epitomen e commentario *Ibn-elshihnae* excerptam. — 13191. **Mantzûmet fi el-astarlâb**, carmen de astrolabio. Composuit *Abd-el-wâhid Ben Mohammed* ad adjuvandam memoriam *Mohammed Shâhi Fenâri*, cujus doctor erat, et auctor libri *El-Shecâic*: Carmen ejus, inquit, eloquentia distinctum est. — 13192. **Mantzûmet fi el-hadîth**, carmen de re traditionaria, auctore *Ibn-eljauzi*. — Sheikh *Câsim Ben Cotlubaghâ* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, commentarium duorum voluminum in illud edidit, in quo adnotationes omnis generis congessit, ut naturam commentarii in hoc carmen parvum excederet, et „hic commentarius armamentarium meum est" dicere solebat indicans,

اشارة الى انه جمع كلّ ما عنده ولم يكمله ١٣١٩٣ [منظومة فى حروف الزوائد فى الكلمة لابن مظلوم المولى الفاضل الاديب مصطفى بن حسين الحلبى الاصل ثم شرحه] ١٣١٩٤ منظومة فى حساب اليد لابن المغربى اولها

الحمد لله القدير العالم

شرحها عبد القادر بن على بن شعبان الصوفى اولها الحمد لله ربّ العالمين الخ ١٣١٩٥ منظومة فى الصلوة الوسطى لمحمد بن محمد [بن محمد] ابن الشحنة الحلبى جمع الاقوال فى خمس ابيات عينيّة ثم شرحها وجعل كتابا توفى سنة [٨٩٠] ولابنه عبد البرّ ايضا عينيّة فى الفروق ١٣١٩٦ منظومة فى العروض لابى نصر فتح بن موسى القصرى المتوفى سنة ٦٦٣ ١٣١٩٧ منظومة فى العقائد للشيخ ابى النجا بن خلف المصرى ولد سنة ٨٤٩ ثم شرحها وفى تزيد على الف بيت ذكره السخاوى فى الضوء وقرظ له المتن الكافيجى وبالغ فى الثناء عليه

---

se in eo omnia concervasse, quae apud se habuisset. Attamen eum non perfecit. — 13193. [Mantzúmet fi horúf el-zewáid fi el-kalimet, carmen de literis ad voces accedentibus, *Elif*, *Wáw*, *Yá* quiescentibus, auctore Molla bene merito et philologo *Mustafá Ben Hosein* urbe Haleb oriundo et vulgo *Ibn Matzlúm* dicto. — Idem commentarium in illud edidit]. — 13194. Mantzúmet fi hisáb el-yad, carmen de ratione digitis computandi, auctore *Ibn-elmaghribi*. Incipit ita:

Laus Deo omnipotenti, scienti.

*Commentarius*, quem *Abd-el-cádir Ben Ali Ben Sha'bán Sufi* in illud edidit, ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 13195. Mantzúmet fi el-salát el-wosta, carmen de precatione media, auctore *Mohammed Ben Mohammed* [*Ben Mohammed*] *Ibn-elshihna Halebi*, anno [890 (inc. 18. Jan. 1485)] mortuo. Collegit opiniones de ea varias in quinque versibus in literam *Ain* desinentibus. Postea in hos commentarium edidit, quem librum singularem fecit. — *Ibn Abd-el-berr* ejus filius pariter carmen in *Ain* desinens edidit de gregibus pecuariis. — 13196. Mantzúmet fi el-arúdh, carmen de arte metrica, auctore *Abu Nasr Fat'h Ben Musa Casri*, anno 663 (inc. 24. Oct. 1264) mortuo. — 13197. Mantzúmet fi el-acáid, carmen de articulis fidei, auctore Sheikh *Abu'lnejá Ben Khalaf Misri*, anno 849 (inc. 9. Apr. 1445) nato. Plus mille versus continet, in quos serius commentarium edidit. — „*Sekháwi* carmen in *El-Dhú El-Lámi*" commemorat, et *Kåfiji* textum auctoris laudibus effert in eoque celebrando multa utitur eloquentia. —

١٣١٩٨ منظومة فى فروع الحنفيّة لحسام الدين ابى عبد الله الحسن بن شرف التبريزى
المتوفى فى نيف وسبعين وسبعمائة اولها

بدأت بسم الله نظمى تقولا

وشرحها بعضهم     ١٣١٩٩ منظومة فى الفروع لنجم الدين ابراهيم بن على الطرسوسى المتوفى
سنة ٧٣٢ وهى فى الف بيت سمّاها بالفوائد البدريّة الفقهيّة ثم شرحها وسمّاها الدرّة السنيّة
وهى مأخذ منظومة ابن وهبان كما ذكر     ١٣٢٠٠ منظومة فيه ايضا لجلال الدين رسولا بن
احمد التبانى جمع فيه ما يناسبه من الفتوى ثم شرحها فى اربع مجلّدات وتوفى سنة ٧٩٣
١٣٢٠١ منظومة فى قراءة يعقوب لمحمد بن محمد بن عرفة الورغمى التونسى المالكى
المتوفى سنة ٨٠٣     ١٣٢٠٢ منظومة فى الوضوء المستحبّ وهو اربعون نظمها الشيخ زين الدين
عبد الرحيم بن حسين العراقى ثم شرحها ولده القاضى ولى الدين احمد بن ابى زرعة اوله

---

13198. **Mantzúmet fi forú' el-haneffyet**, carmen de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore ***Hosám-ed-dín Abu Abdallah Hasan Ben Sheref Tebrízi***, anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) et supra mortuo. — Carmen ita incipit:

Incipio a „Nomine Dei" carmen meum traditionem sequens.

Vir quidam in illud commentarium edidit. — 13199. **Mantzúmet fi el-forú'**, carmen de partibus juris derivatis, auctore ***Nejm-ed-dín Ibráhím Ben Ali Tarsúsi***, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuo. Sunt mille versus, quibus auctor titulum dedit ***El-Fewáid El-Bedriyet El-Fic'hiyet***. Serius eos commentatus est, et commentarium titulo ***El-Dorret El-Seniyet*** insignivit. Ut jam supra est dictum, hic fons est, unde ***Ibn Wahbán*** argumentum sui carminis sumsit. — 13200. **Mantzúmet fíhi**, carmen ejusdem argumenti, auctore ***Jelál-ed-dín Rasúlá Ben Ahmed Tebbáni***, anno 793 (inc. 9. Dec. 1390) mortuo. Collegit in eo responsa juridica conformia, in quae postea commentarium quatuor voluminum edidit. — 13201. **Mantzúmet fi ckiráat Ya'cúb**, carmen de recensione ***Ya'cúbi*** coranica, auctore ***Mohammed Ben Mohammed Ben Arafa Werghami Tunesi*** Malikita, anno 803 (inc. 22. Aug. 1400) mortuo. — 13202. **Mantzúmet fi el-wodhú 'el-mostehabb**, carmen de lotione sacra optanda quidem sed non praescripta, quadraginta versus continens. Condidit Sheikh ***Zein-ed-dín Abd-el-rehím Ben Hosein, Irácki***, et serius Cádhi ***Welí-ed-dín Ahmed Ben Abi Zor'a*** ejus filius in illud commentarium edidit, qui ita

امّا بعد حمد الله الخ      ١٣٢٠٣ منظومة النسفى فى الخلاف وهو ابو حفص عمر بن محمد ابن احمد النسفى المتوفى سنة [٥٣٧]

باسم الاله ربّ كلّ عبد

والحمد لله ولى الحمد

رتّب على عشرة ابواب ١ فى قول الامام ٢ فى قول ابى يوسف ٣ فى قول محمد ٤ فى قول الامام مع ابى يوسف ٥ فى قوله مع محمد ٦ فى قول ابى يوسف مع محمد ٧ فى قول كلّ واحد منهم ٨ فى قول زفر ٩ فى قول الشافعى ١٠ فى قول مالك اتمّها فى يوم السبت فى صفر سنة ٥٠٤ وعدد ابياته الفان وستمائة وستون ولها شروح كثيرة منها لابى البركات حافظ الدين عبد الله بن احمد النسفى شرح شرحًا بسيطًا سمّاه المستصفى ثم اختصره وسمّاه المصفى كما ذكر فى اخر شرحه المسمّى بالمصفّى اوله الحمد لمن تمّت نعمته الخ قال لمّا فرغت من جمع النافع واملائه وهو المستصفى من المستوفى سألنى بعض اخوانى ان اجمع للمنظومة شرحًا مشتملًا

---

incipit: Praemissa laude Dei etc. — 13203. **Mantzúmet El-Nesefi**, carmen de theologia controversa, auctore *Abu Hafs Omar Ben Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *Nesefi* dicto et anno [537 (inc. 27. Jul. 1142)] mortuo. Incipit ita:

Nomine Dei omnium servorum domini

Et laus Deo, laude digno —

et in decem capita divisum est, quorum primum de doctrina Imámi *Abu Hanífa* agit — secundum de doctrina *Abu Yusuf*i — tertium de doctrina *Mohammed*is — quartum de doctrina Imámi *Abu Hanífa* cum doctrina *Abu Yusufi* conjuncta — quintum de eadem cum doctrina *Mohammedis* conjuncta — sextum de doctrina *Abu Yusuf*i cum doctrina *Mohammed*is conjuncta — septimum de doctrina uniuscujusque eorum — octavum de doctrina *Zofar*i — nonum de doctrina *Sháfii*i — decimum de doctrina *Máliki*. — Auctor absolvit Sabbathi die mense Safer anni 504 (inc. 20. Jul. 1110), et carmen duo milia sexcentos sexaginta versus continet. Multos commentarios in hoc carmen scripserunt, ut *Abu'lberekát Háfitz-ed-dín Abdallah Ben Ahmed Nesefi*, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus, cujus commentarius amplus est et titulum *Mostasfi* prae se fert. Deinde eum in brevius contraxit et hunc epitomen titulo *Mosfa* ornavit, ut ad finem commentarii *Mosaffa* inscripti commemorat. Illa ita incipit: Laus ei, cujus beneficentia absoluta est etc. — Cum, inquit, commentarii syllogen in *El-Náfi'*, *El-Mostasfi min El-Mostaufi* inscripti, ejusque dictationem absolvissem, amicorum quidam a me petiit, ut in *El-Mantzúmet*

على الدقائق فشرحته وسمّيته المصفى وتوفى سنة ٧١٠ وابى اسحق ابراهيم بن احمد الموصلى المتوفى سنة ٦٥٢ ورضى الدين ابراهيم بن سليمان الحموى المنطقى المتوفى سنة ٧٣٢ فى مجلّدين وابى المحامد محمود بن محمد بن داود البخارى المولوى الافشنجى سمّاه الحقائق مكث فى جمعه اكثر من سبع سنين واتمّه يوم الاضحى من سنة ٦٦٦ ببخارا وتوفى سنة ٦٧١ اوله الحمد لله الاحد بذاته الواحد فى صفاته الخ قال سمّيته حقائق المنظومة فيكون الاسم دالاً على محتواه ومخبرى عما حواه والمولى خطاب بن ابى القاسم القره حصارى فى مجلّدين وتوفى سنة اوله الحمد لله المتفرد بالعظمة والكبرياء الخ ذكر فيه انه شرحه بدمشق وفرغ منه فى صفر سنة ٧١٧ ذكره ابن دقماق وابى الفتح علاء الدين محمد بن عبد الحميد الاسمندى السمرقندى [المعروف بالعلاء العالم] سمّاه حصر المسائل وقصر الدلائل وتوفى سنة ٥٥٢ والامام السغدى وابى المفاخر محمد بن محمود السديدى وسمّاه ملتقى البحار فى منتقى الاخبار توفى سنة اوله احمده على بدائع كرمه المتواترة الخ ذكر فيه انه

---

commentarium colligerem, qui quaestiones ejus subtiles comprehenderet. Itaque hunc commentarium composui eique titulum *Mosfa* dedi — porro *Abu Is'hac Ibrâhîm Ben Ahmed Mausili*, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuus — *Redhi-ed-dîn Ibrâhîm Ben Soleimân Hamawi Manticki* (Logicus), anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuus, cujus commentarius duo volumina complectitur — *Abu'lmehâmid Mahmûd Ben Mohammed Ben Dâwud Bokhâri Mewlewi Afshenji*, anno 671 (inc. 29. Jul. 1272) mortuus, qui commentario, in quo congerendo plus septem annos consumsit, titulum *El-Hacâic* dedit, eumque in urbe Bochara die oblationis i. e. die decimo mensis Dzu'lhijjet anni 666 (inc. 22. Sept. 1267) absolvit. Incipit ille ita: Laus Deo essentia sua unico et in suis attributis singulari etc. Nominavi eum, ait, *Hacâic El-Mantzûmet* i. e. veritates carminis, ut titulus argumentum ejus significaret et eorum quae comprehendebat effluvium esset — Molla *Khattâb Ben Abi'lcâsim Carahhisâri*, anno . . . mortuus, cujus commentarius duo volumina continet et ita incipit: Laus Deo majestate et excellentia singulari etc. — Narrat auctor, se eum Damasci composuisse et mense Safer anni 717 (inc. 16. Mart. 1317) absolvisse. Commemoratur ab *Ibn Ducmâc* — *Abu'lfat'h Alâ-ed-dîn Mohammed Ben Abd-el-hamîd Osmendi Samarcandi*, [vulgo *Alâ-ed-dîn El-Alim* dictus] et anno 552 (inc. 13. Febr. 1157) mortuus, cujus commentarius *Hasr el-mesâil we Casr el-delâil* inscriptus est — Imâm *Sefedi* — *Abu'lmefâkhir Mohammed Ben Mahmûd Sedîdi*, anno . . . mortuus, cujus commentarius *Multecâ el-bihâr fi muntecâ el-akhbâr* inscriptus est et ita incipit: Laudo eum pro

التمس منه اوسط اولاده عبد العزيز فاجاب وابى الحسن على بن محمد بن على وسمّاه بالموجز ذكره ابن الجوى والامام قاضى خان ومن شروح المنظومة عون الدراية والمختلف اوله الحمد لله المتعزّز بذاته المقدس الخ للشيخ الامام علآء الدين عالم السمرقندى ومن شروحه التحقيق وشرحه مولانا مصنفك ايضا وشرح المنظومة للشيخ الامام ابى بكر محمد الحدادى الحنفى المتوفى سنة ٨٠٠ سمّاه النور المستنير فى مجلّد كبير ولعبد المحسن القيصرى كتب منظومة فى الفقه اجاد فيها ومن شروحه الجواهر المضيئة وشرحها الامام على ابن عثمان الاوسى المتوفى سنة وسمّاه مختلف الرواية ومختصره استقصآء النهاية واختصرها القاضى محبّ الدين ابو الوليد محمد بن محمد ابن الشحنة الحلبى الحنفى المتوفى سنة ٨٩٠ فى الف بيت مع زيادة مذهب احمد

١٣٢٠٤ المنظومة الهاملية فى الفروع للسراج ابى بكر بن على الهاملى الحنفى اليمنى شرحه تلميذه الشيخ ابو بكر بن على الحدادى

---

documentis generositatis ejus novis et continuis etc. Narrat ibi, *Abd-el-azíz* medium filium hunc commentarium a se flagitasse seque ejus desiderio satisfecisse — *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Ben Ali*, cujus commentarius *El-Mujiz* inscriptus est et ab *Ibn-eljewi* commemoratur — Imám *Cadhikhán* — et Sheikh et Imám *Alá-ed-dín Alim Samarcandi*, cujus commentarius *Aun el-dirâyet we El-Mokhtalif* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, essentia sua singulari, sancto etc. — Alius commentarius *Tahckic* inscriptus est. — Deinde commentarius in *El-Mantzúmet* ediderunt Molla noster *Mosannifek*, et Sheikh et Imám *Abu Bekr Mohammed Haddádi* Hanefita, anno 800 (inc. 24. Sept. 1397) mortuus, cujus commentarius *El-Núr El-Mostenír* inscriptus est et magno volumine comprehenditur. — Pariter *Abd-el-mohsin Caisari* carmen *Mantzúmet* de jure scripsit egregium, in quod commentarius exstat *El-Jewáhir El-Modhiyet* inscriptus. — Imám *Ali Ben Othmán Ausi*, anno . . . mortuus, alium commentarium edidit *Mokhtalif el-riwáyet* inscriptum, cujus epitome titulo *Isticsá el-nihâyet* insignita est. — Denique Cádhi *Mohibb-ed-dín Abu'lwelid Mohammed Ben Mohammed Ibn-elshihna Halebi* Hanefita, anno 890 (inc. 18. Jan. 1485) mortuus, illud in epitomen mille versuum contraxit, additis doctrinae *Ahmedii* dogmatis. — 13204. **El-Mantzúmet El-Hámiliyet**, carmen *Hámili*cum de partibus juris secundariis, auctore *Siráj-ed-dín Abu Bekr Ben Ali Hámili Yemeni* Hanefita. Sheikh *Abu Bekr Ben Ali Haddádi Misri*

الحنفى المصرى المتوفى فى حدود سنة ٨٠٠ فى مجلدين كبيرين ١٣٢٠٥ منع الثوران
عن الدوران للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكره فى
فهرس من مقاماته ١٣٢٠٦ منع الموانع عن سؤالات جمع الجوامع مرّ وهى ثلثة وثلثون سؤالا
اوردها بعضهم على متنه فاجاب اوله الحمد لله الذى اسّس قواعد دينه الخ ١٣٢٠٧
منع الموانع للشعرانى ١٣٢٠٨ المنعش لابى الفرج عبد الرحمن ابن الجوزى ١٣٢٠٩ المنفرجة
للمرصفى ١٣٢١٠ المنقح الظريف فى الموشح الشريف للسيوطى ذكره فى فهرسه من النوادر
١٣٢١١ المنقحات المشروحة فى المعانى للمولى محمد التيروى المعروف بعيشى المتوفى سنة
١٠٤٦ ١٣٢١٢ المنقذ من الايمان لمحمد بن احمد البصرى النحوى المعروف بالعجيجى المتوفى
سنة ٣٢٠ وهو يشبه الملاحن لابن دريد ١٣٢١٣ المنقذ من الزلل فى مسائل الجدل للقاضى
ابى محمد عبد العزيز ابن عثمان النسفى الحنفى البخارى الفضلى المعروف الفاضل النسفى

---

Hanefita ejus discipulus, circa annum 800 (inc. 24. Sept. 1397) mortuus, in illud commentarium duorum voluminum magnorum composuit. — 13205. Man'o' el-thaurán, impeditio pulveris a gyrando, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Commemorat libellum in indice scriptorum suorum inter *El-Mecámát*. — 13206. Man'o' el-mewáni', depulsio impedimentorum a quaestionibus libri *Jam'o' el-jewámi'*, de quo supra dictum est. Sunt triginta tres quaestiones, quas vir quidam ad textum illum *Beccálii* proposuerat. Respondet hic in isto libro, qui ita incipit: Laus Deo, qui fundamenta religionis suae confirmavit etc. — 13207. Man'o' el-mewáni', depulsio impedimentorum, auctore *Sha'ráni*. — 13208. El-Mon'ish, liber cadentem attollens, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ibn-eljauzi*. — 13209. El-Munferijet, *Casída* curam adimens, auctore *Marsafi*. — 13210. El-Monaccah El-Tzaríf, liber recte et eleganter compositus de nobili balteo pretioso ornato. Scripsit *Soyúti* et tractatum in indice scriptorum suorum inter libros historias rariores narrantes commemorat. — 13211. El-Monaccahát El-Mashrúhat, dicta perpolita et explicatione ornata de sententiis, auctore Molla *Mohammed Tírewi*, vulgo *Aishi* dicto et anno 1046 (inc. 26. Mai. 1636) mortuo. — 13212. El-Monckidz min el-aimán, liberator a juribus-jurandis, auctore *Mohammed Ben Ahmed Basri* Grammatico, vulgo *Ajíj* dicto et anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuo. — Similis est libro *Kitáb el-moláhin* inscripto et ab *Ibn Doreid* edito. — 13213. El-Monckidz min el-zalal, liberator ab erroribus de quaestionibus topicae, auctore Cádhi *Abu Mohammed Abd-el-aziz Ben Othmán Nesefi Bokhári Fadhli* Hanefita, vulgo *El-Fádhil El-Nesefi* dicto et anno

المتوفى سنة ٥٣٣ في مجلد  ١٣٢١٤ المنقذ من الضلال والمفصح عن الاحوال للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ اوله الحمد لله الذى يفتتح بحمده كل رسالة ومقالة الخ مختصر قيد فيه غاية العلوم واسرارها والمذاهب واغوارها  ١٣٢١٥ المنقذ من الهلكة فى دفع مضار السموم المهلكة لحسن بن ابى ثعلب بن المبارك الطبيب اوله الحمد لله الواحد بلا كيفية الخ ذكر فيه انه الفه للمفضل بن ابى البركات ورتب على ثلث مقالات

١٣٢١٦ منن الهادى فى النحو والتصريف للشيخ عز الدين عبد الوهاب بن ابراهيم الخزرجى الزنجانى وكان حيا سنة ٦٥٤  ١٣٢١٧ [منة الدعوات للشيخ محمد بن قطب الدين الازنيقى اوله الحمد لله الذى لا يشتبه عليه اختلاف الدعوات الخ]  ١٣٢١٨ منهاج الابتهاج بشرح مسلم بن حجاج مر  ١٣٢١٩ منهاج الادب فى التصريف للشيخ محمود مختصر اوله الحمد لله الهادى الى سبيل السداد الخ الفه لولده عبد اللطيف ورتب على سبعة ابواب  ١٣٢٢٠ منهاج الاستقامة فى اثبات الامامة لشيخ الرفضة جمال الدين

---

533 (inc. 8. Sept. 1138) mortuo. — Volumen. — 13214. El-Monckidz min el-dhalál, liberator ab errore et immunis ab affectionibus, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Incipit liber ita: Laus Deo, a cujus laude omnis tractatus et libellus incipitur etc. Compendium, in quo summas doctrinas earumque arcana, varias sectarum orthodoxarum disciplinas et ima earum mysteria definivit. — 13215. El-Monckidz min el-halakat, liberator ab interitu de depellendis noxis venenorum perniciosorum, auctore *Hasan Ben Abi Tha'leb Ben-elmobárek* Medico. Opus, quod auctor in favorem *Mofadhdhal Ben Abi'lberekát* composuisse dicit, incipit ita: Laus Deo unico sine qualitate etc., et in tres libros distributum est. — 13216. Minen el-hádi, dona magistri ducentis de grammatica et flexu formarum, auctore Sheikh *Izz-ed-din Abd-el-wehháb Ben Ibráhím Khazreji Zenjáni*, anno 654 (inc. 30. Jan. 1256) vivo. — 13217. [Minnet el-daawát, donum precationum, auctore Sheikh *Mohammed Ben Cotb-ed-dín Izníckí.* Incipit ita: Laus Deo, cui varietas precationum non obscura est etc.] — 13218. Minháj el-ibtiháj, via laetitiae. Commentarius in *Jámi el-sahíh* a *Moslim Ben Hajjáj* editum, de quo supra dictum est. — 13219. Minháj el-edeb, via institutionis philologicae de flexu formarum, auctore Sheikh *Mahmúd.* Compendium ita incipiens: Laus Deo ad viam recti ducenti etc., quod ille filio suo *Abd-el-latíf* composuit et in septem capita distribuit. — 13220. Minháj el-isticámet, via rectitudinis de Imamatu confirmando, auctore Sheikh

ابى منصور حسن بن يوسف بن مطهر الحلى الشيعى المتوفى سنة ٧٢٦ قال ابن كثير وقد خبط فيه فى المعقول والمنقول ولم يدر كيف يتوجه اذ خرج عن الاستقامة وقد انتدب الردّ عليه فى ذلك الشيخ ابو العباس احمد بن تيمية فى مجلّدات اتى فيها باشياء حسنة وهو كتاب حافل سمّاه منهاج السنة

١٣٢٢١ منهاج الاقبال

١٣٢٢٢ منهاج اهل الاصابة فى صحبة الصحابة لابى الفرج ابن الجوزى

١٣٢٢٣ منهاج اهل السنة فى الردّ على القدرية للشيخ الامام منصور بن محمد السمعانى المتوفى سنة ٤٨٩

١٣٢٢٤ منهاج البلغاء فى علمى البلاغة والبيان لحازم بن محمد القرطاجنى المتوفى سنة ٦٨٤

١٣٢٢٥ منهاج البيان فيما يستعمله الانسان من الادوية المفردة والمركّبة مرتّب على الحروف لابن جزلة يحيى بن عيسى الكاتب الطبيب من تلامذة نصير الدين الطوسى المتوفى سنة ٤٩٣ كان نصرانيًّا فاسلم ضمنه ذكر جميع الادوية والاشربة والاغذية وكلّ مركّب وبسيط ومفرد وخليط ورتّبه على حروف المعجم اوله الحمد لله الذى ظهرت بدآئع مصنوعاته وبهرت غرآئب مبتدعاته الخ وعليه

---

*Rafedhi*tarum *Jemál-ed-dín Abu Mansúr Hasan Ben Yusuf Ben Motahher Hilli* Shiita, anno 726 (inc. 8. Dec. 1325) mortuo. — *Ibn-Kethír:* Interdum, inquit, in rebus ratione cognoscendis et traditione propagatis lapsus est et ignorat qua se dirigi passus sit, quandoquidem a rectitudine deflexit. — Jam in his rebus refutare eum suscepit Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Teimiya* in duobus voluminibus, in quibus res probas attulit. Liber copiosus est et titulum *Minháj El-Sunnet* prae se fert. — 13221. **Minháj el-icbál**, via prosperitatis. — 13222. **Minháj ahl el-isábet**, via virorum acumine mentis praeditorum de consortio sociorum prophetae, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi.* — 13223. **Minháj ahl el-sunnet**, via Sunnitarum de refutatione *Cadari*tarum, auctore Sheikh et Imám *Mansúr Ben Mohammed Sem'ání*, anno 489 (inc. 31. Dec. 1095) mortuo. — 13224. **Minháj el-bolaghá**, via eloquentium de doctrinis eloquentiae et expositionis, auctore *Házim Ben Mohammed Cartájenni*, anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) mortuo. — 13225. **Minháj el-beyán**, via expositionis de iis remediis simplicibus et compositis, quae homo adhibet. Scripsit *Yahya Ben Isa* Scriba et Medicus, *Nasír-ed-dín*i *Tusi* discipulus, vulgo *Ibn Jazla* dictus et anno 493 (inc. 17. Nov. 1099) mortuus, qui Christianus erat et postea fidem Islamicam amplexus est. Disposuit librum secundum ordinem alphabeticum eique omnia genera medicamentorum, potionum et alimentorum, et omnia composita et simplicia, non mixta et mixta secundum literas alphabeti arabici inseruit. Liber ita incipit: Laus Deo, cujus operum miracula nova apparent et monumenta rara primum

تعليقة للشيخ الفاضل عبد الله بن احمد المالقى المعروف بابن بيطار المتوفى سنة ٦٤٦ وسمّاه الابانة والاعلام بما فى المنهاج من الخلل والاوهام اوله الحمد لله الذى اقام بلطف حكمته الخ قرأه عليه الشيخ الموفق احمد بن الشيخ السديد ابى القاسم الخزرجى بدمشق ولبعضهم تتمّة له اوله حمدًا لمن ابدع الخواصّ والعجآئب الخ قال ولما كان فنون الطبّ كثيرة وكان اجلّها العلم بالمفردات وما يتعلّق بها ولم ار من حرّر احكام ذلك مثل ابن جزلة فانّه حقّق فى منهاجه واجاد ولكنه شرط ان يهمل المجهول فادّى ذلك الى اعتراض الاغبيآء نعم فاته اشيآء يسيرة فى جنب فوآئده العزيزة من اهمال مفرد او تنبيه على اسم او منفعة او مضرّة او بدل او قدر وزن فاستخرت الله تعالى وجمعت ما فاته ١٣٢٢٦ منهاج التعبير لحالة الاصفهانى المتوفى سنة      ١٣٢٢٧ منهاج التوفيق فى القراءة للشيخ علم الدين محمد بن عبد الصمد السخاوى [الكبير]      ١٣٢٢٨ منهاج الجلى فى شرح القانون للجزولى مرّ

producta splendent etc. — Ad eum Sheikh bene meritus *Abdallah Ben Ahmed Málacki*, vulgo *Ibn Beitár* dictus et anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuus, scholia leviora *El-Ibánet we El-I'lám bimá fi El-Minháj min el-khalel we el-auhám* inscripta edidit, quae ita incipiunt: Laus Deo, qui benignitate sapientis sui consilii stabilivit etc. — Ea auctore praeside Sheikh *Mowaffac-ed-din Ahmed Ben El-Sheikh El-Sedid Abu'lcásim Khazreji* Damasci legit, et vir quidam complemento continuavit, quod ita incipit: Laudem ei, qui virtutes proprias et vires miras primum produxit etc! — Cum, inquit, partes medicinae multae sint, et doctrina, quae in medicamentis simplicibus et iis, quae ad illa pertinent, versatur, praeter ceteras emineat, neque quemquam videam, qui praecepta huc spectantia tam accurate tractaverit ut *Ibn Jazla*, quippe qui in suo *Minháj* egregio modo veram eorum naturam perquisivit, et tamen legem sibi scripsit, ut anonyma omitteret, quo factum est, ut inexperti offenderentur, et certe, quando copiam adnotationum utilium et pretiosarum consideras, res exiguae eum fugerunt, quatenus hic illic remedium simplex omisit, aut ad ejus nomen, aut utilitatem aut noxam aut succedaneum aut pondus pharmaceuticum animum legentis non advertit; itaque auxilium a Deo excelso petii, et quae *Ibn Jazlam* fugerant collegi. — 13226. Minháj el-ta'bír, via artis somnia interpretandi, auctore *Hála Isfaháni*, anno . . . mortuo. — 13227. Minháj el-taufíc, via auxilii divini de recensione Corani, auctore Sheikh *Alem-ed-din Mohammed Ben Abd-el-samed Sekháwi* [majore]. — 13228. El-Minháj El-Jeli, via manifesta. Commentarius in *Canún* a *Jozúli* editum, de quo supra videndum est. —

١٣٢٢٩ منهاج الدراية في فروع الحنفية لابي الحفص عمر بن محمد النسفي المتوفى سنة
١٣٢٣٠ منهاج الدكان في الطب مجلد اوله الحمد لله الذي ليس بذي بداية فيكون
مسبوقا الخ للشيخ الحاذق ابي المنيري بن ابي نصر [بن حفاظ المعروف بالكوهن العطار]
الاسرائيلي الهاروني بالقاهرة جمعها لنفسه ولولده سنة ٦٥٨ ذكر فيه انه جامع للاغراض كاف
فيما يحتاج اليه بالنسبة الى غيره جمعها من الدستور المارستاني وغيره من عدة اقرباذينات
مختارة كالارشاد والملكي والمنهاج واقرباذين ابن التلميذ وغير ذلك ١٣٢٣١ منهاج الدين
الحليمي في شعب الايمان وهو الشيخ الامام ابو عبد الله حسين بن الحسن الحليمي
الجرجاني الشافعي المتوفى سنة ٤٠٣ وهو كتاب جليل في نحو ثلث مجلدات فيها احكام
كثيرة ومسائل فقهية وغيرها مما يتعلق باصول الايمان رتبه على سبعة وسبعين بابا على ان
للايمان بضعا وسبعين شعبة واختصره القاضي علاء الدين ابو الحسن علي بن اسمعيل
التبريزي القونوي المتوفى سنة ٧٢٩ ونظمه نور الدين علي الاشموني الشافعي بعد التسعمائة
وشرحه شمس الدين الخطيب الشربيني المتوفى سنة ٩٧٧ ١٣٢٣٢ منهاج ذوي الحسب

13229. **Minháj el-dirâyet**, via cognitionis de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore *Abu Hafs Omar Ben Mohammed Nesefi*, anno . . . mortuo. — 13230. **Minháj el-dokkán**, praxis officinae de medicina. Volumen ita incipiens: Laus Deo, qui nullum principium habet, ut praeexistens sit etc., quod Sheikh sagax *Abu'lmonîri Ben Abi Nasr* [*Ben Haffâtz Attâr*] *Israíli Hárúni*, [vulgo *Kohen* dictus], Cahirae sibi et suo filio anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) collegit. Narrat ibi, se species casu oblatas collegisse, et liber pro iis, quibus opus est, ratione aliorum scriptorum habita, sufficit. Congessit illas ex *Dostúr Máristáni* et aliis dispensatoriis medicis electis, ut *El-Irshád*, *El-Meleki*, *El-Minháj*, *Ecrabádín Ibn-eltelmidz*i et aliis scriptis. — 13231. **Minháj ed-dín el-halími**, via religionis *Halím*icae de dogmatis fidei singularibus, auctore Sheikh et Imám *Abu Abdallah Hosein Ben-elhasan Halími Jorjáni* Shafiita, anno 403 (inc. 23. Jul. 1012) mortuo. Liber pretiosus tribus circiter voluminibus constans, qui multa statuta, quaestiones juridicas et alia continet, quae ad principia fidei pertinent. Auctor eum in septuaginta septem capita disposuit ea conditione, ut fides septuaginta et plures articulos contineat. — Cádhi *Alá-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Ismaíl Tebrízi Cunewi* anno 729 (inc. 5. Nov. 1328) mortuus, eum in epitomen contraxit — *Núr-ed-dín Ali Oshmúni* Shafiita post saeculum nonum versibus circumscripsit — et *Shems-ed-dín El-Khatíb El-Sherbíni*, anno 977 (inc. 16. Jun. 1569) mortuus, commentario illustrávit. — 13232. **Minháj**

في لغة العرب ١٣٢٣٣ منهاج الرشاد لشكر الله بن احمد وقيل للغزالى ١٣٢٣٤ منهاج السالكين للشيخ اسمعيل الانقروى المولوى [المتوفى سنة ١٠٤٢] ١٣٢٣٥ منهاج السلامة الى معراج الكرامة لابن المطهّر الحلي من افاضل الشيعة فيه مطاعن على اهل السنة وعليه ردّ لزين الدين سريجا بن محمد الملطي المتوفى سنة ٧٨٨ سمّاه سدّ العتيق المطهر وصدّ الفتيق ابن المطهر ١٣٢٣٦ منهاج السلوك في التاريخ ١٣٢٣٧ منهاج السنة النبويّة في نقض كلام الشيعة والقدريّة للشيخ تقي الدين احمد بن عبد الحليم ابن تيمية الحنبلى المتوفى سنة ٧٢٨ الّفه ردًّا على منهاج الاستقامة قال التقي السبكي رأيته قد اجاد في الرّدّ عليه لكن صرح باعتقاده حوادث لا اول لها وانّها قائمة بذات البارى الخ ١٣٢٣٨ منهاج السنة ومفتاح الجنة في فنّ الحديث لم يتمّ للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٣٢٣٩ منهاج الشريعة ١٣٢٤٠ منهاج الصلاح في الفروع على مذهب الامامية ١٣٢٤١

---

**dzewi el-hasab**, via hominum auctoritate distinctorum de lingua Arabum. — 13233. **Minháj el-reshád**, via directionis justae. Scripsit *Shukrallah Ben Ahmed*, sive, ut alii volunt, *Ghazáli*. — 13234. **Minháj el-sálikín**, institutio eorum, qui via spiritali incedunt, auctore Sheikh *Ismail Anckirewi Mewlewi*, [anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuo]. — 13235. **Minháj el-selámet**, via integritatis ad scalam doni supernaturalis. Scripsit *Ibn-elmotahher Hilli* Shiitarum spectatissimus hunc librum, qui obtrectationes adversus Sunnitas continet. — *Zein-ed-dín Soreijá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuus, refutationem ejus edidit *Sadd el-atíc-el-motahher we Sadd el-fetíc Ibn-elmotahher* inscriptam. — 13236. **Minháj el-solúk**, via ingressus. Opus historicum. — 13237. **Minháj el-sunnet el-nebewíyet**, via Sunnae propheticae de infringenda doctrina *Shii*tarum et *Cadari*tarum, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-halím Ibn Teimíya* Hanbalita, anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuo. Scripsit ad refutandum librum *Minháj el-isticámet*, et *Tacki-ed-dín Sobki*: Video eum, inquit, egregie versatum esse in eo refutando, attamen diserte professionem dogmatis significat, res existentes non habuisse initium, eas potius in essentia creatoris ab aeterno exstitisse etc. — 13238. **Minháj El-Sunnet we Miftáh el-jannet**, via Sunnae et clavis Paradisi de doctrina traditionaria, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — Liber non ad finem perductus est. — 13239. **Minháj el-sheríat**, via legis. — 13240. **Minháj el-saláh**, via salutis de partibus juris derivatis secundum doctrinam sectae *Imámiyet*. — 13241.

منهاج الصواب لابى على محمد بن اسعد الحسينى المتوفى سنة ٥٨٨ ١٣٢٤٢ منهاج الطالبين فى مختصر المحرّر فى فروع الشافعيّة للامام محيى الدين ابى زكرياء يحيى بن شرف النووى الشافعى المتوفى سنة ٦٧٦ اوله الحمد لله البرّ الجواد الذى جلّت نعمته عن الاحصآء بالاعداد الخ قال قد اكثر اصحابنا من التصنيف ومن مختصر المحرّر للرافعى كثير الفوآئد عمدة فى تحقيق المذهب وقد التزم مصنّفه ان ينصّ على ما صحّحه معظم الاصحاب لكن حجمه كبر عن حفظ اكثر اهل العصر فرأيت اختصاره فى نحو نصف حجمه مع ما اضمّ اليه من النفآئس ثم ذكر تصرّفاته وقال فى آخره وارجو ان تمّ هذا ان يكون فى معنى الشرح للمحرّر فانّى لا احذف منه شيئًا من الاحكام اصلًا وقد جمعت جزءا على صورة الشرح لدقآئق هذا المختصر انتهى وهو كتاب مشهور متداول بينهم اعتنى بشأنه جماعة فشرحه الشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى ولم يكمله بل وصل الى الطلاق وسمّاه الابتهاج وتوفى سنة ٧٥٦ وكمّله ابنه بهآء الدين احمد المتوفى سنة ٧٧٣ وشرحه محمد بن على العاياتى

**Minháj el-sawáb**, via rectitudinis, auctore *Abu Ali Mohammed Ben As'ad Hoseini*, anno 588 (inc. 18. Jan. 1192) mortuo. — 13242. **Minháj el-tálibín**, via studiosorum, auctore Imám *Mohyi-ed-din Abu Zakariyá Yahya Ben Sheref Newewi* Shafiita, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. Est epitome e libro *Moharrer*, quae ita incipit: Laus Deo justo, liberali, cujus beneficentia nimis magna est, quam ut numeris comprehendi possit etc. — *Newewi:* Asseclae sectae nostrae, inquit, multa scripta ediderunt, et textus compendii *Moharrer* a *Ráfii* editi multa bene adnotata continet et columen est ad doctrinam Shafiiticam accurate cognoscendam, ejusque auctor legem sibi injunxit, ut ea diserte proponeret, quae major pars Shafiitarum vera haberet. Attamen volumen majus est, quam ut plurimi aequalium illud memoria comprehendere possint. Statui igitur illud in dimidium circiter ejus volumen contrahere additis iis adnotationibus pretiosis, quas adjeci. Tum suas dispositiones commemorat, et ad finem praefationis: Spero, inquit, si liber ad finem perductus erit, fore ut loco commentarii in *Moharrer* haberi possit. Ego vero nullum omnino statutum resecui et fasciculum collegi ad formam commentarii in hujus compendii subtilitates. — Haec ille. — Liber *Minháj* magnam consecutus est celebritatem et in Shafiitarum manibus vertitur. — Multi in eo explicando curam posuerunt, ut Sheikh *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuus, qui commentarium *El-Ibtiháj* inscriptum non absolvit, sed tantum ad caput repudii pervenit. Perfecit eum filius *Behá-ed-dín Ahmed*, anno 773 (inc. 15. Jul. 1371) mortuus —

المتوفى سنة ٧٥٠ والشيخ جلال الدين محمد بن احمد المحلّى المتوفى سنة ٨٦٤ [ اوله الحمد لله على انعامه الخ قال هذا ما دعت اليه حاجة المتفهّمين لمنهاج الفقه شرح يحلّ الفاظه ويبين مراده على وجه لطيف خال عن الحشو والتطويل حاو للدليل والتعليل] وشهاب الدين احمد بن حمدان الاذرعى المتوفى سنة ٧٨٣ شرحين اسم احدهما القوت اختصره شمس الدين محمد بن محمد الغزى المتوفى سنة ٨٠٨ وله سلاح الاحتياج فى الذبّ عن المنهاج والاخر الغنية وعليه نكت لشهاب الدين ابن النقيب المتوفى سنة ٧٨٢ والشيخ مجد الدين ابو بكر ابن اسمعيل السنكلومى المتوفى سنة ٧٤٠ [ ولم يطوّله ] وسراج الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى [ المتوفى سنة ٨٠٤ سمّاه الاشارات الى ما وقع فى المنهاج من الاسماء والمعانى واللغات] وله تحفة المنهاج وتعليقة على ابوابه فى جزء وله جامع الجوامع فى نحو ثلثين مجلدا احترق غالبه وعمدة المحتاج فى ثلث مجلّدات والعجالة فى مجلّدين ولغاته فى مجلّد مسمّى

---

***Mohammed Ben Ali Ayáti***, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus — Sheikh ***Jelál-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Mahalli***, anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) mortuus, [cujus commentarius ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis etc. Hoc est, inquit, quod necessitas eorum postulat, qui *Minháj el-fic'h* intelligere student, commentarius, qui verba ejus explicat, et sensum, quem auctor spectavit, ratione eleganti exponit. Ab additamentis superfluis et inutilibus liber est et argumentationem continet et caussae indicationem] — ***Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Hamdán Adzrei***, anno 783 (inc. 28. Mart. 1381), mortuus, qui duos commentarios composuit, quorum alter ***El-Caut*** inscriptus est. Hunc ***Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ghazzi***, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuus, in epitomen contraxit. Idem librum *Siláh el-ihtiyáj fi el-dzabb an El-Minháj* inscriptum edidit. Ad alterum, qui titulum ***El-Ghunyet*** prae se fert, ***Shehâb-ed-dín Ibn-elneckib***, anno 782 (inc. 7. Apr. 1380) mortuus, observationes subtiles composuit — Sheikh ***Majd-ed-dín Abu Bekr Ben Ismail. Senkelúmi***, anno 740 (inc. 9. Jul. 1339) mortuus, [qui eum non longum fecit] — ***Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolacckin*** Shafiita, [anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, cujus commentarius ***El-'Ishárát ila má wacaa fi El-Minháj min el-asmá we el-meáni we el-loghát*** inscriptus est]. Idem ***Tohfet El-Minháj*** edidit et scholia breviora ad nonnulla ejus capita in fasciculo, et ***Jámi' el-jewámi'*** in triginta circiter voluminibus, quorum major pars incendio deleta est, et ***Omdet el-mohtáj*** in tribus voluminibus, et ***Ijálet*** in duobus voluminibus, et singulares dictionis expressiones in volumine

بالاشارات وتصحيحه فى مجلّد وادلّته المتقدّم اسمه كذا فى ضوء السخاوى وافرد الشيخ سراج الدين عمر بن محمد اليمنى [المتوفى سنة ٨٨٧] زوآئد العمدة والعجالة لابن الملقن ويسمّى الاول تقريب المحتاج الى زوآئد شرح ابن النحوى على المنهاج والثانى الصفادة فى زوآئد العجالة واحمد بن العماد الاقفهسى المتوفى سنة ٨٠٨ له عليه عدّة شروح وجد من اكبرها قطعة الى صلوة الجمعة فى ثلث مجلّدات اطال فيه مع اكثاره الاستمداد من شرح المهذب وسمّاه البحر الاجاج واصغرها مجلّدين سمّاه التوضيح والشيخ جمال الدين عبد الرحيم بن حسن الاسنوى بلغ فيه الى المساقاة والفروق وصنّف زيادات على المنهاج فى مجلّد وتوفى سنة ٧٧٢ واكمل الشيخ بدر الدين محمد بن عبد الله الزركشى ذلك الشرح وتوفى سنة ٧٩٤ وقيل له شرح آخر مسمّى بالديباج وشرح قطعة منه نور الدين فرج بن محمد الاردبيلى المتوفى سنة ٧٤٩ [شرحًا حافلًا وصل فيها الى اثنآء ربع البياعات فى ست مجلّدات قال ابن حجر فى الدرر ما له نظير

---

*El-Ishárát* inscripto, et volumen, quo *El-Minháj* corrigere et confirmare studuit, ejusque argumenta, quorum titulus jam antea consignatus est. Ita in *El-Dhú* a *Sekháwi* edito legitur. — Sheikh *Siráj-ed-dín Omar Ben Mohammed Yemeni*, [anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuus], additamenta ad *El-Minháj* in libris *El-Omdet* et *Ijálet* ab *Ibn-elmolacckin* editis obvia separatim edidit. Priora inscripta sunt *Tecríb el-mohtáj íla zewáid sharh Ibn-el-nahwi ala El-Minháj*, posteriora *El-Sifádet fi zewáid El-Ijálet* — porro *Ahmed Ben Imád-ed-dín Acfahsi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuus, qui plures commentarios in *El-Minháj* composuit. De eorum maximo fragmentum tribus voluminibus comprehensum exstat, quod ad precationem diei Veneris pertinet. Longus ibi est, cum simul auxilium multum e commentario in *El-Mohadzdzeb* petierit, librumque titulo *El-Bahr El-Ojáj* insignivit. Minimus duo volumina continet et *Taudhíh* inscriptus est — Sheikh *Jemál-ed-dín Abd-el-rehím Ben Hasan Esnewi*, anno 772 (inc. 26. Jul. 1370) mortuus, qui usque ad caput *El-Mosácát we El-Forúc* pervenit. Praeterea additamenta ad *El-Minháj* edidit volumine comprehensa. Ejus commentarium Sheikh *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Zerkeshi*, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuus, ad finem perduxit. Idem alium commentarium *El-Dibáj* inscriptum composuisse dicitur. — Fragmentum libri *Minháj Núr-ed-dín Farah Ben Mohammed Erdebíli*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, [commentario copioso sex voluminibus comprehenso illustravit, in quo ad mediam partem quartam capitis *El-Biyáát* pervenit. Ut *Ibn Hajr* in *El-Dorer*

فى التحقيق انتهى] وسراج الدين عمر بن رسلان البلقينى سمّاه تصحيح المنهاج اكمل منه الربع الاخير ووصل الى ربع النكاح وتوفى سنة ٨٠٥ ولولده جلال الدين عبد الرحمن نكت على الاصل ولم يتمّ وتوفى سنة ٨٢٤ وشرح الشيخ شرف بن عثمان الغزى شرحًا بسيطًا فى نحو عشر مجلّدات ومتوسّطًا وصغيرًا فى مجلّدين ذكر فيه فوائد غريبة من كتاب الانوار وتوفى سنة ٧٩٩ وعلّق الشيخ جلال الدين محمد بن عمر النصيبى فى اربع مجلّدات سمّاه الابهاج وتوفى سنة ٩٢١ والشيخ بدر الدين ابو البركات محمد بن محمد المعروف بابن رضى الدين الغزى شرحين احدهما ابتهاج المحتاج والشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ سمّاه درّة التاج فى اعراب مشكل المنهاج ونظمه ايضا سمّاه الابتهاج لم يتمّ والقاضى زكرياء بن محمد الانصارى المتوفى سنة ٩٢٦ واختصره الشيخ اثير الدين ابو حيّان محمد بن يوسف الاندلسى وسمّاه الوهّاج فى اختصار المنهاج وتوفى سنة ٧٤٥ ونظمه شمس

---

testatur, hic commentarius in veritate subtiliter examinanda similem non habet. — Haec ille]. — *Siráj-ed-dín Omar Ben Raslán Bolkeini*, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuus, cujus commentarius *Tas'hih El-Minháj* inscriptus est. Absolvit quartam partem postremam, et ad quartam partem capitis *El-Nikâh* pervenit — et *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman* ejus filius, anno 824 (inc. 6. Jan. 1421) mortuus, adnotationes acutas ad archetypum composuit, nec vero ad finem perduxit. — Sheikh *Sheref Ben Othmán Ghazzi*, anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) mortuus, commentarium amplum in decem circiter voluminibus edidit, et intermedium, et parvum duobus voluminibus comprehensum. Affert ibi adnotata utilia rariora e libro *Anwár*. — Scholia leviora *El-Ibháj* inscripta Sheikh *Jelál-ed-dín Mohammed Ben Omar Nasíbi*, anno 921 (inc. 15. Febr. 1515) mortuus, in quatuor voluminibus edidit. — Sheikh *Bedr-ed-dín Abu'lberekát Mohammed Ben Mohammed Ghazzi*, vulgo *Ibn Redhi-ed-dín* dictus, duos commentarios composuit, quorum alter *Ibtiháj el-mohtáj* inscriptus est, et Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, commentarium *Dorret el-táj fi i'ráb moshkil El-Minháj* inscriptum. Idem *El-Minháj* metrice reddidit, et carmini, quod non absolvit, titulum *El-Ibtiháj* dedit. — Cádhi *Zakariyá Ben Mohammed Ansári*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus, pariter commentarium composuit, et Sheikh *Athír-ed-dín Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuus, *El-Minháj* in epitomen contraxit *El-Wehháj fi ikhtisár El-Minháj* inscriptam.

الدين محمد بن محمد [بن عبد الكريم] الموصلي المتوفى سنة ٧٧٤ وشرح رجل فرائضه وسمّاه اغاثة اللهاج وشرحه الشيخ الامام محمد بن فخر الدين الابار الماردينى وسمّاه البحر الموّاج اربعة عشر مجلّدًا وشرح قطعة منه الشيخ تاج الدين ابو نصر عبد الوهاب بن محمد الحسيني المتوفى سنة ٨٧٥ وشرح المنهاج تقى الدين ابو بكر بن محمد الحصنى المتوفى سنة ٨٢٩ ونظم المنهاج شهاب الدين احمد بن محمد الطوخى المتوفى سنة ٨٩٣ ومن شروحه شرح الشيخ ابراهيم المامونى المكى الشافعى من المتأخّرين ذكره فى تهنئة اهل الاسلام وشرحه محمد بن احمد المصرى شرحًا لطيفًا [جمع فيه فوائد] وممّن شرحه الشيخ كمال الدين محمد بن موسى الدميرى الشافعى المتوفى سنة ٨٠٨ [فى اربع مجلّدات] سمّاه النجم الوهاج لخّصه من السبكى والاسنوى وغيرهما وعظم الانتفاع به خصوصًا بما نزره به من التتمات والخاتمات والنكت البديعة وابتداؤه من المساقاة بناء على قطعة شيخه الاسنوى فانتهى فى

---

— Pariter *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed* [*Ben Abd-el-kerím*] *Mausili*, anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuus, *El-Minháj* versibus circumscripsit, et vir quidam caput de jure hereditario commentario *Ighâthet el-lohháj* inscripto illustravit. — Sheikh et Imám *Mohammed Ben Fakhr-ed-dín Abbár Márídíni* commentarium e quatuordecim voluminibus constantem composuit et titulo *El-Bahr El-Mewwáj* insignivit. — Fragmentum ejus Sheikh *Táj-ed-dín Abu Nasr Abd-el-wehháb Ben Mohammed Hoseini*, anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuus, commentatus est, et commentarium in totum *Minháj Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Mohammed Hisni*, anno 829 (inc. 13. Nov. 1425) mortuus, edidit. — Deinde *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Tukhi*, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, versibus archetypum circumscripsit, et commentarios in illud ediderunt Sheikh *Ibráhím Mámúni Mekki* Shafiita, qui ex recentioribus est et hunc commentarium in suo *Tehniyet ahl el-islám* commemorat — *Mohammed Ben Ahmed Misri*, qui in commentario eleganti [adnotata utilia congessit] — et Sheikh *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Musa Demíri* Shafiita, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuus, [cujus commentarius quatuor volumina complectitur] et *El-Nejm El-Wehháj* inscriptus est. Potiorem ejus partem ex *Sobki*, *Esnewi* aliisque auctoribus selegit, et certe utilitas inde aucta est, praesertim complementis, epimetris et adnotationibus acutis et novis, quibus commentarium ornavit. Initium facit a capite *Mosácát* nixus in fragmento Sheikhi sui *Esnewi* et mense

ربيع الاخر سنة ٧٨٦ ثم استأنف وشرح مختصره الشيخ الامام بدر الدين ابو يحيى زكرياء ابن محمد الانصاري اوله الحمد لله على افضاله الخ وهو شرح ممزوج اختصره اولا وسمّاه منهج الطلاب ثم شرحه وسمّاه فتح الوهاب بشرح منهج الطلاب واول المختصر الحمد لله الذي هدانا لهذا الخ ومن شروح المنهاج شرحين كبيرهما ارشاد المحتاج والاخر بداية المحتاج في مجلّدين كلاهما للشيخ بدر الدين ابي الفضل محمد بن ابي بكر المعروف بابن شهبة الاسدي الفقيه الشافعي المتوفى سنة ٨٧٤ وشرحه نجم الدين ابو الفضل محمد بن عبد الله ابن قاضي عجلون [المتوفى سنة ٨٦٦] سمّاه هادي الراغبين الى منهاج الطالبين وفرغ عام ستين وثمانمائة وذكر فيه انه الحقق وزاد ونقص اوله الحمد لله الذي علّمنا ما لم نكن نعلم الخ [وله تصحيح المنهاج في مطوّل عمل عليه توضيحًا ومتوسّط ومختصر والتاج في زوآئد الروضة على المنهاج والتحرير جعله معولة في المراجعة الى ما يشاء فيه من مسآئل المنهاج في

Rebi' II. anni 786 (inc. 24. Febr. 1384) ad finem pervenit. Tum ab initio libri incepit. — Epitomen suam Sheikh et Imám *Bedr-ed-dín Abu Yahya Zakariyâ Ben Mohammed Ansári* commentario illustravit, qui ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficentia etc. Commentarius hic textum admixtum habet. Primum *El-Minháj* in epitomen coegit, *Menhej el-tolláb* inscriptam, quae ita incipit: Laus Deo, qui nos ad hoc duxit etc., tum in eam commentarium composuit, cui titulum *Fat'h el-wehháj bi shar'h Menhej el-tolláb* dedit. — Porro inter commentarios in *El-Minháj* duo laudantur, quorum major *Irshád el-mohtáj*, alter *Bedáyet el-mohtáj* inscriptus est et duobus voluminibus comprehenditur. Uterque Sheikhum *Bedr-ed-dín Abu'lfadhl Mohammed Ben Abi Bekr Asedi* Jurisconsultum Shafiitam, vulgo *Ibn Shohbeh* dictum et anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuum, auctorem habet, et *Nejm-ed-dín Abu'lfadhl Mohammed Ben Abdallah* filius judicis oppidi Ajlún, [anno 866 (inc. 6. Oct. 1461) mortuus], commentarium composuit *Hádi el-rághibín ila Minháj el-tálibín* inscriptum, et anno 860 (inc. 11. Dec. 1455) absolvit. Narrat ibi, se addidisse, auxisse et diminuisse. Incipit autem ita: Laus Deo, qui nos docuit, quae ignorabamus etc. [Idem in recognitione longiore *Tas'hîh* inscripta *El-Minháj* confirmandum suscepit, ad quam explicationem confecit, porro librum intermedium et breviorem, et librum *El-Táj fi zewáid El-Raudhat ala El-Minháj* i. e. Corona additamenta libri *Raudhat* ad *El-Minháj* continens, et librum *El-Tahrír*, quem fulcrum ad quaestiones evolvendas fecit, quas ex libro *Minháj* ibi quaeri voluerit, in quadringentis circiter decem foliorum fasciculis,

نحو اربعمائة كراسة لم يبيّض] وشرحه بدر الدين [وتقي الدين ابو بكر بن احمد بن قاضي شهبة وهو والد المذكور آنفا المتوفى سنة ٨٥١] والشيخ بهآء الدين بن قاضي برد الدمشقي والامام ابو الفتح محمد بن ابي بكر المراغي المدني الشافعي المتوفى سنة ٨٥٩ سمّاه مشرع الروي في شرح منهاج النووي ثلث مجلّدات وشرح فرآئض المنهاج للشيخ محبّ الدين البصروي ١٣٢٤٣ منهاج العابدين للامام حجّة الاسلام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٠٥ قيل هو آخر تأليفه رتّبه على سبع عقبات ١ عقبة العلم ٢ التوبة ٣ العوآئق ٤ العوارض ٥ البواعث ٦ القوادح ٧ الحمد والشكر وهو كتاب لطيف نافع لمن اراد الآخرة واعراض عن الدنيا اوله الحمد لله الملك الحكيم الجواد الذي قال صنّفنا في قطع طريق الآخرة وما يحتاج العبد من علم وعمل كتبًا كاحيآء العلوم والقربة الى الله فلم يحسّنوها فايّما كلام افصح من كلام ربّ العالمين فقد قالوا اساطير الاولين واقتضى الحال النظر الى كافّة خلق الله بعين الرحمة وترك المماراة فابتهلت الى الله ان يوفّقني لتصنيف كتاب يقع عليه الاجماع

attamen eum nitide non exaravit]. — Denique commentarios in *El-Minháj* ediderunt *Bedr-ed-dín* — [*Tachi-ed-dín Abu Bekr Ben Ahmed Ben Cádhi Shohbeh* filius viri modo laudati, anno 851 (inc. 19. Mart. 1447) mortuus] — Sheikh *Behá-ed-dín Ben Cádhi Bord Dimeshcki* — Imám *Abu'lfat'h Mohammed Ben Abi Bekr Merághi Medeni* Shafiita, anno 859 (inc. 22. Dec. 1454) mortuus, cujus commentarius *El-Mashra' El-Rawi fi sharh Minháj El-Newewi* inscriptus est et tria volumina continet — et Sheikh *Mohibb-ed-dín Basrewi* statuta de jure hereditario in *El-Minháj* commentario illustravit. — 13243. Minháj el-ábidín, via Deum colentium, auctore Imám *Hojjet-elislám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Hic liber ejus ultimus esse dicitur et in septem nervos dispositus est, quorum primus de doctrina quaerenda agit, secundus de resipiscentia, tertius de impedimentis, quartus de accidentibus, quintus de excitamentis, sextus de casibus fortunae, septimus de laude et gratiarum actione. Liber elegans et ei utilis est, qui bona vitae futurae quaerit et a mundo declinare vult, incipitque ita: Laus Deo, regi, sapienti, liberali etc. — De praecidenda, inquit, vitae futurae via et de theoria et praxi, quae servo opus sunt, plures libros composuimus, ut *Ihyá el-olúm* et *El-Corbet ila allah*. Attamen eos non approbarunt; et quaenam oratio facundior est oratione domini mundorum? Jam: Fabulae, dicunt, majorum. Et postulavit status, ut homines omnes a Deo creati oculo misericordiae et rixis relictis respicerentur. Supplicavi igitur Deum, ut me ad librum componendum convenienter disponeret, cui

ويحصل بقرائه الانتفاع فاجابني واطلعني بفضله وكرمه على اسرار ذلك والهمني ترتيبًا عجيبًا لم اذكره في التي تقدّمت انتهى وقد نقله الياس بن عبد الله المعروف بنهالى الى التركي وألحق مسائل العبادات الخمس وشرحه شمس الدين البلاطنسي شرحين كبيرًا وصغيرًا ثم اختصر المنهاج في جزء وسمّاه بغية الطالبين اوله الحمد لله الذي وفق من شآء من عباده الخ ورأيت في مسامرة الشيخ الاكبر انّه قال ان الشيخ ابا الحسن على المسفر كان جليلًا حكيمًا عارفًا محمول الذكر رأيته بسبتة له تصانيف منها منهاج العابدين الذي يعزى لابى حامد الغزالى وليس له وانما هو من مصنّفات هذا الشيخ وكذلك له ايضا كتاب النصح والتنبيه الذي يعزى لابى حامد ايضا وتسمّيه الناس المضنون الصغير وله ابيات منها

لا تظنّوا الموت موتًا انه
لحياة وهى غايات المنى
احسنوا الظنّ بربّ راحم
تشكروا السعي وتأتوا أمنا

---

omnium consensus contingeret et e cujus lectione utilitas redundaret. Deus vota mea audivit, et favore et gratia sua mihi arcana hujus scientiae cognoscenda impertivit et dispositionem mirabilem inspiravit, quam in scriptis antea editis non secutus eram. — Haec ille. — *Ilyás Ben Abdallah*, vulgo *Nihâli* dictus, hunc librum in linguam turcicam transtulit et quaestiones de quinque cultus officiis addidit. Sheikh *Shems-ed-dín Belátanisi* commentarium majorem et minorem in eum composuit, quo facto *El-Minhâj* in epitomen fasciculo comprehensam et *Bughyet el-tâlibín* inscriptam coegit, quae ita incipit: Laus Deo, qui ex cultoribus suis, quos vult, auxilio suo adjuvat etc. — Vidi in libro *Mosâmeret* a Sheikh maximo *Ibn Arabi* edito, hunc dixisse, Sheikhum *Abu'lhasan Ali El-Misfer* fuisse illustrem, sapientem, spiritalem, famae celebritate conspicuum. Vidi eum Ceutae, et plurium scriptorum auctor est, inter ea libri *Minhâj el-âbidín*, qui ad *Abu Hámid Ghazáli* auctorem refertur, at ab eo non compositus est, certe enim ad scripta Sheikhi illius pertinet. Eodem modo liber *El-Nas'h we El-Tenbíh*, quem pariter *Abu Hámido* tribuunt, hunc Sheikhum auctorem habet. — Homines eum *El-Madhnún El-Saghír* appellant. — Idem versus fecit, e quibus laudantur hi:

Nolite credere, mortem esse mortem,
Certe vita est, eaque summum votorum.
Ponite fiduciam firmam in domino misericorde,
Pro studio vestro praemio donabimini et securam beatitudinem assequemini.

ما ارى نفسى الا انتم

واعتقادى انكم انتم انا

١٣٢٤٤ منهاج العاشقين فارسى مختصر ١٣٢٤٥ منهاج على مذهب الحنفية لنجم الدين عمر بن محمد بن العديم الحلبى القاضى بحماة المتوفى سنة ٧٣٤ مشتملا على اصول وفروع جمع فيه بين الجامع الصغير وبين تصنيف الطحاوى والقدورى باوجز لفظ واوضح بيان ١٣٢٤٦ منهاج الفتاوى لعمر بن محمد العقيلى الانصارى المتوفى سنة ٥٧٦ ١٣٢٤٧ منهاج الفقر طريقة نامه المولوية للشيخ رسوخ الدين اسمعيل بن احمد الانقروى المتوفى سنة ١٠٤٤ الفه سنة ١٠٣٤ بالتركية وجعله ثلثة اقسام ا فى الطريقة ٢ فى اسرار الشريعة ٣ فى مراتب السلوك وقيل فى تاريخ وفاته سوندى جامعك روشن جراغى اوله الحمد لله الذى علمنا العلوم الدينية والدنيوية الخ ١٣٢٤٨ منهاج الفكر فى الحيل لابن الوراق ١٣٢٤٩ منهاج فى الاصول للعلامة جار الله محمود بن عمر الزمخشرى المتوفى سنة ٥٣٨ ١٣٢٥٠ منهاج فى

In me ipso vos tantum video,

Et confessio mea est, vos esse me.

13244. **Minháj el-áshickín**, via amantium. Compendium persicum. — 13245. **Minháj ala madzhab el-hanefíyet**, via secundum doctrinam Hanefitarum, auctore *Nejm-ed-dín Omar Ben Mohammed Ben-eladím Halebi* Cádhi Hamatano, anno 734 (inc. 12. Sept. 1333) mortuo. Continet principia et partes juris derivatas, et auctor ibi *El-Jámi' El-Saghír* et scripta *Taháwi* et *Cadúri* brevissimis verbis et perspicuitate clarissima conjunxit. — 13246. **Minháj el-fetáwi**, via responsorum juridicorum, auctore *Omar Ben Mohammed Ocaili Ansári*, anno 576 (inc. 28. Mai. 1180) mortuo. — 13247. **Minháj el-facr**, via paupertatis seu liber regulae ordinis *Mewlewi*tarum, auctore Sheikh *Rosúkh-ed-dín Ismaíl Ben Ahmed Anckírewi*, anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634) mortuo. Composuit eum anno 1034 (inc. 4. Oct. 1624) turcice et in tres partes distribuit, quorum prima de via seu regula, secunda de arcanis legis, tertia de gradibus vitae spiritalis agit. Ad tempus ejus mortis significandum usi sunt his verbis: Exstincta est aedis cathedralis lampas splendens. — Liber ita incipit: Laus Deo, qui nos disciplinas hujus et alterius vitae docuit etc. — 13248. **Minháj-el-fikr**, via cogitationis de artificiis, auctore *Ibn-elwerrác*. — 13249. **El-Minháj fi el-osúl**, via de principiis, auctore viro doctissimo *Járallah Mahmúd Ben Omar Zamakhsheri*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. — 13250. **El-Minháj**

تعلّقات الايلاج للقاضي كمال الدين محمد بن احمد الزملكاني مختصر اوله الحمد لله الذي انبت الخلق نباتًا الخ ذكر انّ بعض المخاديم سأله ان يصنّف كتابًا في الباه فألّف ورتّب على مقدّمة وجزئين يشتمل كلّ منهما على عدّة ابواب فالجزء الاول في اسرار الرجال والجزء الثاني في اسرار النسآء ١٣٢٥١ منهاج في شرح مسلم ابن الحجاج مرّ وهو شرح صحيح مسلم للنووي ١٣٢٥٢ منهاج في العبادة مختصر للشيخ ابي عبد الله محمد بن علي الحكيم الترمذي [الصوفي] ١٣٢٥٣ منهاج في الفروع لحبيب بن عمر الفرغاني المتوفى سنة ١٣٢٥٤ منهاج القاري منظومة في التجويد لخطيب جامع السلطان محمد خان ثم شرحها بالتركيّة ١٣٢٥٥ منهاج القاصدين لابي الفرج عبد الرحمن بن علي المعروف بابن الجوزي المتوفى سنة وهو على اسلوب الاحيآء لكن حذف منه الاحاديث الواهية ومذاهب الصوفيّة التي لا اصل لها ١٣٢٥٦ منهاج المتعلّم ١٣٢٥٧ منهاج المذكّرين ومعراج المحذّرين في الموعظة

---

fi taallocát el-íláj, via de rebus ad congressum venereum spectantibus, auctore Cádhi *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Zamlekání*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui fecit, ut populi plantarum instar crescerent etc. — Dominum quendam a se petiisse narrat, ut librum de stimulantibus componeret. Scripsit igitur et librum in praefationem et duos fasciculos distribuit, qui singuli plura capita comprehendunt. Fasciculus primus de arcanis virorum, et fasciculus secundus de arcanis feminarum agit. — 13251. El-Minháj fi sharh Moslim Ben-elhajjáj, via. Commentarius in *Sahîh Moslimi Ben-elhajjáj* a *Newewi* editus, de quo supra videndum est. — 13252. El-Minháj fi el-i'bádet, via de cultus officiis. Compendium, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali El-Hakím El-Tirmidzi* [*Sufi*]. — 13253. El-Minháj fi el-forú', via de partibus juris derivatis, auctore *Habíb Ben Omar Ferghání*, anno . . . mortuo. — 13254. Minháj el-cári, via Coranum legentis. Carmen de arte Coranum bene legendi, quod concionator ad aedem cathedralem Sultani *Mohammed Khán* confecit. Postea illud commentario turcico instruxit. — 13255. Minháj el-cásidín, via tendentium, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali*, vulgo *Ibn-eljauzi* dicto et anno . . . mortuo. — Hic liber ad rationem operis „*Ihyá el-olúm* scriptus est, attamen inde traditiones infirmas et dogmata theosophica removit, quae fundamento carent. — 13256. Minháj el-motaallim, via discentis. — 13257. Minháj el-modzakkirín we Mi'ráj el-mohadzdzirín, via Deum invocantium et scala monentium. Opus

لابراهيم بن حسين بن علي الفرضي المتوفى سنة يفهم من ديباجته انّه كانَ واعظًا ثم توفى سنة ٨٨٠ لعلّه تاريخ تأليفه وفيه شبهة ١٣٢٥٨ منهاج المنتخب من ضوء السراج فى شرح فرآئض السجاوندى مرّ ١٣٢٥٩ منهاج الواعظين ١٣٢٦٠ منهاج الوصول الى علم الاصول لابى الفرج عبد الرحمن بن على البغدادى ابن الجوزى الحنبلي المتوفى سنة ٥٩٧ ١٣٢٦١ منهاج الوصول الى علم الاصول مختصر للقاضى الامام ناصر الدين عبد الله بن عمر البيضاوى المتوفى سنة ٦٨٥ مختصر على مقدّمة وسبعة كتب اوله تقدّس من تمجّد بالعظمة والجلال الخ قال ان كتابنا هذا منهاج الوصول الى علم الاصول الجامع بين المشروع والمعقول والمتوسّط بين الفروع والاصول الخ وهو عشرون ورقة بالقطع الكامل قال الاسنوى اعلم ان المصنّف اخذ كتابه من الحاصل للارموى والحاصل اخذه مصنّفه من المحصول للفخر والمحصول استمداده من كتابين لا يكاد يخرج عنهما غالبًا احدهما المستصفى للغزالى والمعتمد لابى الحسن البصرى

paraeneticum, quod *Ibráhím Ben Hosein Ben Ali El-Faredhi*, anno . . . mortuus, edidit, et ex praefatione ornata intelligitur, eum concionatorem fuisse. Postea anno 880 (inc. 7. Mai. 1475) mortuus est, et fortasse tempus compositionis hoc anno significatur; attamen in hac re dubium est. — 13258. **Minháj el-muntekhab**, via excerptorum ex *Dhu Siráj-ed-dín*i cum delectu factorum. Commentarius in *Feráidh Sejáwendii*, de quibus supra dictum est. — 13259. **Minháj el-wáitzín**, institutio concionatorum. — 13260. **Minháj el-wosúl ila ilm el-osúl**, via ad doctrinam principiorum perveniendi, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Baghdádi* Hanbalita, vulgo *Ibn-eljauzi* dicto et anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 13261. **Minháj el-wosúl ila ilm el-osúl**, via ad doctrinam principiorum perveniendi, auctore Cádhi Imám *Násir-ed-dín Abdallah Ben Omar Beidháwi*, anno 685 (inc. 27. Febr. 1286) mortuo. Compendium in praefationem et septem libros distributum, quod ita incipit: Sanctificetur, qui magnificentia et majestate glorificatur etc. — Auctor: Liber hic noster *Minháj el-wosúl ila ilm el-osúl*, inquit, lege praescripta et ratione cognita conjungit, et intermedius est inter articulos secundarios et principia etc. — Sunt viginti folia formae plenioris. *Esnewi:* Scias, ait, auctorem hunc librum ex *Hásil* ab *Ormewi* composito sumsisse. Auctor libri *Hásil* vero hunc ex *Mahsúl* petiit a *Fakhr-ed-dín* edito, et ad *Mahsúl* componendum auctor auxilium ex duobus libris petiit, quorum fines plerumque vix excessit. Horum alter *Mostasfa* est a *Ghazáli* editus, alter *Mo'temad* ab *Abu'lhasan Basri* compositus, ut ex utroque

حتى رأيته ينقل منهما الصفحة او قريبًا منها بلفظهما وسببه على ما قيل انه كان يحفظهما وهو كتاب جليل اعتنى العلماء بشأنه فشرحه الشيخ الامام فخر الدين ابو المكارم احمد بن حسن التبريزى الجاربردى المتوفى سنة ٧٤٦ سمّاه بالسراج الوهّاج اوله الحمد لله الذى خلق الارض الخ وهو شرح بقوله اقول وكتب المتن تمامًا والامام شمس الدين ابو الثناء محمود بن عبد الرحمن الاصفهانى المتوفى سنة ٧٤٩ والامام جمال الدين عبد الرحيم بن حسن الاسنوى صاحب المهمّات اوله الحمد لله الذى مهّد اصول شريعته الخ ذكر فيه انّ اكثر اهل زمانه اقتصروا على المنهاج للبيضاوى لكونه صغير الحجم مستعذب اللفظ فشرحه منبّهًا على امور اخرى الاول ذكر ما يرد عليه من الاسولة التى لا جواب عنها الثانى التنبيه على ما وقع فيه من الغلط فى النقل الثالث تبيين مذهب الشافعى بخصوصه الرابع ذكر فائدة القاعدة من فروع مذهبنا الخامس التنبيه على المواضع التى خالف المصنّف فيها الامام والامدى وابن الحاجب السادس ما ذكره الامام ابن الحاجب من الفروع الاصليّة وتوفى سنة ٧٧٢

---

totas paginas aut prope totas ad verbum descriptas viderem, et caussa hujus descriptionis, ut dicunt, fuit, quod utrumque librum memoria tenebat. — Liber pretiosus est, in quo explicando viri docti curam posuerunt, ut Sheikh et Imám ***Fakhr-ed-din Abu'lmekárim Ahmed Ben Hosein Tebrízi Járperdi***, anno 746 (inc. 4. Mai. 1345) mortuus, cujus commentarius, ***El-Siráj El-Wehháj*** inscriptus, ita incipit: Laus Deo, qui terram creavit etc. Distinxit textus verba, quem totum scripsit, a commentarii verbis vocibus *cauloho* „dicit auctor“ et *acúl* „dico“. — Imám *Shems-ed-din* ***Abu'lthená Mahmúd Ben Abd-el-rahman Isfaháni***, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus — Imám ***Jemál-ed-din Abd-el-rehím Ben Hasan Esnewi***, auctor libri ***Mohimmát***, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui fundamenta suae legis jecit etc. — Plurimi aequalium, inquit, in libro ***El-Minháj*** a ***Beidháwi*** edito acquiescunt, quod parvus voluminis est et verborum suavitate refertus. Commentatus autem est ***El-Minháj*** ita, ut animum ad alias res adverteret. Prima res haec est: Commemorat quaestiones sibi oblatas, ad quas nullum responsum exstabat — secunda: Indicantur errores, qui in locis aliunde sumtis ibi reperiuntur — tertia: Expositio doctrinae ***Shafiïi*** peculiaris — quarta: Commemoratur utilitas fundamenti ex articulis disciplinae nostrae derivatis — quinta: Indicantur loci, in quibus auctor ab Imámo ***Hanbali***, ab ***Amidi*** et ab ***Ibn-elhájib*** dissentit — sexta: Articuli derivati principales, quos Imám ***Ibn-elhájib*** commemorat. — Mortuus est anno 772 (inc. 26.

[يقال انّ اخاه محمد اشرع فى شرح المنهاج وجمال الدين اخوه اكمله] وعلى شرح الاسنوى حاشية للقاضى محمد بن ابى بكر ابن جماعة المتوفى سنة ٨١٩ وله ايضا حاشية على شرح الغزى وعلى شرح الجاربردى وعلى شرح الاسنوى حاشية للقاضى بدر الدين ابى السعادات محمد بن محمد البلقينى مات سنة ٨٩٠ قال السخاوى تحريرى احسن من تحريره وشرحه القاضى عبد الله بن محمد العبيدى التبريزى الحنفى المتوفى سنة ٧٤٣ وغياث الدين محمد بن محمد الواسطى المتوفى سنة ٧١٨ والشيخ شمس الدين محمد بن يوسف الجزرى الشافعى واعتذر فى خطبته بكبر السنّ وتوفى سنة ٧١١ والشيخ الامام تاج الدين عبد الوهاب ابن على السبكى المتوفى سنة ٧٧١ والشيخ الامام سراج الدين عمر بن على ابن الملقن وله ايضا شرح احاديثه فى جزء توفى سنة ٨٠٤ والشيخ نور الدين فرج بن محمد [بن ابى الفرج] الاردبيلى المتوفى سنة ٧٤٩ والشيخ شهاب الدين احمد بن حسين الرملى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٤ [وعليه حاشية لنور الدين على بن على الشبراملسى المتوفى سنة ١٠٨٧] وشهاب الدين

---

Jul. 1370), [et ejus frater *Mohammed* commentarium in *El-Minháj* incepisse dicitur, quem frater tertius *Jemál-ed-dín* perfecit]. — Ad commentarium *Esnewii* Cádhi *Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Jemáa*, anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) mortuus, glossas edidit. Idem glossas ad commentarium *Ghazzii* et ad commentarium *Jàrperdii* composuit. — Pariter ad commentarium *Esnewii* Cádhi *Bedr-ed-dín Abu'lseádát Mohammed Ben Mohammed Bolckeini*, anno 890 (inc. 18. Jan. 1485) mortuus, glossas edidit, et *Sekháwi*: Mea recognitio, inquit, praestantior est ejus recognitione. — Commentarios porro scripserunt Cádhi *Abdallah Ben Mohammed Obeidi Tebrízi* Hanefita, anno 743 (inc. 6. Jun. 1342) mortuus — *Ghiyáth-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Wásiti*, anno 718 (inc. 5. Mart. 1318) mortuus — Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Jezeri* Shafiita, anno 711 (inc. 20. Mai. 1311) mortuus, qui in praefatione se senectutis excusatione defendit — Sheikh et Imám *Táj-ed-dín Abd-el-wehháb Ben Ali Sobki*, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuus — Sheikh et Imám *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolacckin*, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, qui praeterea commentarium in ejus traditiones fasciculo comprehensum composuit — Sheikh *Núr-ed-dín Farah Ben Mohammed* [*Ben Abi'lfarah*] *Erdebili*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus — Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Hosein Ramli* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, [ad cujus commentarium *Núr-ed-dín Ali Ben Ali Shebrámelissi*, anno 1087 (inc. 6. Mart. 1676) mortuus,

احمد بن عبد الله الغزى الشافعى المتوفى سنة ٨٢٢ والسيد برهان الدين عبيد الله بن محمد الفرغانى العبرى شارح الطوالع المتوفى سنة ٧٤٣ اوله الحمد لله الذى اعلى معالم الاسلام الخ اهداه الى الوزير شمس الدين صاحب الديوان والقاضى زكريآء بن محمد الانصارى الشافعى المتوفى سنة ٩٢٦ والشيخ محمد بن الحسن الاسنوى ولم يكمله توفى سنة ٧٨٤ اتمّه اخره ونظمه الشيخ شمس الدين عبد الرحيم بن حسين العراقى وخرج احاديثه ايضا وتوفى سنة ٨٠٦ ونظم ايضا محمد بن عثمان بن فرموز الزرعى المتوفى سنة ٧٧٩ وشرحه يوسف بن حسن السرائى التبريزى المتوفى سنة ٨٠٤ وشرحه الامام محمد بن طاهر القزوينى المتوفى سنة سمّاه سراج العقول الى منهاج الاصول والشيخ الامام زين الدين الخنجى المتوفى سنة سمّاه ايضاح الاسرار اوله اسبحك بكمال جلالك الخ لشمس الدين الوزير وعليه نكت لابى زرعة احمد بن عبد الرحيم العراقى المتوفى سنة ٨٢٦ سمّاه التحرير لما فى منهاج الاصول ومن شروحه للعلّامة مجد الدين الايكى معراج الوصول فى شرح منهاج الاصول مختصر بالقول اوله سبحانك

---

glossas scripsit] — *Shehâb-ed-dîn Ahmed Ben Abdallah Ghazzi* Shafiita, anno 822 (inc. 28. Jan. 1419) mortuus — Seyyid *Borhân-ed-dîn Obeidallah Ben Mohammed Ferghâni Ibri* interpres libri *Tawâli'*, anno 743 (inc. 6. Jun. 1342) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui signa Islami erexit etc. Obtulit eum Weziro *Shems-ed-dîn* Cancellariae praesidi — Cádhi *Zakariyâ Ben Mohammed Ansâri* Shafiita, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus — Sheikh *Mohammed Ben-elhasan Esnewi*, anno 784 (inc. 17. Mart. 1382) mortuus, qui commentarium non absolvit. Fecit hoc alius. — Sheikh *Shems-ed-dîn Abd-el-rehîm Ben Hosein Irâchi*, anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) mortuus, *El-Minhâj* metrice reddidit et pariter ejus traditiones enucleavit. Eodem modo *Mohammed Ben Othmân Ben Fermûz Zer'i*, anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) mortuus, *El-Minhâj* versibus circumscripsit. — Commentarios porro ediderunt *Yusuf Ben Hasan Serâyi Tebrîzi*, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus — Imâm *Mohammed Ben Tâhir Cazwîni*, anno . . . mortuus, cujus commentarius *Sirâj el-ocûl ila Minhâj el-osûl* inscriptus est — Sheikh et Imâm *Zein-ed-dîn Khunji*, anno . . . mortuus, cujus commentarius titulum *Idhâh el-asrâr* prae se fert et ita incipit: Magnifico Te perfectae Tuae majestati convenienter etc. Obtulit eum Weziro *Shems-ed-dîn*, et *Abu Zor'a Ahmed Ben Abd-el-rehîm Irâchi*, anno 826 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus, adnotationem acutam ad eum edidit, *El-Tahrîr limâ fi Minhâj el-osûl* inscriptam. — Inter commentarios *Mi'râj el-wosûl fi sharh Minhâj el-osûl* a viro doctissimo *Majd-ed-dîn Aiki* editus laudatur, qui brevis est et verba textus exposita

اللهم يا واجب الوجود الخ الّفه للقاضي قطب الدين احمد بن فضل الله القزوينى ومدحه في خطبته وشرط فيه ان لا يتجاوز عن حلّ الالفاظ وشرحه عبد الغنى الاردبيلى وشرحه شمس الدين ابو عبد الله محمد بن محمود الاصفهانى ومن شروحه شرح يقال اقول لعبد الرحمن بن عطاء الله المشتهر بشيخ الاردبيلى اوله الحمد لله الذى اضاء الماهيّات بضوء الوجود الخ [وشرحه كمال الدين محمد بن محمد بن عبد الرحيم الشافعى المعروف بامام الكامليّة المتوفى سنة ٨٧٤ شرحين مطوّلاً ومختصراً تداوله الناس وعرض له من شيوخه القاياتى وابن الهمام]

١٣٢٦٢ منهاجة النظر وجنّة الفطر للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى البغدادى المتوفى سنة ٥٩٧

١٣٢٦٣ منهج الاصليّين في اصول الدين لسراج الدين عمر بن رسلان البلقينى المتوفى سنة ٨٠٥ اكمل منه اصول الدين وبلغ الى نصف اصول الفقه اوله الحمد لمن وجب وجود موجوداته الخ قال الخّص فيه مسائل العلمين علم اصول الدين

---

tantum admixta habet. Incipit autem ita: Praedicatus sis Tu, o Deus, qui existentia absoluta frueris etc., et auctor eum Judici *Cotb-ed-din Ahmed Ben Fadhlallah Cazwîni* composuit, quem in praefatione laudat. Ibi conditionem sibi imposuit, ut ultra explicationem verborum non excederet. — Denique commentarios scripserunt *Abd-el-ghani Erdebili* — *Shems-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Mahmûd Isfahâni* — *Abd-el-rahman Ben Athallah*, vulgo Sheikh *Erdebili* dictus, qui in commentario sua verba voce „dico (*acûl*)“ ab auctoris verbis voce „dicit (*câla*)“ distinguit. Incipit autem ille ita: Laus Deo, qui naturas lumine existentiae illustravit etc. — [et *Kemâl-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ben Abd-el-rehîm* Shafiita, vulgo *Imâm El-Kâmiliyet* dictus et anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuus, qui duplicem commentarium, longiorem et breviorem, composuit. Hunc homines multum in manibus versant, et Sheikhi auctoris *Câyâti* et *Ibn-elhemmâm* ei componendum mandarunt]. — 13262. **Minhâjet el-natzar**, via contemplationis et Paradisus solutionis jejunii, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi Baghdâdi*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 13263. **Menhej el-aslein**, via radicum theologiae dogmaticae et juris civilis de principiis religionis, auctore *Sirâj-ed-din Omar Ben Raslân Bolckeini*, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuo. Absolvit principia religionis et ad media principia juris progressus est. Liber ita incipit: Laus ei, cui existentia rerum suarum existentium necessaria est etc., et auctor: Cum delectu, inquit, hic quaestiones duarum doctrinarum, doctrinae principiorum religionis et

وعلم أصول الفقه وشرحه ابن جماعة ١٣٢٦٤ منهج الاصول فى اصول الدين للشيخ عبد العزيز بن عبد الواحد [المغربى المكناسى] المدينى المالكى المتوفى سنة [٩٦٤ وهو منظومة له منظومات شتى فى ثمانية وعشرين علمًا ذكر فى اعيان حلب] ١٣٢٦٥ منهج الاطبّاء وشفاء الاحباء فى الطبّ كالموجز لكنه اكبر حجمًا منه للشيخ حجيج بن قاسم الشهير بالوحيد الحلبى اوله نحمدك يا مبدئ عناصر اسطقسات الاركان الخ رتّب على مقدّمة وسبعة تعاليم وخاتمة ١٣٢٦٦ منهج الالباب ١٣٢٦٧ منهج البلاغة ١٣٢٦٨ منهج التوحيد لابى عبد الله حسين بن نصر الكعبى [المعروف بابن خميس] الشافعى المتوفى سنة ٥٥٢ ١٣٢٦٩ منهج التيسير الى علم التفسير وهو شرح لنظم علم التفسير من نقاية السيوطى ١٣٢٧٠ منهج الدالّ ١٣٢٧١ منهج الدعوات ومبهج العنايات لابى القاسم على بن موسى الطاوسى العلوى ١٣٢٧٢ منهج الرائض بضوابط فى الفرائض منظومة لمحمد بن عبد الدائم البرماوى المتوفى سنة [٨٣١

doctrinae principiorum juris, congessi. — *Ibn Jemáa* in illum commentarium edidit. — 13264. **Menhej el-osúl**, via originum de principiis religionis, auctore Sheikh *Abd-el-azíz Ben Abd-el-wáhid* [*Maghribi Meknási*] *Medíni* Malikita, anno [964 (inc. 4. Nov. 1556)] mortuo. [Carmen est, et, ut in *A'yán Haleb* commemoratur, idem varia carmina de viginti octo doctrinis composuit]. — 13265. **Menhej el-atibbá, we Shefá el-ahibbá**, via medicorum et medela amantium de medicina, auctore Sheikh *Hajíj Ben Cásim Halebi*, vulgo *Wehíd* dicto. Hic liber operi *Mujiz* similis est, attamen eo volumine major, et incipit ita: Laudamus Te, o Tu, qui primus substantias elementorum corporum simplicium creasti etc. — Auctor eum in praefationem, septem mathemata et conclusionem distribuit. — 13266. **Menhej el-albáb**, via cordium. — 13267. **Menhej el-belághat**, via eloquentiae. — 13268. **Menhej el-tauhíd**, via doctrinae de uno Deo, auctore *Abu Abdallah Hosein Ben Nasr Ka'bi* Shafiita, [vulgo *Ibn Khamís* dicto et] anno 552 (inc. 13. Febr. 1157) mortuo. — 13269. **Menhej el-teisír**, via progressionis facilis ad doctrinam interpretationis coranicae. Commentarius est in eam partem metrice redditam compendii *Soyúti*ani *Necáyet* inscripti, quae de hermeneutica coranica agit. — 13270. **Menhej el-dáll**, via ducis. — 13271. **Menhej el-daawát**, via precationum et exhilarator sollicitudinum, auctore *Abu'lcásim Ali Ben Musa Tawusi Alewi*. — 13272. **Menhej el-ráidh**, institutio magistri regulas juris hereditarii docentis, auctore *Mohammed Ben Abd-el-dáim Bermáwi*, anno [831 (inc. 22. Oct. 1427)] mortuo. Carmen, in

ثم شرحه اوله الحمد لله وبه نستعين الخ ١٣٢٧٣ منهج الرشاد فارسي مختصر مرتّب على اثنى عشر بابًا الّفه المولى شكر الله بن احمد في سنة ٨٦٤ للسلطان محمد الفاتح ا في التوحيد ٢ في شرآئطه ٣ في الشرآئط والاركان ٤ في الصلوة ٥ في صفتها ٦ في فرآئضها وواجباتها ٧ في الصوم ٨ في اسمآء الله تعالى ٩ في اوليآئه ١٠ في الحج والعمرة ١١ في التابعين ١٢ في التواريخ

١٣٢٧٤ منهج الرشاد في التصوّف للشيخ زين الدين الخوافي وهو مختصر كفصل الخطاب فارسي وعربي ١٣٢٧٥ منهج السالك الى اشرف المسالك للشيخ نور الدين ابي الحسن على بن خليل المرصفي الشافعي المدني المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى دلّ على معرفته بمعرفته الخ قال فلما كانت الرسالة القشيرية مشتملة على مقاصد السلوك ومباديه سألني بعض الاخوان ان الخّص المقاصد منها ١٣٢٧٦ منهج السالك وشرعة المناسك لابي عبد الله شمس الدين محمد الطرابلسي الحنفي اوله لك الحمد يا من جعل البيت مثابة للناس الخ على سبعة

---

quod postea commentarium edidit ita incipientem: Laus Deo, et ab eo auxilium petimus etc. — 13273. **Menhej el-reshád**, via recti ad propositum cursus. Compendium persicum, quod Molla *Shukrallah Ben Ahmed* Sultano *Mohammed* Expugnatori anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) composuit et in duodecim capita distribuit. Primum de doctrina unius Dei agit, secundum de ejus conditionibus, tertium de regulis et praeceptis, quibus fides maxime continetur, quartum de precatione, quintum de ejus qualitate, sextum de statutis et tribus sacris primorum Imamorum scriptis eam tractantibus, septimum de jejunio, octavum de nominibus Dei excelsi, nonum de viris Dei sanctis, decimum de peregrinatione et visitatione sacra *Umret* dicta, undecimum de asseclis sociorum prophetae, duodecimum de epochis. — 13274. **Menhej el-reshád**, via cursus recti de doctrina theosophica, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Khawáfi.* Compendium libro *Fasl el-khitáb* simile, et persice et arabice. — 13275. **Menhej el-sálik ila ashraf el-mesálik**, via procedentis ad nobilissimum spiritalium gradum, auctore Sheikh *Núr-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Khalil Marsafi Medeni* Shafiita, anno ... mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui sua ipsius cognitione ad suam ipsius cognitionem ducit etc., et auctor: Cum, inquit, *El-Risálet El-Cosheiríyet* consilia summa et fundamenta vitae spiritalis contineat, amicorum quidam a me petiit, ut ex ea consilia summa cum delectu excerperem. — 13276. **Menhej el-sálik we Shir'at el-menásik**, via procedentis et institutum rituum sacrorum Mekkanorum, auctore *Abu Abdallah Shems-ed-dín Mohammed Tarábolosi* Hanefita. Liber ita incipit: Tibi laus, o Tu, qui Ka'bam locum concursus hominibus fecisti etc., et in

وعشرين بابًا ١٣٢٧٧ منهج السالك فى الكلام على الفيّة ابن مالك سبق ١٣٢٧٨ منهج السديد فى شرح كفاية المريد ١٣٢٧٩ منهج السوى والمنهل الروى فى الطبّ النبوى مجلّد للسيوطى اوله الحمد لله حمد الشاكرين الخ جمع فيه الاحاديث وضمّ اليه من الآثار والمقاطيع ورتّب ترتيب الموجز ١٣٢٨٠ منهج الصواب فى قبح استكتاب اهل الكتاب رسالة اولها الحمد لله الذى اعزّنا بالاسلام الخ ذكر انّه لمّا رأى اليهود والنصارى قد تمكّنوا فى البلاد واكثروا فيها الفساد كتبه تذكيرًا ورتّبه على ثمانية ابواب ١٣٢٨١ منهج الطلاب فى عمل الاسطرلاب ١٣٢٨٢ المنهج الفائق والمنهل الرائق فى احكام الوثائق للشيخ الفقيه احمد بن يحيى بن محمد المالكى التلمسانى اوله الحمد لله الذى بحمده يفتتح ويختتم الخ رتّب على ستّة عشر بابًا ١٣٢٨٣ منهج فى اشتقاق شعر الحماسة لابى الفتح عثمان ابن جنّى النحوى المتوفى سنة ١٣٢٨٤ منهج فى . . . للشيخ محمد بن على الحكيم

---

viginti septem capita dispositus est. — 13277. Menhej el-sálik, via procedentis. Dissertatio de *Alfiya* ab *Ibn Málik* edita, de qua supra dictum est. — 13278. El-Menhej El-Sedíd, via recta ad propositum tendens. Commentarius in librum *Kifáyet el-moríd.* — 13279. El-Menhej El-Sewi, via aequalis et aquatio sitim explens de consiliis prophetae medicis, auctore *Soyúti.* Volumen, quod ita incipit: Laus Deo talis, qualem gratias agentes etc. Collegit ibi traditiones propheticas iisque effata sociorum et talia, quorum auctoritas tantum ad asseclas sociorum prophetae revocatur, addidit, et librum ad rationem operis *Mujiz* disposuit. — 13280. Menhej el-sawáb, via rectitudinis de detestanda Judaeorum et Christianorum in codicem clientelae inscriptione. Tractatus hic ita incipit: Laus Deo, qui nos Islamo honoravit etc., et auctor narrat, cum Judaeos et Christianos in terris auctoritate pollere ibique multam perniciem moliri vidisset, se eum monitionis caussa scripsisse. — Distribuit in octo capita. — 13281. Menhej el-tolláb, institutio studiosorum de usu astrolabii. — 13282. El-Menhej El-Fáic we El-Menhel El-Ráic, via optima et aquatio pura de statutis pactorum, auctore Sheikh Jurisconsulto *Ahmed Ben Yahya Ben Mohammed Tilimsáni* Malikita. Liber ita incipit: Laus Deo, a cujus laude initium et finis petitur etc., et in sedecim capita distributus est. — 13283. El-Menhej fi ishticác shi'r El-Hamása, institutio clara de etymologia carminum *Hamásae*, auctore *Abu'lfat'h Othmán Ibn Jinni* Grammatico, anno . . . mortuo. — 13284. El-Menhej fi . . ., institutio de . . ., auctore Sheikh *Mohammed Ben Ali El-Hakim*

الترمذى ١٣٢٨٥ منهج القويم فى قواعد تتعلق بالقرآن الكريم لشمس الدين ابن الصائغ محمد بن عبد الرحمن الحنبلى المتوفى سنة ٧٧٧ ١٣٢٨٦ منهج المبين فى اخلاق العارفين للشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعرانى المتوفى سنة ٩٦٩ وله منهج فى بيان ادلة المجتهدين ١٣٢٨٧ منهج المبين فى الحديث للفاكهانى ١٣٢٨٨ منهج المريد ١٣٢٨٩ منهج المسالك الى الفية ابن مالك مرّ ١٣٢٩٠ منهج المشرق فى الاعتراض على كثير من اهل المنطق لعمر بن محمد ابن خليل السكونى كذا فى مقتضب التمييز ١٣٢٩١ منهج المغرب فى الردّ على المعرّب لابى اسحق ابراهيم بن احمد [ الجزولى ] الخزرجى الانصارى المتوفى سنة واكثر تأليفه لم يخرج لدقّة خطّه ذكره السيوطى فى النحاة ١٣٢٩٢ [ المنهج المفيد فيما يلزم الشيخ والمريد للزاهد محمد بن سليمان المغافرى الشاطبى المتوفى سنة ٦٧٢ ] ١٣٢٩٣ منهج المفيد فى احكام التوحيد لابن الزملكانى [ العلامة كمال الدين بن عبد الكريم الانصارى

*El-Tirmidzi.* — 13285. El-Menhej El-Cawím, via recta de theorematis fundamentalibus, quae Coranum augustum spectant, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman* Hanbalita, vulgo *Ibn-elsáigh* dicto et anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuo. — 13286. El-Menhej El-Mobín, via manifesta de moribus spiritalium, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sha'ráni*, anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuo. Idem viam edidit de expositione argumentorum virorum singulari scrutatione veritatem quaerentium. — 13287. El-Menhej El-Mobín, via manifesta de re traditionaria, auctore *Fákihání.* — 13288. Menhej el-moríd, via tironis aspirantis. — 13289. Menhej el-mesálik, viarum index ad *Alfiyam Ibn Máliki*, de qua supra dictum est. — 13290. El-Menhej El-Moshric, via splendens de iis, quae multis logicis objicienda sunt, auctore *Omar Ben Mohammed Ibn Khalíl Sekúni.* Ita in *Moctedhab el-temyíz* legitur. — 13291. El-Menhej El-Mogharrib, via procul distans de refutatione virorum peregrina verba in linguam arabicam inducentium, auctore *Abu Is'hac Ibráhím Ben Ahmed* [*Jozúli*] *Khazreji Ansári,* anno . . . mortuo. Major ejus scriptorum pars non enucleata est propter scripturae tenuitatem. Hunc librum *Soyúti* in *Tabacát el-nohát* commemorat. — 13292. [El-Menhej El-Mofíd, via ad discendum utilis de iis, quae Sheikhum et tironem intime conjungunt, auctore asceta *Mohammed Ben Soleimán Meghâfiri Shátibi,* anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo]. — 13293. El-Menhej El-Mofíd, via ad discendum utilis de statutis doctrinae de uno Deo, auctore [viro doctissimo *Kemál-ed-dín Ben Abd-el-kerím Ansári Semmáki* Shafiita, vulgo] *Ibn-elzamlekáni*

السماكى الشافعى المتوفى سنة ٦٥١] ١٣٢٩٤ مَنهج الموصل الى الطريق الابهج رسالة فى الطريقة النقشبندية لمصطفى بن الحسين الصادقى النقشبندى كتبها باشارة شيخه خواجه احمد الصادق لما حج معه وجاور سنة ٩٩١ وسنة ٩٩٢ تجاه الكعبة اوله الحمد لله الذى خلق الخلق لعبادته ومعرفته الخ فكتب فوآئد مما اقتبسه من مجالسته ويشتمل ايضا على تفصيل نسبته وسلسلة طريقته ١٣٢٩٥ منهج الوهبية الربانية والملح الاسمية المحمدية ١٣٢٩٦ المنهل الاصفى فى شرح ما تمس الحاجة اليه من الفاظ الشفاء مر ١٣٢٩٧ منهل البديع فى الصلوة على الحبيب الشفيع للشيخ الامام ابى الخير [محمد بن عبد الرحمن] السخاوى [المتوفى سنة ٩٠٢] ١٣٢٩٨ المنهل الجارى من فتح البارى سبق فى شروح الجامع الصحيح للبخارى ١٣٢٩٩ المنهل الروى فى الحديث النبوى للشيخ الامام بدر الدين محمد بن ابراهيم بن سعد الله ابن جماعة الكنانى الشافعى المتوفى سنة ٧٣٣ مختصر اوله الحمد لله

[dicto et anno 651 (inc. 3. Mart. 1253) mortuo]. — 13294. **El-Menhej El-Musil**, via ad semitam nitidissimam ducens. Tractatus de regula ordinis *Nackishbendi*tarum, quem *Mustafa Ben-elhosein Sádicki Nackishbendi* ex mandato Sheikhi sui *Khoja Ahmed Sádic* scripsit, cum simul sacram peregrinationem peragerent et annis 991 (inc. 15. Jan. 1583) et 992 (inc. 4. Jan. 1584) e regione Ka'bae religionis caussa commorarentur. — Liber ita incipit: Laus Deo, qui homines creavit, ut ipsum colerent et cognoscerent etc., et auctor in eo adnotata utilia descripsit, quae ex Sheikhi commercio didicerat, et praeterea descriptionem ejus genealogiae per singulas partes et concatenationem regulae ex ejus traditione relatam libro inseruit. — 13295. **Menhej el-wehbíyet el-rebbáníyet**, via donorum altiorum divina gratia datorum et facetiae virtutum nominibus *Mohammedis* propheticis propriarum. — 13296. **El-Menhel El-Asfá**, aquatio purissima. Commentarius in verba libri *Shefá*, quae necessario explicanda sunt. Vide supra. — 13297. **El-Menhel El-Bedí'**, aquatio mirifica de precatione pro amato intercessore, auctore Sheikh et Imám *Abu'lkheir* [*Mohammed Ben Abd-el-rahman*] *Sekháwi*, [anno 902 (inc. 9. Sept. 1496) mortuo]. — 13298. **El-Menhel El-Jári**, aquatio profluens e revelatione creatoris. Vide supra commentarios in *Bokhárii Jámi' Sahíh*. — 13299. **El-Menhel El-Rewi**, aquatio sitim explens de traditionibus propheticis, auctore Sheikh et Imám *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím Ben Sa'dallah Ibn Jemáa Kináni* Shafiita, anno 733 (inc. 22. Sept. 1332) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui ad vestigia

الذى اوضح لمعالم السنة سبيلا الخ لخّص فيه علوم الحديث لابن الصلاح وزاد عليه ورتّبه على مقدّمة واربعة اطراف التعريفات واقسام المتن والسند واسماء الرجال وكيفيّة تحمّل الحديث [شرحه عزّ الدين محمد بن ابى بكر ابن جماعة المتوفى سنة ٨١٩] ١٣٣٠٠ منهل الروى فى الطبّ النبوى للسيوطى اوله الحمد لله وسلام على عباده الخ ذكره فى الفهرس ١٣٣٠١ منهل الصافى فى شرح الوافى فى النحو ١٣٣٠٢ منهل الصافى والمستوفى بعد الوافى فى تراجم الاعيان على الحروف فى ثلث مجلّدات للامير الكبير جمال الدين ابى المحاسن يوسف ابن تغرى بردى الظاهرى مورّخ مصر المتوفى سنة ٨٧٤ ومبداه هذا التأريخ كما ذكر فى ترجمة الملك الصالح ايّوب من سنة خمسين وستمائة من اوآئل دولة تركية المعز ايبك التركمانى الى زمانه اوله الحمد لله مدبّر الدهور الخ واستفتح فيه ترجمة المعزّ المذكور ثم عاد الى ترتيب الحروف ثم اختصره فى مجلّد صغير وسمّاه الدليل الشافى على المنهل الصافى اوله الحمد لله

---

Sunnae viam illustravit etc., et auctor in eo potiorem partem doctrinarum traditionariarum ab *Ibn-elsaláh* editarum cum delectu et adjectis additamentis excerpsit, quam in praefationem, quatuor terminos definitionum, textus partes, auctoritatum relationem, nomina primorum traditionum relatorum et rationem traditiones memoria tenendi distribuit. [*Izz-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Jemáa*, anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) mortuus, in hoc compendium commentarium edidit]. — 13300. **El-Menhel El-Rewi fi el-tibb el-nebewi**, aquatio sitim expiens de praeceptis *Mohammed*is medicis, auctore *Soyúti.* Tractatus, quem in suorum scriptorum indice commemorat, ita incipit: Laus Deo et salus super ejus cultoribus etc. — 13301. **El-Menhel El-Sáfi**, aquatio pura. Commentarius in *El-Wáfi* de grammatica. — 13302. **El-Menhel El-Sáfi we El-Mostaufi**, aquatio pura et supplementum librum *Wáfi* continuans de biographiis virorum auctoritate conspicuorum, auctore Emiro Supremo *Jemál-ed-dín Abu'lmehásin Yusuf Ibn Taghri Berdi Tzáhiri* Aegypti Historiographo, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuo. Sunt tria volumina alphabetice disposita, quae, ut ipse in vita *Meliki Sálih Eyyúb* narrat, ab anno sexcentesimo quinquagesimo i. e. ab initio dynastiae turcicae *Moizz-ed-dín*i *Ibek Turkemáni* incipiunt et ad tempus auctoris pertinent. Liber ita incipit: Laus Deo saecula moderanti etc., et auctor, biographia *Moizz-ed-dín*i laudati in limine posita, dispositionem alphabeticam sequitur. Postea eum in volumen parvum contraxit, cui titulum dedit *El-Delíl El-Sháfi ala El-Menhel El-Sáfi*. Incipit autem ita: Laus Deo,

الذى لا يستدلّ عليه الّا به الخ قال جعلته لتأريخنا المسمّى بالمنهل الصافى كالديباجة ورتّبته على ترتيبه من اوله الى آخره لا يخلّ عن المذكور بترجمة واحدة واختصرت فيه التراجم جدًّا ليكون الناظر فى ذلك على بصيرة انتهى ١٣٣٠٣ منهل العذب لورود اهل الحرب لمحمد بن منكلى المصرى المتوفى سنة رسالة اولها الحمد لله ذى القوّة المتعال الخ ١٣٣٠٤ منهل العذب نظم الشيخ ابى سعيد شعبان بن محمد القرشى العثمانى الموصلى ١٣٣٠٥ منهل اللطائف فى الكنافة والقطائف للسيوطى من مقاماته ذكره فى فهرسه ١٣٣٠٦ منهل المفهوم فى شرح السنة العلوم للامام عبد الله بن اسعد اليافعى المتوفى سنة ١٣٣٠٧ منية الابرار وغنية الاخيار تركى فى الموعظة للشيخ عبد الرحيم القره حصارى ١٣٣٠٨ منية الالمعى فيما فات من تخريج احاديث الهداية للزيلعى للشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ ١٣٣٠٩ منية الباحث عن حكم دين الوارث للشيخ تقى الدين على بن

---

cujus nullum indicium exstat nisi per eum ipsum etc., et auctor: Composui, ait, ut quasi praefatio esset ornata historiae nostrae *El-Menhel El-Sáfi* inscriptae, et ab initio usque ad finem ad ejus ordinem distribui, et ne una quidem biographia de laudato opere decedit. Biographias autem majorem in modum contraxi, ita ut lector eas uno adspectu comprehendere possit. — Haec ille. — 13303. **El-Menhel El-Adzb**, aquatio dulcis pro bellatoribus accedentibus, auctore *Mohammed Ben Mengüli Misri*, anno . . . mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo potenti, excelso etc. — 13304. **El-Menhel El-Adzb**, aquatio dulcis. Carmen, auctore Sheikh *Abu Saïd Sha'bán Ben Mohammed Coreshi Othmáni Mausili.* — 13305. **Menhel el-letáif**, scaturigo elegantiarum de tegumento et lodicibus, auctore *Soyúti.* Unus ejus consessuum est, quos in indice scriptorum suorum commemorat. — 13306. **Menhel el-mafhúm**, aquatio rerum bene intellectarum de explicatione linguarum doctrinis peculiarium, auctore Imám *Abdallah Ben As'ad Yáfii*, anno . . . mortuo. — 13307. **Munyet el-abrár we Ghunyet el-akhyár**, optatio justorum et satisfactio bonorum. Liber turcicus paraeneticus, auctore Sheikh *Abd-el-rehim Carahhisári.* — 13308. **Munyet el-almaí**, votum perspicacis de traditionibus, quae *Zeilaí* in iis ex *Hidáyet* enucleandis fugerant, auctore Sheikh *Cásim Ben Cotlúboghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. — 13309. **Munyet el-báhith**, votum de statutis aes alienum heredis spectantibus inquirentis, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín*

عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ١٣٣١٠ منية السالكين وبغية العارفين فى شرح حديث الاربعين مجلّد اوله الحمد لله المتوحّد بذاته وصفاته وافعاله الخ يشتمل كلّ حديث منها على فصول جمّة ١٣٣١١ منية السوْل فى دعوات الرسول للشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد ابن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ ١٣٣١٢ منية الشبّان فى معاشر النسوان فى علم الباه للمولى احمد بن مصطفى المعروف بطاشكبرى زاده المتوفى سنة ٩٦٧ اوله الحمد لله الذى خلق الانسان من سلالة من طين الخ رتّب على مقدّمة واربعة مطالب طرقها طريقة الشرع وطريقة العقل وطريقة الطبع وطريقة الطبّ ١٣٣١٣ منية الصيادين للمولى محمود ابن محمد [الرومى] الشهير بميرم چلبى المتوفى سنة ٩٣١ ١٣٣١٤ منية الطالب لاعزّ المطالب ١٣٣١٥ منية القران ١٣٣١٦ منية الفقهاء لفخر الدين بديع بن ابى منصور العراقى الحنفى اخذ تلميذه صاحب القنية كتابه منها وذكر انها بحر محيط فانه جمع

---

*Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 13310. Munyet el-sálikín we Bughyet el-árifín, votum via spiritali incedentium et desiderium mysticorum. Commentarius in quadraginta traditiones volumine comprehensus, qui ita incipit: Laus Deo, essentia sua, attributis et factis unico etc. Quaevis earum traditio sectiones continet plures. — 13311. Munyet el-súl, optatio petitionis de precationibus legati divini, auctore Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Ya'cúb Fírúzábádi Shírázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 13312. Munyet el-shobbán, optatio adolescentium de consortio feminarum, auctore Molla *Ahmed Ben Mustafa*, vulgo *Táshköprízádeh* dicto et anno 967 (inc. 3. Oct. 1559) mortuo. Liber de doctrina stimulantium, qui ita incipit: Laus Deo, qui hominem ex spermate lutoso creavit etc., et in praefationem et quatuor quaestiones dispositus est, quarum modi sunt legis, rationis, naturae et medicinae. — 13313. Munyet el-sayyádín, votum venatorum, auctore Molla *Mahmúd Ben Mohammed* [*Rumi*], vulgo *Mírem Jelebi* dicto et anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuo. — 13314. Munyet el-tálib, votum ejus, qui thesaurorum pretiosissimum quaerit. — 13315. Munyet el-ckirán, votum conjunctionis siderum feliciqris. — 13316. Munyet el-focahá, votum jurisconsultorum, auctore *Fakhr-ed-dín Bedí' Ben Abi Mansúr Irácki* Hanefita. Discipulus ejus, auctor libri *Cunyet*, hunc librum ex opere *Munyet* petiit, quod Oceanum esse dicit. Ibi enim *Bedí'* congessit, quae in aliis libris non

فيه ما لا يوجد فى غيره فاستقصى لبابها سماه قنية المنية ١٣٣١٧ منية فى القراءات للشيخ ابى نصر [احمد] ١٣٣١٨ منية اللبيب فى شرح التهذيب لشمس الدين محمد الحفرى

١٣٣١٩ منية المتكلّمين وغنية المتعلّمين لمحمد بن محمد بن عبد الجليل الرشيد التقط من كلامه مائة كلام مختصر واهداها الى ابى الفتح على بن ايلخان بن خوارزمشاه اوله الحمد لله مصوّر الآفاق ومقدر الارزاق الخ ١٣٣٢٠ منية المصلّى وغنية المبتدى لسديد الدين الكاشغرى وهو كتاب معروف متداول بين الحنفيّة وقد شرحه ابن امير الحاج شرحًا بسيطًا فى مجلّدين قال التقطت ما كثر وقوعه من مصنّفات المتقدّمين قال الشارح ابن امير الحاج فى القاموس التقط عليه من غير طلب وكان المصنّف بحسب ما وقع له الالتقاط لهذه الجمل من المسآئل خلا كثير منه فى وجه التنظيم عن حسن الترصيف فانّك تراه فى كثير من المواضع فى هذا المعنى كحاطب ليل وفى كونه غنية للمبتدى نظر الخلوّه عن كثير ممّا ابهم

inveniuntur; itaque medullam ejus potiorem partem excerpsit et libro titulum *Cunyet el-munyet* dedit. — 13317. Munyet fi el-ckirâât, votum de recensionibus coranicis, auctore Sheikh *Abu Nasr [Ahmed]*. — 13318. Munyet el-lebíb, votum intelligentis. Commentarius in *El-Tehdzíb*, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Hafcri*. — 13319. Munyet el-motekallimín, votum metaphysicorum et institutio sufficiens discentium. Compendium a *Mohammed Ben Mohammed Ben Abd-el-jelíl Reshíd* editum, qui ex oratione sua centum dicta breviora selegit et *Abu'lfat'ho Ali Ben Ilkhân Ben Khowarezmshâh* obtulit. Incipit ita: Laus Deo, qui tractus terrae formavit et res ad vitam necessarias definivit etc. — 13320. Munyet el-mosalli, votum precantis et satisfactio incipientis, auctore *Sedíd-ed-dín Káshghari*. Liber notus est et inter Hanefitas multum tritus, in quem *Ibn Emír el-hájj* commentarium amplum duobus voluminibus comprehensum composuit. — Auctor: Collegi, inquit, e scriptis majorum, quae plerumque in usum veniunt — et interpres *Ibn Emír el-hájj* in *Cámúso:* Collegit auctor ad *El-Munyet* sine omni studio et delectu, et pro ratione quaestionum, quae sibi in colligendo ad singula propositionum capita casu se offerent, magnam earum partem, ratione ordinis recte dispositi habita, sine pulchra et concinna compositione reliquebat. Certe enim illum multis locis hac conditione similem ei videas, qui noctu ligna colligit, et cum institutionem elementario sufficientem esse vellet, id egit, ut multa eorum omitteret, quae tironem dubium et incertum redderent, quales sunt disquisitiones de precatione diei Veneris et festi majoris *Id-elcurbán*)

المبتدى كمباحث صلوة الجمعة والعيدين الخ اقول والعجب انّ الشارحين الفاضلين لم يتعرّضا لذكر المؤلّف وسكتا سكوتًا غير مرضىّ ثم الشيخ ابراهيم بن محمد الحلبى الّف شرحًا جامعًا كبيرًا فى مجلّد سمّاه غنية المستملى فاقبل عليه الناس وتلقّاه الفضلآء بالقبول اوله الحمد لله جاعل الصلوة عماد الدين الخ ثم اختصره تسهيلًا للطالبين وتوفى سنة ٩٥٦ وامّا شرح الامام الشهير بابن امير الحاج محمد بن محمد الحلبى الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ وهذا اكبر منه حجمًا رسم حرف الميم بالمشروح وحرف الشين بالشرح وسمّاه حلية المحلّى وبغية المهتدى فى شرح منية المصلّى اوله الحمد لله عظيم الفضل والطول الخ [ وشرحه عمر ابن سليمان شرحًا ممزوجًا دون حجم الحلبى اوله الحمد لله جاعل الصلوة عماد الدين الخ اتمّه فى سنة ١٠٧٥ وله شرح لقره يحيى انصاروخانى] ١٣٣٢١ منية المفتى فى فروع الحنفيّة للشيخ الامام يوسف بن ابى سعيد احمد السجستانى اوله الحمد لله العلى الواحد الغنى الخالق الخ جمّع فيه نوادر الواقعات عريّة عن الدلآئل وذكر انه رأى الفتاوى الصغرى لنجم الدين الخاصى

---

et minoris (*Id el-fitr*) etc. — Mirum autem est, inquam, quod duo interpretes eruditione distincti auctorem nominare cunctantur et silentium molestum obtinent. — Postea Sheikh *Ibráhím Ben Mohammed Halebi* commentarium copiosum et magnum volumine comprehensum et *Ghunyet el-mustemli* inscriptum composuit, quem homines magno cum assensu exceperunt et viri eruditi valde approbarunt. Incipit ille ita: Laus Deo, qui precationem columen religionis esse voluit etc. Deinde eum, ut studiosis ejus studium facilius redderet, in epitomen contraxit, et anno 956 (inc. 30. Jan. 1549) mortuus est. Commentarius autem Imámi *Mohammed Ben Mohammed Halebi* Hanefitae, vulgo *Ibn Emír el-hájj* dicti et anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortui, volumine illo major est, et litera *Mím* verba textus exposita et litera *Shín* commentarii verba consignat. Inscriptus est *Hilyet el-mohalli we Bughyet el-mohtedi fi sharh Munyet el-mosolli*, et incipit ita: Laus Deo beneficentia et potentia magno etc. — [Praeterea *Omar Ben Soleimán* anno 1075 (inc. 15. Jul. 1664) commentarium absolvit, qui textum admixtum habet, at *Halebi*i commentario volumine minor est, et ita incipit: Laus Deo, qui precationem columen religionis esse voluit etc. — itemque *Carah Yahya Sárúkhání*]. — 13321. Munyet el-mufti, optatio Muftii de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore Sheikh et Imám *Yusuf Ben Abi Saíd Ahmed Sejestáni*. Liber ita incipit: Laus Deo excelso, unico, diviti, creatori etc., et auctor potiorem partem casuum rarorum forensium electam dedit argumentis destitutam, et vidisse se librum *El-Fetáwi El-Soghrá* a *Nejm-ed-dín Kháss*i editum narrat. Descripsit hic ea,

وكتب فيه منها ما هو المعتمد عليه وحذف الاحاديث وزوائد الروايات والاختلافات قصرًا للمسافة وضمّ اليها من فتاوى سراج الدين الاوشى نوادر من الواقعات ممّا لا يوجد فى اكثر الكتب وصرف الهمّة الى الايجاز فى الالفاظ من غير اخلال وراعى تجنيس الفتاوى السراجيّة وميّزها بعلامة حرف السين ١٣٣٢٢ منية الناسك ١٣٣٢٣ منية الواعظين مختصر لعبد الحميد بن عبد الرحمن الانقورى الّفه فى اوآئل جمادى الاولى سنة ٧٦٣ اوله الحمد لله خالق النسم الخ ١٣٣٢٤ من اسمه صالح من ابى هريرة للحافظ ابى موسى محمد بن عمر المدينى الاصفهانى المتوفى سنة ٥٨١ وله من اسمه عطاء من ابى هريرة ١٣٣٢٥ من يكفر ولم يشعر مختصر لقاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ ١٣٣٢٦ من يلحن من النحاة لابى زيد عمر بن شبث البصرى المتوفى سنة ٢٦٢ ١٣٣٢٧ منى الطالب ١٣٣٢٨ المنى فى الكنى للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٣٣٢٩ منير القلوب

---

quorum auctoritas probata erat, et *traditiones*, *relationes superfluas et opiniones* a se invicem dissentientes resecuit, ut spatium inter varia jurisconsulta diminueret. Ex responsis juridicis *Siráj-ed-dini Ushi* eis raros casus forenses tales adjecit, quales in plerisque libris non inveniuntur. Animum autem ad concisam verborum dictionem applicuit, ita tamen, ut sensum minime negligeret, et dispositionem jurisconsultorum *Siráj-ed-dini* in certa genera respexit, eaque siglo literae *Sín* distinxit. — 13322. Munyet el-násik, optatio religiosi. — 13323. Munyet el-wáitzín, optatio concionatorum. Compendium, quod *Abd-el-hamíd Ben Abd-el-rahman Ancúri* initio mensis Jomádzi I. anni 763 (inc. 31. Oct. 1361) composuit et ita orsus est: Laus Deo, homines creanti etc. — 13324. Men ismoho Sálih, viri, qui ex auctoritate *Abu Horeirae* nomen *Sálih* prae se ferunt, auctore Háfitz *Abu Musa Mohammed Ben Omar Medíni Isfaháni*, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuo. Idem eos consignavit, qui ex auctoritate *Abu Horeirae* nomen *Ali* habent. — 13325. Men yakfor we lam yashor, ii qui inscii impietatem amplectuntur. Compendium, auctore *Cásim Ben Cotlúboghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. — 13326. Men yalhan min el-nohát, grammatici, qui in loquendo errant, auctore *Abu Zeid Omar Ben Sheith Basri*, anno 262 (inc. 6. Oct. 875) mortuo. — 13327. Moná el-tálib, vota quaerentis. — 13328. El-Moná fi el-koná, vota de cognominibus, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Juni 1505) mortuo. — 13329. Monír el-colúb, illuminator cordium, auctore

لفخر الدين ابى الحسن على بن بكمش التركى المتوفى سنة ٦٢٦ ١٣٣٣٠ المنير فى الفروع على مذهب الهادى جمعه ابو الحسين احمد بن موسى الطبرى علامة الشيعة وامامهم ذكر فيه انّه جمعه على مذهب الهادى وانّه مأخوذ عنه وعن اولاده ومعاصريهم واسلافهم ١٣٣٣١ المنيرة رسالة فى الموعظة والتصوّف اوله الحمد لله الذى اعلى معالم العلم واعلامه الخ ١٣٣٣٢ مؤاخذات للشيخ صدر الدين القونوى واجوبتها لنصير الدين الطوسى ١٣٣٣٣ [موارد البصائر لفرائد الضرائر للفاضل المولى محمد سليم بن حسين بن عبد الحليم المعروف بسليم افندى المتوفى سنة ١٠٣٨ هو كتاب فى الضرائر الواردة فى اشعار العرب العاربة اوله حمدًا لمن يمتنّ النعيم السابغ ويمتعد المزيد الخ] ١٣٣٣٤ موارد البيان لابى الحسن على بن خلف بن على بن عبد الوهاب الكاتب ١٣٣٣٥ [موارد ذوى الاختصاص الى مقاصد سورة الاخلاص للعلّامة القونوى اوله الحمد لله المتعرّف باحديّته ليجمع القلوب الخ] ١٣٣٣٦ موارد الشوارد للشيخ علاء الدولة السمنانى المتوفى سنة ٧٣٦ ١٣٣٣٧

***Fakhr-ed-dîn Abu'lhasan Ali Ben Bekmesh*** Turca, anno 626 (inc. 30. Nov. 1228) mortuo. — 13330. **El-Monír fi el-forú'**, illuminator de partibus juris derivatis secundum sectam ***Hádi***. Collegit eas ***Abu'lhosein Ahmed Ben Musa Taberi*** Shiitarum vexillum et antistes, et librum se duce ***Hádi*** doctrina congessisse et ab eo, ejus filiis horumque aequalibus et antecessoribus sumsisse narrat. — 13331. **El-Moníret**, illuminator. Tractatus paraeneticus et theosophicus, qui ita incipit: Laus Deo, qui signa et vexilla doctrinae erexit etc. — 13332. **Moákhadzát**, vituperationes criticae, auctore Sheikh ***Sadr-ed-dín Cunewi***, et responsa ad eas a ***Nasír-ed-dín Túsi*** reddita. — 13333. [**Mewárid el-besáir**, fontes ubi oculi perspicaces singulas res necessitatem a regula declinandi imponentes cognoscere possunt, auctore Molla bene merito ***Mohammed Selím Ben Hosein Ben Abd-el-halím***, vulgo ***Selím Efendi*** dicto et anno 1038 (inc. 21. Aug. 1628) mortuo. Hic liber de necessitatibus illis in carminibus Arabum purorum obvenientibus agit et ita incipit: Laudem ei, qui beneficia copiosa sibi comparat et plura ad se rapit etc.]. — 13334. **Mewárid el-beyán**, fontes expositionis, auctore ***Abu'lhasan Ali Ben Khalaf Ben Ali Ben Abd-el-wehháb*** Scriba. — 13335. [**Mewárid dzewí el-ikhtisás**, viae eorum, qui propriam rationem sequuntur, ad sensum, qui in Surata ***Ikhlás*** propositus est, auctore viro doctissimo ***Cunewi***. Liber ita incipit: Laus Deo sua unitate cognoscendo, ut corda conjungat etc.]. — 13336. **Mewárid el-shewárid**, fontes carminum per terras divulgatorum, auctore Sheikh ***Alá-ed-dewlet Simnáni***, anno 736 (inc. 21. Aug. 1335)

موارد الظمآن فى زوائد ابن حبان فى الحديث ١٣٣٣٨ موارد الفوائد للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٣٣٣٩ موارد الكلم كله غير منقوط فى الاخلاق للشيخ ابى الفضل بن المبارك الهندى المدرس باكره تلميذ الخطيب ابى الفضل الكازرونى والسيد عيسى رفيع الدين الصفوى المتخلص بفيضى المتوفى سنة ١٠٠٤ جمعها مجردا من الحروف المعجمة اوله الحمد لملهم الكلام الصاعد وهو المحمود اولا والحامد الخ على ثلثة وخمسين موردا ١٣٣٤٠ الموازنة بين الطائيين ابى تمام والبحترى فى الشعر لحسن بن بشر الآمدى المتوفى سنة ٣٧١

١٣٣٤١ علم المواسم

١٣٣٤٢ مواصيل المقاطيع لابى العباس احمد بن يحيى بن ابى حجلة التلمسانى المتوفى سنة ٧٧٦ ١٣٣٤٣ مواطن الصلوة على النبى صلعم رسالة اولها الحمد لله الذى اصطفى محمدا على العالمين الخ للقاضى قطب الدين محمد بن محمد الخيضرى الشافعى المتوفى سنة ٨٩٤

---

mortuo. — 13337. **Mewárid el-tzaman**, aquationes sitientis de additamentis *Ibn Hayyáni* ad traditiones. Tractatus de re traditionaria. — 13338. **Mewárid el-fewáid**, fontes adnotationum utilium, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 13339. **Mewárid el-kelim**, aquationes dictorum. Apophthegmata ethica, quae omnia punctis diacriticis destituta sunt, auctore Sheikh *Abu'lfadhl Ben-elmobárek Hindi* professore in urbe Agra et discipulo concionatoris *Abu'lfadhl Kázerúni* et Seyyidi *Isá Refí-ed-dín Sefewi*, cognomine poetico *Feidhi* ornato et anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) mortuo. Collegit ea ita, ut verba literis punctis notatis plane carerent, et liber ita incipit: Laus ei, qui orationem coelitus ascendentem inspirat, et haec est primum laude digna et laudans etc. — Sunt quinquaginta tres aquationes. — 13340. **El-Mowázenet**, comparatio amborum Tayyidarum *Abu Temmám* et *Bohtori* poesin [illegible]ctans, auctore *Hasan Ben Bishr Amidi*, anno 371 (inc. 7. Jul. 981) mortuo. —

13341. **Ilm el-mewásim.** Doctrina festorum sollemnium.

13342. **Mewásil el-mecátí'**, conjunctiones fragmentorum, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya Ben Abi Hajla Tilimsáni*, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 13343. **Mewátin el-salát ala el-nebí**, loca, ubi preces pro propheta, cui Deus propitius sit, faciendae sunt. Tractatus, in quo auctor Cádhi *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Kheidhari* Shafiita, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuus,

ذكر فيه خمسة وخمسين موطنًا    ١٣٣٤٤ المواعظ الجليلة    ١٣٣٤٥ المواعظ السنيّة لابى العلآء احمد بن عبد الله المعرّى المتوفى سنة ٤٤٩ وهو خمسة عشر كراسة اوله الحمد لله الذى عرف وفهم الخ    ١٣٣٤٦ المواعظ والاعتبار بذكر الخطط والآثار من تواريخ مصر للشيخ تقى الدين احمد بن على المقريزى المؤرّخ المتوفى سنة ٨٤٥ [فى اربع مجلّدات] جمع فيه اخبار مصر واحوال سكّانها قال ولما فحصت عن اخبار مصر وجدتها مختلطة فلم يمكن الترتيب على السنين لعدم ضبط وقت كلّ حادثة ولا على الاسمآء لعلل اخر تظهر عند تصفّحه فرتّب على ذكر الخطط والآثار فاحتوى كلّ فصل منها على ما يلائمه وجعله على سبعة اجزآء الجزء الاوّل يشتمل على اخبار ارض مصر وخراجها ٢ يشتمل على كثير من مدنها واجناس اهلها ٣ يشتمل على اخبار فسطاط مصر ٤ يشتمل على اخبار القاهرة ٥ يشتمل على ذكر ما ادركت القاهرة من الاحوال ٦ فى ذكر قلعة الجبل وملوكها ٧ فى ذكر الاسباب التى نشأ

---

quinquaginta quinque locos commemorat, ita incipit: Laus Deo, qui *Mohammedem* prae omnibus mundorum creaturis elegit etc. — 13344. **El-Mewáitz El-Jelílet**, parnenetica illustria. — 13345. **El-Mewáitz El-Seníyet**, parnenetica pretiosa, auctore ***Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri***, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. Quindecim plagularum quiniones, qui ita incipiunt: Laus Deo, qui cognoscendum et intelligendum tradit etc. — 13346. **El-Mewáitz we El-I'tibár**, admonitiones et exempla consideranda, quae descriptionem veterum divisionum territorii et monumentorum antiquitatis continent. Historia Aegypti, auctore Sheikh ***Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrízi*** Historiographo, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. [Quatuor volumina], in quibus historiam Aegypti et quae ad ejus incolas pertinent describit. Diligenter, inquit, historias Aegypti cum investigarem, eas perturbatas et confusas deprehendi. Dispositio enim secundum annos non admittenda est, quoniam tempus singularum rerum evenientium non consignatum est, neque secundum nomina propter caussas alias, quae inspectione instituta apparent. — Itaque historiam secundum divisiones territorii et monumentorum disposuit, ita ut quaevis earum sectio illa comprehenderet, quae ei convenirent, et librum in septem fasciculos divisit, quorum primus historiam terrae Aegypti ejusque redituum comprehendit, secundus multas ejus urbium et varia incolarum genera, tertius historiam veteris Fostát Misrensis, quartus historiam Cáhirae, quintus descriptionem eventorum, quae Cahira experta est, sextus descriptionem castelli montis ejusque principum, septimus descriptionem caussarum, unde

عنها خراب مصر انتهى [وله ترجمة ١٣٣٤٧ موافقات الائمّة الخمسة للحافظ ضياء الدين ابى عبد الله محمد بن عبد الواحد المقدسى الدمشقى الحنبلى المتوفى سنة ٦٤٣ وعدّتها ثمانية احاديث اتّفق الشيخان وابو داود والترمذى والنسائى] ١٣٣٤٨ موافقات فى الحديث للحافظ ابى القاسم على بن عساكر الدمشقى ولعبد بن حميد وللقاضى تقى الدين سليمان بن حسن ابن قدامة الحنبلى المقدسى ١٣٣٤٩ الموافقة بين اهل البيت والصحابة وما رواه كلّ فريق من الاخر للحافظ ابى سعيد اسمعيل ابن على [ابن زنجوية الرازى] السمان المتوفى سنة ٤٤٥ اختصره العلّامة جار الله ابو القاسم محمود بن عمر الزمخشرى المتوفى سنة ٥٣٨ بحذف الاسانيد والتكرار واقتصر على نصوص الاخبار ١٣٣٥٠ موافقة العقول فى التوسّل بالرسول للشيخ الامام نبيه الدين ابى عبد الله محمد بن سعيد المهدى المراكشى وهو مختصر فى فضائل النبى صلعم اوله الحمد لله الذى اطلع شمس الهداية من سماء الفكرة الخ ١٣٣٥١ مواقع العلوم من مواقع النجوم للجلال الدين القاضى [عبد الرحمن

vastatio Aegypti existebat. — Haec hactenus. — [Liber etiam (in linguam turcicam) translatus est. — 13347. Mowáfacát el-aïmmet el-khamset, traditiones, in quibus Imami quinque consentiunt, auctore Háfitz *Dhiyá-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Abd-el-wáhid Mocaddesi Dimeshcki* Hanbalita, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. Sunt octo traditiones numero, in quibus Sheikh uterque *Bokhári* et *Moslim, Abu Dawúd, Tirmidzi* et *Nesáyi* consentiunt]. — 13348. Mowáfacát, traditiones, de quibus traditionarii consentiunt. Scripserunt Háfitz *Abu'lcásim Ali Ben Asákir Dimeshcki*, *Abd Ben Homeid* et Cádhi *Tacki-ed-din Soleimán Ben Hasan Ibn Codáma Mocaddesi* Hanbalita. — 13349. El-Mowáfacat bein ahl el-beit we el-sahábet, consensus inter familiam prophetae et socios, et quae quaevis eorum pars auctoritate alterius retulit, auctore Háfitz *Abu Saïd Ismaïl Ben Ali* [*Ben Zenjúya Rázi*] *Semmán*, anno 445 (inc. 12. Febr. 13[illegible]) mortuo. Vir doctissimus *Járallah Abu'lcásim Mahmúd Ben Omar Zamakhsheri*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuus, hunc librum ita in epitomen contraxit, ut auctoritatum testimonia et repetitiones resecaret et in disertis textus verbis acquiesceret. — 13350. Mowáfacat el-ocúl, consensus mentium de intercessione per legatum divinum, auctore Sheikh et Imám *Nebíh-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Saïd Mehdi Merákeshi*. Compendium de meritis prophetae praestantibus, quod ita incipit: Laus Deo, qui solem rectae religionis e coelo cogitationis apparere jussit etc. — 13351. Mewácki' el-olúm, loca doctrinae e locis ubi astra incidunt gignentia, auctore Cádhi *Jelál-ed-din* [*Abd-*

ابن عمر] البلقيني المتوفى سنة ٨٢٤ صنّفه في علوم القرآن وجعله على ستة امور ا مواطن النزول واوقاته وفيه اثنا عشر نوعًا ٢ السند وهو ستة انواع ٣ الاداء وهو ستة انواع ٤ الالفاظ وهو سبعة انواع ٥ المعانى المتعلّقة بالاحكام وهو اربعة عشر نوعًا ٦ المعانى المتعلّقة بالالفاظ وهو خمسة انواع ذكره السيوطى فى الاتقان ١٣٣٥٢ مواقع النجوم ومطالع اهلّة الاسرار والعلوم للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ ذكره فى الموضعين من الفتوحات قال يغنى عن الاسانيد بل الانسان يحتاج اليه اوله الحمد لله الحىّ القيوم الخ رتّب على ثلاث مراتب ا فى الغاية وهو التوفيق ٢ فى الهداية وهو علم التحقيق ٣ فى الولاية وهو العمل الموصل الى مقام الصديق وقال هو كتاب يقوم للطالب مقام الشيخ يأخذ بيده كلّما عثر ويهديه الى المعرفة وهو ضلّ وتاه ومعرفة مراتب الادوار وقال فى الباب الاول وما سبقنا فى هذا الطريق لترتيبه اصلًا وقيّدته فى احد عشر يومًا فى رمضان بالمريّة

*el-rahman Ben Omar*] *Bolkeini*, anno 824 (inc. 6. Jan. 1421) mortuo. Composuit hunc librum de doctrinis Corani et in sex caussas distribuit, quarum prima de locis et temporibus agit, ubi revelatio evenit, et duodecim genera comprehendit, secunda de *auctoritatum testimonio*, et sex genera continet, tertia sex genera complectens de vocis prolatione, quarta septem genera complectens de verbis, quinta quatuordecim genera continens de sententiis, quae statuta spectant, sexta quinque genera continens de sententiis, quae verba spectant. — *Soyúti* hunc librum in *El-Itcán* commemorat. — 13352. Mewácki' el-nojúm, casus astrorum et ortus eorum, qui arcana et doctrinas colunt, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Commemorat hunc librum duobus locis operis *Fotúhát Mekkiyet*, et: Explet, inquit, testimonia, imo homo eo supersedere non potest. Incipit autem ita: Laus Deo vivo, sempiterno etc., et in tres ordines distributus est, quorum primus de summo fine agit i. e. de tali Dei concursu, ut cultores suos ad id agendum impellat, quod ei placet — secundus de directione, quae ad quaesitum ducit i. e. ea doctrina, quae quaestionem argumentis confirmat — tertius de intima cum Deo conjunctione i. e. de actione, quae ad statum amici cum Deo ducit. — Hic liber, ait, studioso vicem explet magistri, qui eum manu prehendat, quotiescunque pedem offendit, et, dum errat et mente turbatus est, eum ad cognitionem ducet et scientiam graduum periodorum spiritalium docebit. — In capite primo: Nemo omnino, ait, propter libri dispositionem in hac via nos praecessit, eumque undecim

سنة ٥٩٥ من شانع فيه فقد اطلع على نتائج الاعمال في هذا الطريق واسرار الكرامات فانه قال فيه كل كرامة صورة عمل السالك اذا تحقق او تخلق به ١٣٣٥٣ مواقف الآخرة ولطائف الفاخرة للشيخ على دده صاحب محاضرة الاوائل وهو كتاب لطيف رتبه على خمسين موقفا على عدد مواقف الآخرة ذكره في حل الرموز ١٣٣٥٤ مواقف الغايات في اسرار الرياضات مختصر للشيخ ابي العباس احمد البوني القرشي المتوفى سنة اوله الحمد لله الذي رفع حجب استار الاسرار عن حقائق بصائر المقربين الخ بين فيه كيفية الرياضات وترتيب اسرارها ورتب اطوار الرياضات على ثلثة اقسام ا رياضات السالكين ٢ رياضات المريدين ٣ رياضات العارفين ١٣٣٥٥ مواقف في التصوف للنفري وهو الشيخ محمد بن عبد الجبار بن الحسن النفري [ الصوفي المتوفى سنة ٣٥٤ ] وعليه شرح للتلمساني [عفيف الدين سليمان بن علي بن عبد الله الاديب الصوفي المتوفى سنة ٦٩٠ ] وهو شرح بالقول مجلد اوله الحمد لله رب العالمين

diebus mense Ramadhán anni 595 (inc. 3. Nov. 1198) Almeriae scripto mandavi. Qui eum attente legerit, certe consequentias operationum in hac via et arcana donorum supernaturalium perspiciet. Pergit enim ita: Donum omne supernaturale formam repraesentat operationis ejus, qui via spiritali ingreditur, quando eam certe cognoscit aut assumit. — 13353. Mewáckif el-akhiret we El-Letáif El-Fákhiret, stationes alterius vitae et subtilitates facete dictorum pretiosae. Scripsit Sheikh *Ali Dedeh*, auctor libri *Mohádharet el-awáil.* Elegans liber est, quem in quinquaginta stationes secundum stationes alterius vitae distribuit et in *Hall el-romúz* commemorat. — *13354. Mewáckif el-gháyát, stationes summorum finium de arcanis exercitationum, quibus animus a cupiditatum dominatione liberatur, auctore Sheikh *Abu'l-abbás Ahmed Búni Coreshi*, anno . . . mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui vela arcanorum tectorum de rebus altioris indaginis sustulit, ad quas oculi eorum, qui ad propinquitatem Dei admissi sunt, se convertunt etc. Exponit ibi illarum exercitationum rationem et earum arcanorum seriem, et actiones exercitationum in tres partes disposuit, quarum prima de exercitationibus viam spiritalem ingredientium, secunda de exercitationibus aspirantium, quorum voluntas exstincta est, tertia de exercitationibus eorum agit, qui jam cognitione Dei spiritali imbuti sunt. — 13355. El-Mewáckif, stationes de theosophia, auctore Sheikh *Mohammed Ben Abd-el-jebbár Ben-elhasan* [*Sufi*, vulgo] *Niffari* [dicto et anno 354 (inc. 7. Jan. 965) mortuo. *Afif-ed-din Soleimán Ben Ali Ben Abdallah Sufi* Philologus, vulgo] *Telimsáni* [dictus et anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuus], commentarium in eas edidit, cui verba textus exposita addita sunt. Volumen ita incipit: Laus Deo, mundorum

الخ ابتدأ بشرح موقف الغرّ

١٣٣٥٦ مواقف في علم الكلام للعلّامة عضد الدين عبد الرحمن بن احمد الايجي القاضي المتوفى سنة ٧٥٦ الّفه لغياث الدين وزير خدابنده وهو كتاب جليل القدر رفيع الشأن اعتنى عليه الفضلاء فشرحه السيّد الشريف على بن محمد الجرجاني المتوفى سنة ٨١٦ وهو ادون شروحه فرغ عنه في اوآئل شوال سنة ٨٠٧ بسمرقند كذا نقل من خطّه وشمس الدين محمد بن يوسف الكرماني المتوفى سنة ٧٨٦ وسيف الدين الابهرى المتوفى سنة وكتب على شرح الشريف جماعة لحلّ مغلقاته وكشف معضلاته منهم المولى حسن جلبى بن محمد شاه الفنارى علّق حاشية لطيفة مفيدة توفى سنة ٨٨٦ ذكر انّه استعار من المولى خواجه زاده كتاب شرح المواقف وحواشيه كان مملوًّا بابكار افكاره فجزّأه وفرّقه بين طلبته فكتبوا كلّها في ليلة واحدة ثم ارسله غدا وضمّها الى حواشيه ذكر عرب زاده في هوامش الشقآئق وعلّق المولى على بن امر الله المعروف بابن الحنّائى على هذه الحاشية بتمامها وتوفى سنة [٩٧٩]

---

domino etc., et a commentanda statione de rerum vanarum fallacia *(el-gharr)* inscripta incipit. — 13356. El-Mewáckif fi ilm el-kelám, stationes de metaphysica. Edidit Cádhi doctissimus ***Adhod-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Iji***, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuus, in honorem Weziri *Ghiyáth-ed-dín Khodábendeh* hunc librum maximi pretii et summae auctoritatis, in quo illustrando viri meritissimi curam posuerunt, ut Seyyid Sherif ***Ali Ben Mohammed Jorjáni***, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, cujus commentarius commentariorum tenuissimus est. Absolvit eum, ut ***Jorjáni*** ipse in nota quam manu sua scripsit testatur, ineunte mense Shewwál anni 807 (inc. 10. Jul. 1404) in urbe Samarcand — ***Shems-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Kirmáni***, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus — ***Seif-ed-dín Abahri***, anno . . . mortuus. — In commentarium ***Sherífi*** plures viri ad ejus obscuritates solvendas et difficultates illustrandas glossas ediderunt, ut Molla ***Hasan Jelebi Ben Mohammed Sháh Fenári***, anno 886 (inc. 2. Mart. 1481) mortuus, qui glossas elegantes et adnotationibus utilibus plenas leviter conscripsit. A Molla ***Khojazádeh*** librum se commentarium in ***El-Mewáckif*** et ejus glossas continentem mutuatum esse narrat, cogitationibus plane novis refertum. Hunc ***Fenári*** in fasciculos partitus est et inter discipulos ad describendum distribuit. Jam eos totos una nocte descripserunt, quo facto crastino die remisit, et adnotationes has descriptas suis glossis inseruit. Ita narrat ***Arabzádeh*** in glossis marginalibus ad librum ***Shecáik***. Ad has glossas totas Molla ***Ali Ben Amrallah***, vulgo ***Ibn-elhinnáyi*** dictus et anno [979 (inc. 26. Mai.

وكتب المولى احمد بن سليمان [ بن كمال ] حواشى على شرح المواقف وتوفى سنة ٩٤٠ والمولى
علاء الدين على الطوسى مختصر لكنه مشتمل على ابحاث كثيرة وتوفى سنة ٨٨٧ والمولى
اسمعيل المعروف بقره كمال المتوفى سنة اوله نحمدك اللهمّ يا مفتّح الابواب الخ ذكر فيه انّه
علّقه فى ايّام دولة السلطان بايزيد فى احدى المدارس الثمان بتاريخه تكلّمات ادب والمولى
مصطفى بن يوسف المعروف بخواجه زاده المتوفى سنة ٨٩٣ كتبها لما امره السلطان بايزيد
خان حين كان مفتيًا ببروسه وقد اختلّ رجلاه ويده اليمنى وكان يكتب بيده اليسرى ذكر
فى الشقائق انّه اعتذر اوّلًا وقال ان كلامى على شرح المواقف اخذه المولى حسن چلبى
وادرجه الى حاشية وانّ لى مسوّدة على التلويح ان امر السلطان ابيّضها ولمّا امره ثانيًا كتبه
وكانوا يضعون شرح المواقف فوق الوسائد وينظر فيه ولا يقدر ان ينظر فى كتاب اخر
فبلغ الى انتهاء مباحث الوجود فمات فبقيت مسوّدة ثم اخرجها الى البياض مولانا بهاء الدين

---

1571)] mortuus, scholia leviora conscripsit. — Porro Molla *Ahmed Ben Soleimán* [*Ben Kemál*], anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, glossas ad commentarium *Jorjáni* in *Mewáckif* edidit — Molla *Alá-ed-dín Ali Tusi*, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuus, adnotationes breviores, quae tamen disquisitiones multas continent — Molla *Ismaíl*, vulgo *Carah Kemál* dictus et anno . . . mortuus, cujus glossae ita incipiunt: Laudamus Te, o Deus, Tu, qui portas beneficiorum aperis etc. Glossator haec scholia se diebus Sultani *Báyezíd* regnantis in uno octo collegiorum Constantinopoli scripsisse dicit, ita ut tempus compositionis vocibus *Tekellumát edeb* i. e. disputationes humanae, quae annum 898 (inc. 23. Oct. 1492) significant, indicaret — Molla *Mustafá Ben Yusuf*, vulgo *Khojazádeh* dictus et anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, qui jussu Sultani *Báyezíd Khán* glossas scripsit, cum in urbe Brusa Mufti esset. Ejus pedes autem et manus dextra cum paralysi laborarent, manu sinistra scribebat. In *El-Shecáic* narratur, illum se primum his verbis excusasse: Disputata mea ad commentarium in *El-Mewáckif* Molla *Hasan Jelebi* sumsit et glossis inseruit. At vero glossas ad *El-Telwíh* habeo primis lineis conscriptas. Si quidem Sultanus jubet, eas nitide exarabo. Cum deinde mandatum repeteret, ad has glossas scribendas se accinxit. Ponebant ei commentarium in *El-Mewáckif* super cervicalia; hunc inspexit, libros alios inspicere non potuit, et ad medias quaestiones de existentia pervenerat, cum mors eum opprimeret. Glossae autem primis lineis exaratae manebant. Postea Molla noster et *Mustafa*e discipulus *Behá-ed-dín* eas protraxit et nitide

من تلامذته فلما اتمّ تبييضها توفى ايضا ومن غرآئب الاتّفاقيّات انه وقع اخر كلمة من تلك الحواشى كاملا لا يتمّ المقصود والمطلوب والمولى لطف الله بن حسن التوقاتى على اوآئله المقتول سنة ٩٠٠ اورد فيها لطآئف وتحقيقات يتعجّب منها النظّار وعلى اوآئل شرح المواقف تعليقة لابن المؤيّد اولها سبحانك اللهم يا من افاض على نوع الانسان انواع العلوم الخ والمولى محمد شاه بن على الفنارى المتوفى سنة ٩٢٩ والمولى محمد بن احمد حافظ عجم كتب على بعض مواضع من شرح المواقف وتوفى سنة ٩٥٧ والمولى محيى الدين محمد بن الخطيب على اوآئله توفى سنة ٩٠١ والشيخ غرس الدين احمد بن ابراهيم على فلكيّاته توفى سنة [٩٧١] والمولى سيدى على العجمى المتوفى سنة ٨٦٠ والمولى فتح الله الشروانى على الهيّاته فى اوآئل سلطنة الفاتح توفى سنة ٨٩١ وحسام الدين حسين بن عبد الرحمن على اوآئله توفى سنة ٩٢٦ والمولى مصلح الدين محمد بن صلاح اللارى المتوفى سنة [٩٧٩] اوله حلّ مشكل فى

exscripsit. Absoluta ista scriptione, hic quoque mortuus est. Singulari autem casu est factum, ut ultima verba, in quibus illae glossae desinebant, essent haec: Id quod intendimus et quaesivimus, ad finem non perductum est — Molla *Lutfallah Ben Hasan Tocáti*, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) interfectus, qui glossas ad initium edidit. Ibi adnotationes elegantes et subtilitates accurate examinatas protulit, quae lectores admiratione implent. — Pariter ad initium commentarii in *El-Mewáckif Ibn-elmowayyed* scholia leviora conscripsit, quae ita incipiunt: Praedicatus sis Tu, o Deus, qui genus humanum variis doctrinis cumulasti etc. — Molla *Mohammed Sháh Ben Ali Fenári*, anno 929 (inc. 20. Nov. 1522) mortuus — Molla *Mohammed Ben Ahmed* Háfitz inter Persas clarus, anno 957 (inc. 20. Jan. 1550) mortuus, qui ad nonnullos locos commentarii in *El-Mewáckif* glossas edidit — Molla *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben-elkhatíb*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuus, qui ad initium commentarii glossas scripsit — Sheikh *Ghars-ed-dín Ahmed Ben Ibráhím*, anno [971 (inc. 21. Aug. 1563)] mortuus, qui ad caput de corporibus coelestibus (*Felekiyát*) glossas edidit — Molla *Seyyidi Ali Ajemi*, anno 860 (inc. 11. Dec. 1455) mortuus — Molla *Fat'hallah Sherwáni*, anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) mortuus, qui ad caput de rebus divinis (*Aláhiyát*) initio Sultanatus *Mohammedis* Expugnatoris glossas composuit — *Hosám-ed-dín Hosein Ben Abd-el-rahman*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus, qui ad initium commentarii glossas edidit — Molla *Moslih-ed-dín Mohammed Ben Saláh Lári*, anno [979 (inc. 26. Mai. 1071)] mortuus, cujus glossae ita incipiunt: Solutio

حواشى لسان كلّ متكلّم خبير الخ والمولى محمّد بن صارى كرز على اوآئله توفّى سنة ٩٩٠ ومحمّد بن مبارك المعروف بحكيم شاه القزوينى المتوفّى سنة وقوام الدين يوسف بن حسن المتوفّى سنة فانّه كتب حاشية مفيدة فى مبحث الاغلاط الحسّيّة فرتّبها على مقدّمة وفصلين وخاتمة اوله الحمد لله كفاء افضاله الخ وعرضه على المولى كمال پاشا بعد ان ذكره فى خطبته واتمّها فى ثانى عشر رجب سنة ٩١٣ والمولى حسن بن عبد الصمد السامسونى المتوفّى سنة ٨٩١ حاشية على الهيّاته والمولى صالح بن جلال علّق على شرح المواقف وتوفّى سنة ٩٧٣ والمولى عبد الرحمن بن صاجلى امير المتوفّى سنة ٩٨٢ والمولى يوسف بن حسين الكرماستى كتب على نبوّاته وتوفّى سنة والقاضى شمس الدين محمّد بن احمد البساطى حاشية على شرح المواقف وتوفّى سنة ٨٤٢ ولابى الفضل الكازرونى وعلّق الفاضل مسعود الشروانى على الهيّات شرح المواقف للسيد حاشية مقبولة وخرّج السيوطى احاديثه فى كتاب وعلى الامور العامّة حواشى لمولانا

---

contorti in fimbriis linguae cujusvis metaphysici gnari etc. — Molla ***Mohammed Ben Sárikurrez***, anno 990 (inc. 26. Jan., 1582) mortuus, qui ad initium glossas edidit — ***Mohammed Ben Mobárek Caswíni***, vulgo ***Hakím Sháh*** dictus et anno ... mortuus — ***Chiwám-ed-dín Yusuf Ben Hasan***, anno ... mortuus, qui certe glossas utilibus adnotationibus plenas de disquisitione errorum cum sensibus conjunctorum scripsit, et in praefationem, duas sectiones et conclusionem distribuit. Incipiunt ita: Laus Deo talis, qualis praeclarae ejus beneficentiae convenit etc., easque auctor Mollae ***Kemálpasha*** obtulit, postquam eum in praefatione laudibus extulerat. Absolvit die duodecimo mensis Rejeb anni 913 (inc. 13. Mai. 1507) — Molla ***Hasan Ben Abd-el-samed Sámsúni***, anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) mortuus, qui glossas ad caput de rebus divinis (***Alahiyát***) edidit — Molla ***Sálih Ben Jelál***, anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuus, qui scholia leviora ad commentarium in ***El-Mewáckif*** conscripsit — Molla ***Emír Abd-el-rahman Ben Satjli***, anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortuus — Molla ***Yusuf Ben Hosein Kermásti***, anno ... mortuus, cujus glossae caput de prophetiis tractant — Cádhi ***Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Bisáti***, anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus, qui glossas ad commentarium in ***El-Mewáckif*** edidit — itemque ***Abu'lfadhl Kázerúni*** — bene meritus ***Mes'úd Sherwáni***, qui scholia leviora ad caput ***Alahiyát*** commentarii a ***Seyyid*** in ***El-Mewáckif*** editi composuit, quae cum omnium plausu excipiebantur. — ***Soyúti*** traditiones e ***Mewáckif*** in libro singulari enucleavit, et ad caput de rebus communibus (***El-Omúr El-A'mmet***)

احمد بن عبد الاول القزويني اوله الحمد لله الذي منّ علينا بتحرير الكلام الخ وفرغ في رجب سنة ٩٥٤ وهو الى اول السمعيّات في مجلّد وعلى تعريف الكلام رسالة لجلال الدين محمد ابن اسعد الدواني اوله يا من وقف في حواشي مواقف جلاله الخ ومن الحواشي حاشية اولها اما بعد تقويم الحمد لمن اليه كلّ آرب الخ فهذه حواشي لا بدّ منها لكلّ من له طلب وانها سمّيت بتاريخها تكلّمات الادب وقال في آخره نحن الّفناه بالحسن والنفع بين العالمين ثم آرّخناه بالحمد لله ربّ العالمين الخ وعلى شرح السيّد حاشية لسنان الدين يوسف المعروف بعجم سنان التبريزي والمولى سنان باشا [يوسف بن خضر] ذكره في حاشية الهيئة في بحث دائرة نصف النهار قال والتقرير الحسن يأتي في حاشية شرح المواقف والمولى مصلح الدين مصطفى القسطلاني المتوفى سنة ٩٠١ رسالة في سبعة اشكال على شرح المواقف كتب اجوبة وعلى شرح المواقف اسولة للمولى سيدي الحميدي كتبها على مباحث الجواهر واورد اسولة كثيرة

---

Molla noster *Aĥmed Ben Abd-el-awwel Cazwíni* glossas edidit, quae ita incipiunt: Laus Deo, qui accuratam metaphysicae tractationem nobis benigne concessit etc. Absolvit hoc volumen, quod initium dogmatum religionis revelatae complectitur, mense Rejeb anni 954 (inc. 21. Febr. 1547). — Ad caput de definitione metaphysicae *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Dewáni* tractatum composuit, qui ita incipit: O Tu, qui in stationum majestatis suae oris stat etc. — Deinde in glossis illae nominantur, quae ita incipiunt: Praemissa laude recte celebrata in honorem ejus, ad quem studiosus quisque peritus etc. — Jam his glossis studiosorum nullus carere potest, earumque titulus verbis *Tekellumát el-edeb*, quae simul compositionis tempus i. e. annum 929 (inc. 20. Nov. 1522) significant, notatus est, et ad finem libri auctor haec adjicit: Nos eum ita composuimus, ut placeat et hominibus utilitatem afferat. Tum ejus frontem verbis „Laus Deo, mundorum domino" notavimus etc. — Porro ad commentarium *Seyyidi* glossas ediderunt *Sinán-ed-dín Yusuf Tibrizi*, vulgo *Ajem Sinán* dictus — Molla *Sinánpásha* [*Yusuf Ben Khidhr*], qui has glossas in glossis ad librum de astronomia (*Haiat*) in quaestione de circulo meridiano commemorat his verbis: Et confirmatio argumentis certis probata in glossis ad *El-Mewáckif* sequetur — Molla *Moslih-ed-dín Mustafa Castaláni*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuus, tractatum septem *Ashkál* i. e. septem res dubias continentem ad commentarium in *El-Mewáckif*. Descripsit ibi responsa — et Molla *Seyyidi Homeidi* quaestiones ad commentarium in *El-Mewáckif* super disquisitionibus de substantiis scripsit, et

على السيد من انه اورد سؤالين او ثلثة فى سطر فتصفحه اصحابه وقال لا بدّ من انتخاب تلك الاسولة لان السيّد رفيع الشأن فانّ للطلبة ان يطالعوا تلك الاسولة فاسقط منها ما اجابوا عنه من الشقائق وكتب اجوبة على اشكالات الحميدى مولانا نور الدين يوسف المشهور بصارى كرز المتوفى سنة ٩٣٤ وعلى شرح السيد تعليقة لمولانا خضر شاه بن عبد اللطيف المتوفى سنة ٨٥٣ [وشرح المواقف المحقّق المولى حيدر الهروى المتوفى فى عشر الثلثين وثمانمائة بقال الاول وحاشية على شرح المواقف للسيد المحقّق ميرزاجان الشيرازى على تمام الثانى فى الامور العامّة وعلى نبذ من الموقف الثالث فى الاعراض وحاشية على شرح المواقف للسيد العبد الحكيم السالكوتى اللاهورى المتوفى سنة نيف وستين والف واختصر المصنّف المواقف وسمّاه الجواهر شرحه شمس الدين الفنارى ذكره حفيده لحسن الفنارى فى حاشية شرح المواقف]

١٣٣٥٧ مواقف فى القرآءات للكواشى احمد بن يوسف المتوفى سنة ٦٨٠

quaestiones multas ad commentarium *Seyyidi* affert, quatenus in una linea duas quaestiones aut tres proponit. Dum ejus discipuli libri folia percurrebant: Certe, inquit, potiores tantum harum quaestionum necessario eligendae sunt, *Seyyid* enim magna fruitur auctoritate; studiosorum autem est has quaestiones attente legere. Jam eas, ad quas respondere poterant, resecuit. — Haec e libro *Shecáic* petita sunt. — Ad difficultates (*Ishkálát*) *Homeidi* Molla noster *Núr-ed-dín Yusuf*, vulgo *Sári Kurez* dictus et anno 934 (inc. 27. Sept. 1527) mortuus, responsa edidit, et denique Molla noster *Khidhr Sháh Ben Abd-el-latíf*, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuus, scholia leviora conscripsit. [Praeterea Molla subtilissimus *Heider Herewi*, uno decem annorum ab anno octingentesimo tricesimo inde mortuus, commentarium in *El-Mewáckif* composuit, in quo sua verba voce „dico (*acúl*)“ ab auctoris verbis voce „dicit (*cála*)“ distinxit — et glossas ad commentarium *Seyyidi* subtilissimi in *El-Mewáckif Mírzaján Shírázi*, et quidem ad complementum stationis secundae de rebus universalibus et ad parvam partem tertiae stationis de accidentiis — itemque glossas ad commentarium *Seyyidi* in *El-Mewáckif Abd-el-hakím Sálikúti Láhúri*, anno 1060 (inc. 25. Dec. 1650) et supra mortuus. — Auctor ipse *El-Mewáckif* in epitomen contraxit *El-Jewáhir* inscriptam, in quam *Shems-ed-dín Fenári* commentarium edidit, quem ejus nepos *Hasan Fenári* in glossis ad commentarium in *El-Mewáckif* commemorat]. — 13357. El-Mewáckif fi el-choiráát, stationes de lectionibus coranicis, auctore *Ahmed Ben Yusuf Kewáshi*, anno 680 (inc. 22. Apr. 1281) mortuo. —

١٣٣٥٨ علم المواقيت

١٣٣٥٩ مواقيت البصائر ولطائف السرائر للشيخ ابي العباس احمد بن علي البوني
١٣٣٦٠ مواليد اهل البيت لابن الخشاب احمد بن عبد الله النحوي المتوفى سنة ١٣٣٦١
المواليد الكبير لصنجهل الهندي ١٣٣٦٢ المواليد وتحويلها في احكام النجوم لابي معشر
وللحصيبي المتوفى سنة ١٣٣٦٣ مواهب الاديب في شرح مغني اللبيب ١٣٣٦٤ مواهب
الاذكياء ١٣٣٦٥ مواهب الهي فارسي في احوال اهل مظفر لمعين الدين اليزدي الفه سنة ٧٥٧
١٣٣٦٦ مواهب الخلاق في مراتب الاخلاق تركي في مجلد لمصطفى بن جلال التوقيعي المتوفى
سنة ٩٦٤ رتب على خمسة وخمسين بابا وخاتمة وفي مقدمته شرح الاسماء الحسنى ١٣٣٦٧
مواهب الربانية في الاسرار الروحانية للشيخ ابي عبد الله يعيش الاموي رسالة في الوفق اوله حمد
الله كما يليق بكماله الخ ذكر فيه التجسيم والترتيب للمثلث ووضع جدولين لهما ١٣٣٦٨ مواهب

**13358. Ilm el-mewáckít. Doctrina rationis temporum.**

13359. **Mewáckít el-besáir**, loci oculis animi statuti et subtilitates arcanorum, auctore Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Ali Búni*. — 13360. **Mewálíd ahl el-beit**, nativitates familiae prophetae, auctore *Ahmed Ben Abdallah* Grammatico, vulgo *Ibn-elkhashsháb* dicto et anno . . . mortuo. — 13361. **El-Mewálíd El-Kebír**, liber magnus nativitatum, auctore *Sanjahl* Indo. — 13362. **El-Mewálíd we Tahwíluhá**, nativitates earumque revolutio de astrologia judiciaria. Scripserunt *Abu Ma'shar* et *Hoseibi*, anno . . . mortuus. — 13363. **Mewáhib el-adíb**, dona philologo oblata. Commentarius in *Moghni el-lebíb*. — 13364. **Mewáhib el-adzkiyá**, dona ingeniosis oblata. — 13365. **Mewáhib Alahi**, dona divina de iis, quae familiam *Motzaffer* spectant. Scripsit persice *Moín-ed-dín Yezdi* anno 757 (inc. 5. Jan. 1356). — 13366. **Mewáhib el-khallác**, dona creatoris de variis morum gradibus. Volumen turcice scriptum et in quinquaginta quinque capita et conclusionem dispositum, auctore *Mustafa Ben Jelál Tauckíi*, anno 964 (inc. 4. Nov. 1556) mortuo. Praefatio explicationem nominum Dei pulchrorum continet. — 13367. **El-Mewáhib El-Rebbáníyet**, dona divina de arcanis spiritalibus, auctore Sheikh *Abu Abdallah Yaísh* Omayyada. Tractatus de serie numerorum talismanica, qui ita incipit: Laudetur Deus, ut ejus perfectioni convenit etc. — Auctor ibi institutionem et dispositionem ad *triangula talismanica formanda* describit, et duas *tabulas ad institutionem et dispositionem demonstrandam* adumbravit. — 13368. **Mewáhib el-rahmán**, dona

الرحمن في مذهب النعمان لابراهيم بن موسى الطرابلسي نزيل القاهرة المتوفى في ذي الحجة سنة ٩٢٢ ثم شرحه وسمّاه البرهان اوله الحمد لله الذي احكم شريعته الغرّاء الخ واول المتن الحمد لله الذي جعل مواهب الفقه الخ قال وقد صنفت هذا الكتاب على نحو القاعدة اخترعها صاحب مجمع البحرين وهو في مجلدين ١٣٣٦٩ مواهب الرحمن في كشف عورة الشيطان للشيخ على بن ميمون المغربي المتوفى سنة ٩١٧ مختصر اوله الحمد لله كما هو اهله الخ ١٣٣٧٠ مواهب الرحمن وعطايا المنان ذكره البوني في الاسماء ١٣٣٧١ مواهب الشريفة في مناقب ابي حنيفة للامام ابي الحسن بن الامام ابي القاسم البيهقي المتوفى سنة الّف في سنة ٥٥٦ ورتّبه على مقدّمة وعشرة ابواب وخاتمة المقدّمة في كنيته واسمه ا في نسبه ب في الاحاديث الواردة في شأنه ج في الصحابة الذين سمع الامام منهم د في ولادته ه في ذكائه وفطنته و في المعارضة بينه وبين الخلفاء ز في الواقعات الفقهيّة بينه وبين علماء زمانه ح في المسائل

---

misericordis de disciplina ad ritus (*Abu Hanîfae*) *No'mân*, auctore *Ibrâhîm Ben Musa Tarâbolosi* Cahirae inquilino, mense Dzu'lhijjet anni 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuo. Postea commentarium edidit *El-Borhân* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui legem suam illustrem firme instituit etc. — Textus, duo volumina complectens, ita incipit: Laus Deo, qui dona jurisprudentiae dedit etc., et auctor: Institui, inquit, hunc librum fere ad eam basim, qua auctor libri *Mejma' el-bahrein* primus usus est. — 13369. **Mewâhib el-rahmân**, dona misericordis de nuda Satani vilitate detegenda, auctore Sheikh *Ali Ben Meimûn Maghribi*, anno 917 (inc. 31. Mart. 1511) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo talis, quali dignus est etc. — 13370. **Mewâhib el-rahmân we Atâyâ el-mennân**, dona misericordis et munera Dei benigni. Laudatur ab *El-Bûni* in *El-Asmâ*. — 13371. **El-Mewâhib El-Sherîfet**, dona augusta de virtutibus *Abu Hanîfae* laudabilibus. Composuit Imâm *Abu'lhasan Ben* El-Imâm *Abu'lcâsim Beihachi*, anno . . . mortuus, anno 556 (inc. 31. Dec. 1160), et in praefationem, decem capita et conclusionem distribuit. Praefatio de *Abu Hanîfae* cognomine et nomine agit, caput primum de ejus genealogia, secundum de traditionibus, quae de nobili ejus conditione propagatae sunt, tertium de sociis, ex quorum ore Imâm audivit, quartum de ejus natalibus, quintum de ejus acumine mentis et intelligentia, sextum de controversia inter eum et Khalifas, septimum de casibus juridicis, de quibus controversia inter eum et viros doctos sui temporis erat, octavum de quaestionibus difficilibus, ad quas responsa

المشكلات التى اجاب عنها باجوبة لطيفة ٩ فى زهده وكسبه ١٠ فى تحصيله وسعيه الخاتمة فى
الاقتدآء بمذهبه ثم ترجمه يوسف بن محمد بن شهاب المعروف باهلى بالفارسى لشاهرخ فى
شوال سنة ٨٣٩ وسمّاه تحفة السلطان فى مناقب النعمان اوله الحمد لله الذى احيى سنة
نبيّه ببيان النعمان الخ ١٣٣٧٢ مواهب الصمديّة فى المواريث الصفدية للشيخ تقى الدين
على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ١٣٣٧٣ مواهب العليّة تفسير حسين الواعظ
سبق فى التآء ١٣٣٧٤ مواهب الفتحيّة على الطريقة المحمديّة سبق ذكره ١٣٣٧٥
مواهب الكريم الفتاح فى المسبوق المشتغل بالاستفتاح وذيله للشيخ نور الدين على بن عبد
الله السمهودى المتوفى سنة ٩١١ ثم ذيّله وسمّاه اكمال المواهب اوضح فيه مسئلة وقعت له وهى
انّه اقتدى الامام فى العشآء بمؤخّر القوم فظنّ عند التكبير لقيام الرابعة انّه فرغ عنها وجلس

---

ingeniosa reddidit, nonum de ejus abstinentia et cooperatione in actionibus suis, quibus bonum aut malum sibi comparat, decimum de ejus doctrinae comparatione et studio, conclusio autem de ejus disciplina et ritibus imitandis. Postea ***Yusuf Ben Mohammed Ben Shehâb***, vulgo ***Ahli*** dictus, librum ***Shâhrukho*** mense Showwâl anni 839 (inc. 27. Jul. 1435) persice transtulit, et huic translationi, quae ita incipit: Laus Deo, qui legem prophetae sui expositione ***No'mâni*** vivificavit etc., titulum ***Tohfet El-Sultân fi menâckib El-No'mân*** dedit. — 13372. **El-Mewâbib El-Samedîyet**, dona sempiterna de hereditatibus ***Safediticis***, auctore Sheikh ***Tacki-ed-dîn Ali Ben Abd-el-kâfi Sobki***, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 13373. **El-Mewâhib El-Alîyet**, dona sublimia. Commentarius ***Hoseini*** Concionatoris sacri in Coranum, de quo in litera ***Tá*** dictum est. — 13374. **El-Mewâhib El-Fat'hîyet**, dona sensum aperientia. Commentarius in librum ***El-Taricat El-Mohammedîyet***, de quo supra mentio facta est. — 13375. **Mewâhib el-kerîm el-fettâh**, dona generosi et portas misericordiae aperientis de eo, quem alii (in precando) praecesserant et qui occupatus est in auxilio ab explicatione petendo, hujusque libri appendix, auctore Sheikh ***Nûr-ed-dîn Ali Ben Abdallah Semhûdi***, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Postea librum in appendice continuavit, cui titulum ***Ikmâl El-Mewâhib*** dedit. Exponere ibi studet quaestionem hanc sibi oblatam. In precatione vespertina ultimas preces, quas Imâmus praeivit, inter posteriores concionis populi repetiit. Jam cum formula ***Tekbîr***, quae stationem corporis erectam et immotam quartae ***Rek'at*** subsequitur, recitaretur, Imâmum hanc ***Rek'at*** absolvisse et ad recitandum canticum

للتشهّد الاخير فجلس فلم يتذكّر الا عند التكبير للركوع فتردّد بين القيام والركوع مع الامام ليسقط عنه القراءة كالساهي عن القعدة اذا رفع رأسه عن السجود فتذكر القعدة عند ركوع الامام وبين قراءة الفاتحة والسعي خلف الامام كمن سهى عن قراءة الفاتحة حتى ركع الامام فلم يترجّح عنده فيه شيء فنوى المفارقة واتمّ الصلوة منفردا وهذه المسئلة بخصوصها ليست منقولة في كلام الاصحاب واوضح الراجح منها في اكمال المواهب

١٣٣٧٦ المواهب اللدنيّة بالمنح المحمديّة في السير في مجلّد للشيخ الامام شهاب الدين ابي العباس احمد بن محمد القسطلاني المصري المتوفى سنة ٩٢٣ وهو كتاب جليل كثير النفع ليس له نظير في بابه رتّب على عشرة مقاصد آ في تشريف الله بسبق نبوته وطهارة نسبه وولادته ورضاعه ومغازيه وسراياه مرتّب على السنين الى وفاته صلعم ب في اسمائه واولاده وازواجه واعمامه وخدمه ج فيما منحه

---

*Teshehhud* ultimum consedisse opinatus est. Consedit igitur etiam, neque prius erroris recordatus est, quam cum *Tekbír*, quae inclinationem *Rukú'* subsequitur, recitaretur. Haesitabat igitur inter stationem (*chiyám*), inter inclinationem *Ruku'* simul cum Imámo faciendam, ita ut pro eo recitatio ex Corano locum non haberet, ut ille facit, qui repetitionem precum praetermittit, cum caput a procumbendo (*sujúd*) rursus attollit, et demum, quando Imámus inclinationem *Ruku'* facit, repetitionem precum recordatur, et inter recitationem *Fátihae* et properam neglectae et ab Imámo anticipatae partis expletionem, ut ille facit, qui recitationem *Fátihae* praetermittit, donec Imámus inclinationem *Ruku'*, fecit. — Nulla via hoc illud ad effectum adducendi apud eum praevaluit. Sibi igitur a coetu discedere proposuit, et precationem *Salát* separatim absolvit. — Haec quaestio, utut peculiaris est, in verbis sociorum prophetae tradita non reperitur, et id, quod in tali dubia conditione facere optimum sit, in *Ikmál El-Mewáhib* exponit. — 13376. El-Mewáhib El-Ladoníyet, dona apud Deum deposita cum muneribus *Mohammedicis*, auctore Sheikh et Imám *Shehâb-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Castaláni Misri*, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuo. Biographia *Mohammedia* volumine comprehensa et pretiosa et magni fructus, quae similem in suo genere non habet et in decem consilia disposita est, quorum primum de gloria, cui Deus *Mohammedem* principatu ejus prophetiae commendavit, de puritate stirpis, natalium, lactus, expeditionum bellicarum et concubinarum agit, et secundum annos usque ad ejus mortem dispositum est — secundum de ejus nominibus, liberis, uxoribus, patruis et famulis — tertium de perfecta exteriore forma a Deo ei

الله تعالى من كمال خلقته وفيه ثلثة فصول د فى معجزاته وخصائصه صلعم ه فى خصائص المعراج و فيما ورد فى آى التنزيل ورفعة ذكره ز فى وجوب محبّته واتباع سنته ح فى طبّه وتعبيره الرؤيا ط فى لطيفة من حقائق عباداته ى فى اتمامه تعالى نعمته عليه بوفاته ونقلته اليه وفيه ثلثة فصول قال وفرغت من تسويده فى شوال سنة ٨٩٨ ومن تبييضه فى شعبان سنة ٨٩٩ يحكى انّ جلال الدين السيوطى كان ينقصه ويزعم انّه يسرق من كتبه ويستمدّ منها وينسب النقل اليها وادّعى عليه بذلك بين يدى شيخ الاسلام زكريّا الانصارى فالتزمه ببيان مدّعاه وقال انّه نقل من البيهقى وله عدّة مؤلّفات فليذكرن انّه ذكره فى اىّ مؤلّفاته لنعلم انّه نقله عنه ولكنه رأى فى مؤلّفاتى ذلك فنقله وكان الواجب عليه ان يقول نقل السيوطى ثم ان الشيخ قصد ازالة ما فى خاطره فمشى من القاهرة الى الروضة وكان السيوطى معتزلًا عن الناس بها

---

donata, et tres sectiones continet — quartum de miraculis supernaturalibus ab eo editis et virtutibus peculiaribus — quintum de ascensu per coeli contignationes ad Deum, quo *Mohammed* praeter ceteros dignus habitus est — sextum de iis, quae in versibus Corani revelatis ad dignitatem ejus sublimem extollendam coelitus demissa sunt — septimum de necessitate, quae nobis officium eum amandi et legis, quam dictis factisque sancivit, observandae imponit — octavum de praeceptis ejus medicis et somniorum interpretatione — nonum de historia bella, qua subtiles rationes elucent, quibus officiis cultus divini satisfecit — decimum, tres sectiones continens, de gratia summa, quam Deus morte ejus et admissione ad se in coelum consummavit. — Auctor: Prima, inquit, libri lineamenta mense Shewwál anni 898 (inc. 23. Oct. 1492), et nitidam descriptionem mense Sha'bán anni 899 (inc. 12. Oct. 1493) absolvi. — *Jelál-ed-dín Soyúti Castalánio*, ut narrant, obtrectare et rumorem differre solebat, illum ex suis libris furatum esse et auxilium petiisse, et quae ille aliunde tradidisset, ad sua opera referebat. Quae cum coram Sheikho el-islám *Zakariyá Ansári* contra *Castaláni* sibi vindicaret, hic *Soyútio* officium imposuit, ut id, quod contra se contenderet, demonstraret, seque ex *Beihackío* sumsisse dixit, sibique esse multa scripta. *Soyúti:* Jam provocandus est, ut ostendat, in quibus scriptis? ut eum certe a *Beihackí* sumsisse cognoscamus. At vero haec in meis scriptis vidit et transscripsit, et officium ejus erat addere: *Tradidit Soyúti.* — Postea Sheikh *Castaláni* efficere sibi proposuit, ut, quae *Soyúti* mente secum agitaret, cessarent. Discessit igitur Cáhira in insulam *Raudha*, in quam *Soyúti* a hominibus recesserat. Appropinquavit ad ejus portam et

فوصل الى بابه ودقّ قال من انت فقال القسطلانى جئت اليك حافيًا ليطيب خاطرك فيقول له قد طاب ولم يفتح له الباب وقد ترجمه المولى الفاضل عبد الباقى الشاعر [الرومى المشهور] احسن ترجمة سمّاه معالم اليقين وتوفى سنة ١٠٠٨ وعلى المواهب حاشية لمولانا نور الدين على القارئ [المكى المشهور المتوفى سنة ١٠١٤ وللعلّامة الشيخ ابراهيم بن الميمونى الشافعى المتوفى سنة ١٠٧٧ ايضا] ١٣٣٧٧ المواهب اللدنيّة على القواعد الشرعيّة لسالكى الطريقة المحمديّة وهو شرح قواعد الشريعة سبق فى القاف ١٣٣٧٨ مواهب المكيّة فى شرح الفرآئض السراجيّة مرّ ١٣٣٧٩ المواهب المكيّة للشيخ زين الدين عمر بن احمد الشماع الحلبى [المتوفى سنة ٩٣٦ وشرح المواهب المولى العلّامة خاتمة المحدثين محمد بن عبد الباقى بن يوسف الزرقانى المصرى المالكى المتوفى سنة ١١٢٢ شرحًا حافلًا فى اربع مجلّدات جمع فيه اكثر الاحاديث المروية فى شمآئل المصطفى صلعم وسيره وصفاته الشريفة جزاه الله خيرًا ورحمه رحمة واسعة وللشيخ ابى الضيآء على الشبرملّسى المتوفى سنة ١٠٨٧ حاشية على المواهب فى خمس مجلّدات

---

pulsavit. — Quis tu? clamanti illi: *Castaláni*, hic respondit. Veni ad te nudipes, ut animus tuus leniatur et placetur. — Ille: Jam lenitus est; eique portam non aperuit. — Molla bene meritus *Abd-el-bácki* Poeta [*Rumí* celeber], anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuus, *El-Mewáhib* egregio modo transtulit, et translationi titulum *Meálim el-yeckín* dedit. — Glossas ad *El-Mewáhib* Molla noster [celeber] *Núr-ed-dín Ali* Corani Lector [*Mekki*, anno 1014 (inc. 9. Mai. 1605) mortuus, itemque Sheikh doctissimus *Ibráhím Ben-elmeimúní* Shafiita, anno 1077 (inc. 24. Jun. 1666) mortuus], scripserunt. — 13377. El-Mewáhib El-Ladoníyet, dona apud Deum deposita. Commentarius ad librum *El-Cawáid El-Sharíyet li sáliki el-taricat El-Mohammedíyet*, de quo supra in litera *Cáf* dictum est. — 13378. El-Mewáhib El-Mekkíyet, dona Mekkana. Commentarius in *El-Feráidh El-Siráhjíyet*, de quibus supra dictum est. — 13379. El-Mewáhib El-Mekkíyet, dona Mekkana, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Omar Ben Ahmed Shemmá' Halebi*, [anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortuo. Molla doctissimus et traditionariorum coronis *Mohammed Ben Abd-el-bácki Ben Yusuf Zercáni Misri* Malikita, anno 1122 (inc. 19. Febr. 1710) mortuus, commentarium copiosum quatuor voluminum in *El-Mewáhib* edidit, in quo plerasque traditiones de egregia prophetae electi indole, moribus et qualitatibus augustis collegit. Deus autem eum omnibus bonis remuneret et misericordia amplissima donet — et Sheikh *Abu Dhiyá-ed-dín Ali Shebramelisi*, anno 1087 (inc. 6. Mart. 1676) mortuus, glossas ad *El-Mewáhib* in quinque voluminibus crassis

ضخام نقلها الامينى فى خلاصة السير ١٣٣٨٠ مواهب المجيب فى نظم ما يختصّ بالحبيب منظومة ارجوزة لفاضل الشام ابى النجاح احمد بن على العدوى الدمشقى المنينى فسح الله عمره ثم شرحه وسمّاه بفتح القريب بشرح مواهب الحبيب يأتى ثلثين كراسة وهذه المنظومة نظم انموزج اللبيب للشيخ السيوطى ١٣٣٨١ مواهب المنّان شرح تحفة الاقران فى فقه الحنفية للشيخ العالم محمد بن عبد الله الخطيب التمرتاشى المتوفى سنة ١٠٠٤ هو شرح على ارجوزته اورد فيها غرآئب المسآئل ونوادرها] ١٣٣٨٢ موائد الجليس فى شعر امرئ القيس لنجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ ١٣٣٨٣ المؤتلف والمختلف مرّ تفصيله فى محلّ المختلف من حرف الميم ١٣٣٨٤ الموثّق فى الانساب للجرجانى النسابة ذكره ابن عبد البرّ فى الاستيعاب ١٣٣٨٥ موجب دار السلام فى صلة الارحام للقاضى جمال الدين محمد بن عبد السلام الناشرى القاضى بزبيد وكان من العلمآء العاملين توفى سنة ٩٠٦

---

conscripsit, unde *Emíní* in *Khilásat el-siyer* sumsit. — 13380. **Mewáhib el-mojíb**, dona vota audientis. Carmen de iis, quae amatum prophetam peculiariter spectant, metro *Rejez* compositum a viro Syriae bene merito *Abu'lnejáh Ahmed Ben Alí Adewi Dimeshcki Menini*, cujus vitam Deus fortuna larga ampliet. Postea commentarium in hoc carmen edidit *Fat'h el-caríb bi sharh Mewáhib el-habíb* inscriptum, qui triginta decem foliorum fasciculos complectitur. Hoc carmen metrica exaratio est libri *Inmúzej el-lebíb* a Sheikh *Soyúti* editi. — 13381. **Mewáhib el-mennán**, dona Dei benignissimi. Commentarius in librum *Tohfet el-acrán* de jure Hanefitarum, auctore Sheikh docto *Mohammed Ben Abdallah El-Khatíb Timurtáshi*, anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) mortuo. Commentarius est in ejus carmen metro *Rejez* compositum, in quo quaestiones singulares et raritate distinctas proposuit]. — 13382. **Mewáid el-jelís**, mensae convivae apparatae de carminibus *Amru'lcaisi*, auctore *Nejm-ed-dín Soleimán Ben Abd-el-cawí Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. 13383. **El-Mutalif we El-Mokhtalif**, nomina inter se congruentia et discrepantia. Vide supra descriptionem ampliorem sub *Mokhtalif* in litera *Mím*. — 13384. **El-Mowattac fí el-ansáb**, liber firmus de genealogiis, in quo fiducia ponenda est, auctore *Jorjání* Genealogo. Commemoratur ab *Ibn Abd-el-berr* in *El-Istiáb*. — 13385. **Mujib dár el-selám**, id quod domum salutis seu Paradisum necessario comparat, de consanguinitate. Scripsit *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-selám Náshiri* judex urbis Zebid, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuus, qui in viris doctis

١٣٣٨٦ موجبات الاحكام فى فروع الحنفيّة للشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة مختصر اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ذكر فيه انه سئل عن رجل رهن عقارًا وحكم فيه بالموجب حاكم حنبلى ثم ان الراهن وقف العقار المرهون وحكم بموجب الوقف ولزومه حاكم حنفى ثم ان الراهن افتك الرهن وباعه وقصد الحاكم الحنبلى ان يحكم بابطال الوقف وجواز البيع بناء على ان مذهبه صحّح تصرف الراهن فى الرهن وقد دخل ذلك تحت حكمه فاجاب بان وقف المرهون صحيح والبيع باطل وليس للحنبلى ان يتعرّض للوقف بالابطال وان فعل لم يعتبر ثم عقد مجلسا واجتمع فيه جماعة وجرى الكلام فى جوابه فألّف فيما حكم بالموجب

١٣٣٨٧ موجبات الرحمة وعزآئم المغفرة لشهاب الدين ابى العباس احمد بن ابى بكر بن محمد الشهير بابن الرداد القرشى الصوفى [التميمى الزبيدى الشافعى المتوفى سنة ٨٢١] وهو مرتّب على احد وعشرين كتابًا فى الفضآئل والاذكار والعبادات فى عمل اليوم والليلة اوله الحمد

---

practicis numeratur. — 13386. **Mujibát el-ahkám**, caussae statutorum obligatoriae de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore Sheikh *Cásim Ben Cotluboghá* Hanefita, anno . . . mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — Auctor ex se de viro quaesitum esse narrat, qui fundum oppignerasset, et judex Hanbalita oppignerationi vim obligatoriam inhaerere sancierat. Tum oppignerans fundum pignori datum in pium usum legavit, quo facto judex Hanefiticus legatum esse ratum et obligatorium statuit. Deinde oppignerans pignus pecunia reddita redemit illudque vendidit, et judex Hanbaliticus eo rem adducere studuit, ut legati sponsio irrita declararetur et venditio licita, caussam interponens, quod sectae suae disciplina oppigneranti liberum arbitrium de pignore vindicaret. — Haec quaestio auctoris judicio subjiciebatur. Reddidit hoc responsum, ut res oppignerata legata rata esset et venditio irrita, nec esset Hanbalitae, ut rem legatam irritam declarare studeret, et si fecisset, sententia esset nullius auctoritatis. — Postea consessu literario instituto multi viri docti convenerunt, et de ejus responso disputatum est. Composuit igitur hunc librum de eo, quod rem legatam obligatoriam esse statuerat. — 13387. **Mujibát el-rahmet**, caussae misericordiam efficientes et adjumenta condonationem adducentia, auctore *Shehâb-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Abi Bekr Ben Mohammed Coreshi Sufi* [*Temími Zebídi* Shafiita], vulgo *Ibn-elreddád* dicto [et anno 821 (inc. 8. Febr. 1418) mortuo]. Opus in viginti unum librum de meritis, de invocationibus et cultus officiis in negotiis diei et noctis observandis dispositum est. Hoc volumen crassum

لله الذى اذا دعى اجاب الخ وهو فى مجلد ضخم [وكتاب حسن جدا] ١٣٣٨٨ موجز الباهر فى الفروع لابن شداد يوسف بن رافع الاسدى الحلبى الشافعى المتوفى سنة ٦٣٢ ١٣٣٨٩ [موجز الذكر لابى محمد معافى بن اسمعيل الموصلى المتوفى سنة ٦٣٠] ١٣٣٩٠ موجز فى شرح مختصر ابى جعفر لجمال الاسلام ابى المظفر اسعد بن محمد الكرابيسى المتوفى سنة ٥٧٠ ١٣٣٩١ موجز فى شرح الوجيز يأتى ١٣٣٩٢ موجز فى الطب لابى النجم بن غالب النصرانى من ملك الناصر صلاح الدين يوسف المتوفى سنة ٥٩٩ وهو يشتمل على علم وعمل ١٣٣٩٣ موجز فى الفروع لحبيب بن عمر الفرغانى الحنفى المتوفى سنة ولابى الحسن على بن الحسين الجوزى الشافعى رتّب على ترتيب المختصر مشتملا على حجاج مع الخصوم اعتراضا وجوابا ذكره السبكى نقلا عن ابن الصلاح ١٣٣٩٤ موجز فى القرآءات لابى محمد مكى بن ابى طالب القيسى المقرى جزءآن توفى سنة ٤٣٧ وللاهوازى وهو لحسن بن على بن ابراهيم الاستاذ

---

[et praestantissimum] ita incipit: Laus Deo, qui, quando invocatur, respondet etc. — 13388. El-Mujiz El-Bábir, compendium illustre de partibus juris derivatis, auctore *Yusuf Ben Ráfi' Asedi Halebi* Shafiita, anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) mortuo. — 13389. [Mujiz el-dzikr, compendium invocationum Dei, auctore *Abu Mohammed Moáfá Ben Ismail Mausili*, anno 630 (inc 18. Oct. 1232) mortuo]. — 13390. El-Mujiz fi sharh Mokhtasar Abi Ja'far, commentarius brevis *Mujiz* inscriptus in compendium *Abu Ja'fari Taháwi*, auctore *Jemál el-islám Abu'lmotzaffer As'ad Ben Mohammed Kerábisi*, anno 570 (inc. 2. Aug. 1174) mortuo. — 13391. El-Mujiz, commentarius brevis *Mujiz* inscriptus in *El-Wejiz*, de quo infra dicetur. — 13392. El-Mujiz fi el-tibb, compendium de medicina, auctore *Abu'lnejm Ben Ghálib* Christiano in servitio *Meliki El-Násir Saláh-ed-dín Yusuf*, anno 599 (inc. 20. Sept. 1202) mortuo. Complectitur theoriam et praxin. — 13393. El-Mujiz fi el-forú', compendium de partibus juris derivatis, auctore *Habib Ben Omar Ferghání* Hanefita, anno . . . mortuo. Librum ejusdem tituli *Abu'lhasan Ali Ben-elhosein Jauzí* Shafiita edidit, et ad dispositionem compendii *Taháwi*ani ita ordinavit, ut altercationem cum adversariis objiciendo et respondendo complecteretur. Laudat librum *Sobki* ex auctoritate *Ibn-elsaláhi*. — 13394. El-Mujiz fi el-ckiráát, compendium de recensionibus coranicis, auctore *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib Caisi* Corani legendi magistro, anno 437 (inc. 19. Jul. 1045) mortuo. Duo fasciculi. — *Hasan Ben Ali Ben Ibráhim* Magister, vulgo *Ahwázi* dictus et anno

المتوفى سنة ٤٤٦ ' ١٣٣٩٥ موجز فى القوافى للشيخ كمال الدين ابى البركات عبد الرحمن بن محمد الانبارى المتوفى سنة ٥٧٧ اوله الحمد لله على ما خفى من نعمه الخ ١٣٣٩٦ موجز فى الكلام ١٣٣٩٧ موجز فى النحو لمحمد بن عبد الله الكرمانى [المعروف بالعدّاق] المتوفى سنة ٣٢٩ ولم يتمّ ولمحمد بن السرى المعروف بابن السراج النحوى المتوفى سنة ٣١٦ ولمحمد ابن احمد المعروف بابن الخياط المتوفى سنة ٣٢٠ ١٣٣٩٨ موجز فى الوقف والابتداء للامام ابى عبد الله محمد السجاوندى ذكره الجعبرى ١٣٣٩٩ موجز القانون فى الطبّ للشيخ الامام العلّامة علاء الدين على بن ابى الحزم القرشى المعروف بابن النفيس المتوفى سنة ٦٨٧ ورتّب على اربعة فنون آ فى قواعد جزئى الطبّ علميّة وعمليّة بقول كلّى ب فى الادوية والاغذية المفردة والمركّبة ج فى الامراض المختصّة بعضو عضو د فى الامراض التى لا تختصّ بعضو دون عضو واسبابها وعلاماتها ومعالجاتها والتزم فيه مراعاة المشهور فى امر المعالجات والاغذية ومن

446 (inc. 12. Apr. 1054) mortuus, librum ejusdem tituli edidit. — 13395. El-Mujiz fi el-cawáfi, *compendium de homoeoteleutis, auctore* Sheikh *Kemál-ed-dín Abu'l-berekát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári*, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. Incipit ita: Laus Deo pro beneficiis, quae clam confert etc. — 13396. El-Mujiz fi el-kelám, compendium de metaphysica. — 13397. El-Mujiz fi el-nahw, compendium de grammatica, auctore *Mohammed Ben Abdallah Kermáni*, [vulgo *Addác* dicto et] anno 329 (inc. 6. Oct. 940) mortuo. Non ad finem perductum est. — Compendia similia ediderunt *Mohammed Ben-elserí* Grammaticus, vulgo *Ibn-elserráj* dictus et anno 316 (inc. 25. Febr. 928) mortuus, et *Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *Ibn-elkhayyát* dictus et anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuus. — 13398. El-Mujiz fi el-wacf we el-ibtidá, compendium de pausa in recitando Corano facienda et recitatione denuo incipienda, auctore Imám *Abu Abdallah Mohammed Sejáwendi*. — Commemoratur a *Ja'beri*. — 13399. Mujiz el-cánún, epitome libri *Cánún* de medicina, auctore Sheikh et Imám doctissimo *Alá-ed-dín Ali Ben Abi'lhazm Coreshi*, vulgo *Ibn-elnefís* dicto et anno 687 (inc. 6. Febr. 1288) mortuo. In quatuor ramos distributa est, quorum primus de duabus medicinae partibus agit, theoretica scilicet et practica, generatim et universe, secundus de remediis et cibis simplicibus et compositis, tertius de morbis singulis membris propriis, quartus de morbis, qui membrum peculiare non tangunt, ut alia membra non tanguntur, eorum caussis, signis et rationibus eos curandi. Praeterea legem sibi imposuit ea hic observare, quae in rebus ad medelam et cibum pertinentibus maxime in usu sunt, et

قوانين الاستفراغات وغيرها وهو كتاب معتبر مفيد وخير ما صنّف من المختصرات والمطوّلات اذ هو موجز فى الصور لكنه كامل فى الصناعة منهاج الدراية حاو للذخائر النفيسة شامل للقوانين الكلّيّة والقواعد الجزئيّة جامع لأصول المسآئل العلميّة والعمليّة شرحه جمال الدين محمد بن محمد الاقسرائى وسمّاه حلّ الموجز وتوفى سنة والنفيسى وهو معتبر لانه اجود شروحه وهو الشيخ الامام النفيسى بن عوض الكرمانى قال فى آخره تمّ التأليف فى غرّة ذى الحجة سنة احدى واربعين وثمانمائة ببلدة سمرقند وقد كنت امليت الحواشى على كثير من مواضع الكتاب بكرمان وعليه حاشية لغرس الدين احمد بن ابراهيم الحلبى المتوفى سنة ٩٧١ وشرحه الشيخ ابو اسحق ابراهيم بن محمد الحكيم السويدى [الطبيب] المتوفى سنة ٦٩٠ ونقله مصلح الدين بن شعبان المعروف بسرورى الى التركى وتوفى سنة ٩٦٩ والشيخ شهاب الدين بن محمد الايجى البلبلى المتوفى سنة شرحه شرحًا مفيدًا اوله الحمد لله على نوالهٖ الخ وهو شرح ممزوج [ذكر انه شرحه مع ابحاث شريفة ونكات لطيفة لا بدّ للطبيب من معرفتها

---

praecepta de evacuationibus aliisque rebus afferre. — Liber magnae auctoritatis est, adnotationibus utilibus refertus et optimus, qui inter compendia et libros longiores compositus sit, cum brevitate formularum medicarum excellat, attamen arte sua perfectus sit, via plana ad scientiam ducens, thesauros pretiosos continens, regulas universales et praecepta particularia complectens, et principia quaestionum theoreticarum et practicarum conjungens. — Commentarios in hanc epitomen composuerunt *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Acserâyi*, anno . . . mortuus, cujus commentarius *Hall El-Mujiz* inscriptus est — Sheikh et Imám *Nefísi Ben I'wedh Kermáni*, cujus commentarius magna auctoritate gaudet, nam commentariorum praestantissimus est. Ad finem haec habet: Compositio absoluta est initio mensis Dzu'lhijjet anni 841 (inc. 5. Jul. 1437) in urbe Samarcand. Glossas ad multos libri locos in urbe Kermán dictaveram. — In hunc commentarium *Ghars-ed-dín Ahmed Ben Ibráhím Halebi*, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus, glossas edidit — Sheikh *Abu Is'hac Ibráhím Ben Mohammed Hakím Suweidi* [Medicus], anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuus et *Moslih-ed-dín Ben Sha'bán*, vulgo *Sorúri* dictus et anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus, translationem turcicam edidit. — Porro Sheikh *Shehâb-ed-dín Ben Mohammed Ijí Bolboli*, anno . . . mortuus, commentarium edidit adnotationibus utilibus plenum, qui ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficentia etc., et textum admixtum habet. — [Huic commentario disquisitiones se excellentes et acute dicta elegantia inseruisse narrat, quorum cognitio medico omnino necessaria esset, et in eo tantum

وانه جمع عنده ما لم يجتمع عند احد من طلاب هذه الصناعة معنونا باسم السلطان شاه محمود المظفري] ومن شروحه شرح السديدي الكازروني جمع فيه من القانون وشروحه ومن شروحه المنجز وهو شرح مبسوط في مجلدين لرئيس الاطباء محمود بن احمد الامشاطي الحنفي ولد سنة ٨١٠ اوله الحمد لله الحكيم الذي اخترع من موجز لطائفه الخ ذكر فيه انه اراد ان يذلل صعابه وان يضمه الى كتابه المسمى بتأسيس الصحة بشرح اللمحة ثم صار مأمورا من قبل قاضي القضاة للحنفية بمصر وترجمة الموجز بالتركي لاحمد بن كمال الطبيب بدار الشفاء بادرنه ترجمه لسليمان باشا من وزراء السلطان سليمان في عصر سنان رئيس الاطباء ومن شروح الموجز المغني اوله الحمد لله الذي ابدع بقدرته جواهر عقلية الخ وهو شرح ممزوج ذكر فيه شرح القطب الشيرازي للقانون ١٣٤٠٠ موجز الكبير في المنطق للشيخ الرئيس ابي علي حسين بن عبد الله المعروف بابن سينا وله الموجز الصغير فيه ايضا توفي سنة ٤٢٨ ١٣٤٠١ موجز فيه ايضا لافضل الدين محمد بن باباور الخونجي المصري المقتول سنة ٦٤٦ وهو

---

collegisse, quantum vix apud ullum hujus doctrinae studiosum collectum reperiretur; in fronte libri autem se nomen Sultân Shâhi *Mahmûd Motzafferi* posuisse] — deinde *Seddi Kâzerûni*, qui in commentario suo ex *Cânûn* ejusque commentariis congessit. — Commentarius *El-Munjiz* inscriptus, qui amplus est et duo volumina continet, principem medicorum *Mahmûd Ben Ahmed Amshâti* Hanefitam, anno 810 (inc. 8. Jun. 1407) natum, auctorem habet, et ita incipit: Laus Deo sapienti, qui ex promtuario beneficiorum suorum egregiorum primus procreavit etc. Narrat auctor, se difficultates libri *Mujiz* explanare et commentario suo in *El-Lamhat*, *Tasis el-sihhat* inscripto, addere voluisse, deinde vero se a supremo judice Hanefitarum in Aegypto mandatum accepisse, (ut hunc commentarium separatim ederet). — *Ahmed Ben Kemâl* medicus ad nosocomium Adrianopolitanum *Soleimânpashae*, uni Wezirorum Sultani *Soleimân*, et aequalis *Sinân*i medicorum principis *El-Mujiz* in linguam turcicam transtulit. — Denique in commentariis in *El-Mujiz* laudatur *El-Moghni*, qui ita incipit: Laus Deo, qui potentia sua substantias spirituales primus procreavit etc., et textum admixtum habet. In eo commentarius *Cotb-ed-din*i *Shirâzi* in *El-Cânûn* laudatur. — 13400. **El-Mujiz El-Kebír**, compendium majus de logica, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah*, vulgo *Ibn Sínâ* dicto et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. Idem compendium minus de eadem doctrina edidit. — 13401. **El-Mujiz fíhi**, compendium simile de logica, auctore *Afdhal-ed-din Mohammed Ben Bâbâwer Khuneji Misri*, anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuo. Potiora e logica in hoc

مختصر لخصه لبعض اخوانه ورتبه على فصول املأ عليه سيف الدين عيسى بن داود المنطقى شرحًا وتوفى سنة ٧٠٥ ١٣٤٠٢ موجز المفيد فى الحساب اربع مقالات لابن ابى الاصبع ١٣٤٠٣ مورد الروى فى المولد النبوى لعلى القارى ١٣٤٠٤ مورد الصادى فى مولد الهادى فى كراسة لشمس الدين محمد بن ناصر الدين الدمشقى المتوفى سنة ٨٤٢ ١٣٤٠٥ مورد الطالب الظمى لمرويات الحافظ برهان الدين سبط ابن العجمى لابى القاسم جار الله نجم الدين محمد بن فهد المكى المتوفى سنة ١٣٤٠٦ مورد الظمآن الى حوض محمد سيد ولد عدنان مختصر لابن طولون الشامى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى سقى محبيه من حياض معرفته الخ ١٣٤٠٧ مورد العذب الرائق ١٣٤٠٨ مورد العذب الزلال فى الرد على ائمة التثليث والضلال للشيخ محمد بن الادمى الجوهرى اوله الحمد لله الذى رضى له الاسلام دينًا الخ جمع فيه اقوال اهل الاسلام ولم يسلك مسلك البرهان ١٣٤٠٩ مورد العذب

---

compendio amico cuidam elegit et in sectiones distribuit. — *Seif-ed-dín Isa Ben Dawud Mantiki* (Logicus), anno 705 (inc. 24. Jul. 1305) mortuus, in illud commentarium dictavit. — 13402. El-Mujiz El-Mofíd, compendium utile de arithmetica. Quatuor libri, auctore *Ibn Abi'lasba'*. — 13403. El-Maurid El-Rewi, aquatio sitim explens de natalibus prophetae, auctore *Ali* Corani Lectore. — 13404. Maurid el-sádi, aquatio sitientis de natalibus *Hádi*. Quinio plagularum, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Násir-ed-dín Dimeshki*, anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuo. — 13405. Maurid el-tálib el-tzami, aquatio ejus, qui sitiens res traditas Háfitzi *Borhán-ed-dín Sibt Ibn-elajemi* quaerit, auctore *Abu'lcásim Járallah Nejm-ed-dín Mohammed Ben Fahd Mekki*, anno . . . mortuo. — 13406. Maurid el-tzamán, via sitientis ad cisternam *Mohammedis* domini filiorum *Adnán*, (ex qua fideles ante introitum in Paradisum bibere debent), auctore *Ibn Tulún Shámi*, anno . . . mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui amatis suis ex cisternis cognitionis suae propinat etc. — 13407. El-Maurid El-Adzb El-Ráic, aquatio dulcis et purae aquae. — 13408. El-Maurid El-Adzb El-Zolál, aquatio aquae dulcis frigidae, auctore Sheikh *Mohammed Ben-eladami Jauheri*. Refutatio asseclarum trinitatis et falsae doctrinae, quae ita incipit: Laus Deo, qui sibi *Islám* religionem elegit etc. Collegit ibi dicta asseclarum religionis Mohammedanae, attamen viam argumentationis non ingressus est. — 13409. El-Maurid El-Adzb El-Hení,

النّهى فى الكلام على سيرة عبد الغنى ١٣٤١٠ مورد اللطافة فيمن ولى السلطنة والخلافة فى مجلّد للامير جمال الدين ابى المحاسن يوسف ابن تغرى بردى الظاهرى مورّخ مصر المتوفى سنة ٨٧٤ اقتصر فيه على ذكر الخلفآء والسلاطين من غير مزيد واستفتح بذكر مولد سيّدنا محمّد عليه الصلوة والسلام ووفاته ثم ابتدأ من الخلفآء الراشدين الى خليفة وقته القآئم بامر الله حمزة ثم ذكر العبيديين ثم ذكر ملوك مصر من اول الايّوبيّة الى الدولة الاينالية ثم الحق بعضهمْ الى فاتح مصر من العثمانيّة ١٣٤١١ موزون الميزان تائيّة فى نظم ايساغوجى للشيخ الفاضل ابراهيم بن حسام الدين الكرميانى المتوفى سنة ١٠١٦ اولها

بحمد الفيّاض الجواد وتحيّة

ثم شرحها اوله الحمد لله الذى كرم نوع الانسان الخ [واتمّ شرحه فى سنة ١٠٠٩]

١٣٤١٢ علم الموسيقى

قال صاحب الفتحيّة الموسيقى علم رياضىّ يبحث فيه عن احوال النغم من حيث

---

aquatio dulcis et salubris. Disputatio ad biographiam *Abd-el-ghani*. — 13410. **Maurid el-letáfet**, aquatio elegantiae de iis, qui Sultanatui et Khalifatui praeerant. Volumen, auctore Emír *Jemál-ed-dín Abu'lmehásin Yusuf Ibn Taghrí Berdí Tzáhiri* Aegypti Historiographo, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuo. Acquievit ibi in commemorandis Khalifis et Sultanis sine ullo additamento citeriore. Ab initio natales et mortem domini nostri *Mohammed*, super quo precatio et salus sit, describit; tum a Khalifis legitimis usque ad Khalifam *Cáim bi amrallah Hamza* sui temporis pergit, deinde *Obeidi*tas, et post hos principes Aegypti a primo *Eyyúbi*darum usque ad dynastiam *Ináliyet* commemorat. — Vir quidam postea historiam usque ad expugnatorem Aegypti e dynastia Othmanica continuavit. — 13411. **Mauzún el-mízán**, logica rhythmice librata, auctore Sheikh bene merito *Ibráhím Ben Hosám-ed-dín Kermiyáni*, anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuo. Metrica Isagogae exaratio in *Tá* desinens, quae ita incipit:

A laude Dei liberalissimi et benefici et benedictione.

Deinde commentarium, [quem anno 1009 (inc. 3. Jul. 1600) absolvit], in hoc carmen edidit ita incipientem: Laus Deo, qui genus humanum nobilitavit etc. —

13412. **Ilm el-musícki.** Musica.

Auctor tractatus *Fat'hiyet:* Musica, inquit, doctrina mathematica est, in qua de iis, quae sonos musicos spectant ratione eorum consonantiae et dissonantiae et de iis

الاتّفاق والتنافر واحوال الازمنة المتخلّلة بين النقرات من حيث الوزن وعدمه لتحصل معرفة كيفيّة تأليف اللحن هذا ما قال الشيخ فى شفائه الّا ان لفظه بين النقرات زيد على كلامه وعبارته بينها اى النغم الحاصلة من النقرات ليعمّ البحث على الازمنة التى تكون نقراتها منغمة او سادجة وكلامه يشعر بكون البحث عن الازمنة التى تكون نقراتها منغمة فقط وعرّفها الشيخ ابو نصر بانها صوت واحد لابث زمانًا ذا قدر محسوس فى الجسم الذى فيه يوجد والزمان قد يكون غير محسوس القدر لصغره فلا مدخل للبحث والصوت اللابث فيه لا يسمّى نغمة والقوم قدروا اقلّ المرتبة المحسوسة فى زمان يقع بين حرفين متحرّكين ملفوظين على سبيل الاعتدال فظهر لنا انه يشتمل على بحثين البحث عن احوال النغم والبحث عن الازمنة فالاول يسمّى علم التأليف والثانى الايقاع والغاية والغرض حصول كيفيّة تأليف الالحان وهو فى عرفهم جماعة نغم مختلفة فى الحدّة والثقل رتّبت ترتيبًا ملايمًا وقد يقال وقرنت بها الفاظ

---

agitur, quae temporis momenta inter pulsationes evanescentia spectant ratione habita rhythmi observandi et non observandi, ut inde cognitio rationis melodiae comparetur. — Haec sunt eadem, quae Sheikh in suo *Shefá* dicit, praeterquam quod voces *inter pulsationes* ad ejus orationem additae sunt et dictio *beinahá* „inter eos" significat inter sonos musicos ex pulsationibus productos, ut disquisitio simul rhythmos complectatur, quorum pulsationes sono consociatae aut purae sunt, dum illius verba hoc volunt, ut de rhythmis disquiratur, quorum pulsationes sono tantum consociatae sunt. — Sheikh *Abu Nasr* hanc musicae definitionem proponit. Sonus musicus est sonus unus per tempus aliquod durans, cujus spatium in corpore percipitur, in quo exstat, interdum autem temporis quantitas propter nimiam brevitatem minime sentitur. Hanc ob caussam nullus est ejus disquisitioni locus, et sonus per hoc breve tempus durans sonus musicus non nominatur. Viri hujus disciplinae periti minimam partem gradus pro tempore sensibilis eam determinant, quae inter duas literas vocali notatas et proportioni aequali convenienter enunciatas cadit. Itaque nobis doctrina duas quaestiones comprehendere videtur, quaestionem de iis, quae ad sonos musicos pertinent, et quaestionem de rhythmis. Prima doctrina compositionis appellatur, secunda doctrina rhythmi seu tactus numeris adstricti. Summus finis autem et consilium in discenda ratione compositionis melodiarum seu modorum musicorum cernitur. Haec quaestio secundum eorum dictionem usu receptam systema est sonorum musicorum acumine et gravitate diversorum, qui secundum ordinem convenientem dispositi sunt. Jam : .

دالّة على معان محرّكة للنفس تحريكًا ملذًّا وعلى هذا ما يترنّم به الخطباء والقرّاء يكون لحنًا بخلاف التعريف الثالث وهو وقرنت بها الفاظ منظومة مطروفة لازمنة موزونة فالاول اعمّ من الثاني والثالث وبين الثاني والثالث عموم من وجه اتّفق الجمهور على انّ واضع هذا الفنّ اولا فيثاغورس من تلاميذ سليمان عليه السلام ورأى فى المنام ثلث ايام متوالية ان شخصا يقول قم واذهب الى ساحل البحر الفلانى وحصّل علمًا غريبًا فذهب من غد كلّ من الليالى اليه فلم ير احدا فيه علم انّها ليست ممّا يوجد حرفة فتفكّر وكان هناك جمع من الحدّادين يضربون المطارق على التناسب فتأمّل ثم رجع وقصد انواع مناسبات بين الاصوات ولما حصل له ما قصد بتفكّر كثير وفيض صنع آلة وشدّ عليها ابريسمًا وانشد شعرًا فى التوحيد وترغيب الخلق على الامور الآخرة فاعرض بذلك كثيرا من الخلائق على الدنيا وصارت تلك الآلة معزّزة بين الحكماء وبعد مدّة قليلة صار حكيما محقّقا بالغًا فى الرياضة بصفاء جوهره واصلا الى مأوى

---

Et cum iis, addunt, verba sententias indicantia conjunguntur, quae animum motibus voluptatem creantibus agitant, et ea conditione species, ad quam praedicatores et Corani lectores modulantur, melodia est definitioni tertiae contraria, quae haec continet: et conjunguntur cum sonis verba metrice composita, ad temporis spatia bene locata et rhythmice librata. Prima igitur definitio generalior est secunda et tertia, et secunda et tertia quiddam inter se commune habent. — Consentiunt omnes, primum hujus doctrinae auctorem fuisse Pythagoram Salomonis discipulum. Hic tribus diebus continuis per somnium virum quendam dicentem audivit: Surge et ad litus maris cujusdam abi, ubi doctrinam *singularem* deprehendes. A crastino igitur die inde singulis noctibus ad mare illud processit, at neminem ibi vidit. Cognovit jam, noctes nihil suppeditare, quo ars quaedam comparetur. Meditatus igitur est. Ibi autem multitudo fabrorum ferrariorum erat, qui certa ratione mutua malleis tundebant. Qua re mente agitata rediit et diversos modos proportionum mutuarum inter sonos exploravit, et cum, quae cogitatione multa et gratia divina explorare studuerat, ei clare paterent, instrumentum fabricavit, ad quod filum sericum applicuit, et carmen de doctrina unius Dei et animis hominum ad res futurae vitae convertendis et incitandis cecinit, qua re multos hominum a rebus terrestribus avertit. Illud instrumentum autem multum honorem inter homines sapientes consecutum est, et Pythagoras ipse post breve tempus vir sapiens exstitit subtilissimus et puritate substantiae suae in rebus mathematicis perfectus, et ad sedem commorationis spirituum et coelorum amplitudinem pervenit.

الارواح وسعة السموات وكان يقول انى اسمع نغمات شهيّة والحانات بهيّة من المحركات الفلكيّة وتمكّنت تلك النغمات فى خيالى وضميرى فوضع قواعد هذا العلم واضاف بعده الحكماء مخترعاتهم الى ما وضعه الى انّه انتهت النوبة الى ارسطاطاليس فتفكّر ارسطو فوضع الارغنون وهو آلة لليونانيّين تعمل من ثلثة زقاق كبار من جلود الجواميس يضمّ بعضها الى بعض وركّب على رأس الزقّ الاوسط زقّ كبير آخر ثم يركّب على هذه الزقاق انابيب لها ثقب على نسب معلومة يخرج منها اصوات لذيذة مطربة على حسب استعمال المستعمل وكان غرضهم من استخراج قواعد هذا الفنّ تأنيس الارواح والنفوس الناطقة الى عالم القدس لا مجرّد اللهو والطرب فانّ النفس قد يظهر فيها باستماع واسطة حسن التأليف وتناسب النغمات بسط فتذكر صاحبة النفوس العالية ومجاورة العالم العلوى وتسمع نداء ارجعى ايّها النفس الغريقة فى الاجسام المظلمة فى فجور الطبع الى العقول الروحانية والذخائر النورانيّة والاماكن القدسانيّة فى مقعد صدق عند مليك مقتدر [ومن رجال هذا الفنّ صاحب الادوار عبد المؤمن

Audio sonos musicos, dicere solebat, desiderii voluptatem excitantes et melodias venustas ex motibus corporum coelestium prodeuntes. Hi toni musici phantasia mea et mente firme continebantur. Quo factum est, ut leges primarias hujus doctrinae primus constitueret, et post eum philosophi novas regulas ad id, quod ille constituerat, addiderunt, donec ordo per vices ad Aristotelem perveniebat. Hic quoque re mente agitata organon i. e. instrumentum musicum pneumaticum primus construxit. Quod instrumentum Graecis veteribus usitatum est et tribus utribus ex pellibus magnis bubulinis constructum. Hos inter se conjunxit, et ad summum utrem medium utrem seu follem majorem alium accommodavit. Deinde utribus illis fistulas seu tubulas foraminibus instructas ad certam proportionem inseruit, ex quibus soni suaves et animum exhilarantes ad regulam usus eliciuntur, quem instrumenti musici peritus habet.

Id autem, quod in enucleandis praeceptis fundamentalibus hujus doctrinae spectabant, in spiritibus et animis ratione praeditis ad summam sanctitatem informandis cernitur, non unice in ludo ludendo et laetitia percipienda. In anima enim audienda intercedente compositione egregia et harmonia sonorum musicorum mutua serenitas et delectatio cordis nascitur, ut talis anima, quae spiritu alto summa petit et mundi superioris vicinitate gaudet, excitetur et vocem auscultet: Redi o anima in corporibus atra naturae licentia offuscatis seclusa ad intelligentias spiritales, thesauros luminosos et domicilia sancta, ubi sedes est veritatis apud regem omnipotentem. — [Inter viros hujus doctrinae peritos commemoratur princeps periodorum musicarum *Abd-el-*

له شرفية وخواجه عبد القادر ابن غيبى الحافظ المراغي له كتب فيه]

١٣٤١٣ موشح فى اسماء الشعراء لابى عمر محمد بن عبد الواحد المعروف بغلام ثعلب المتوفى سنة ٣٤٥ ١٣٤١٤ موشح فى شرح الكافية الحاجبية مر ١٣٤١٥ موشحات النبوية لابى العباس احمد بن محمد المعروف بابن عطار الدنيسرى المتوفى سنة ٧٩٤ ١٣٤١٦ موشحة فى النحو للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكره فى فهرس مؤلفاته ١٣٤١٧ موصل الطلاب الى قواعد الاعراب مر فى الالف ١٣٤١٨ موصل فى شرح المفصل مر ١٣٤١٩ موضح الاوقات فى معرفة المقنطرات رسالة لمحمد بن كاتب سنان وهو على خمسة وعشرين بابا اوله الحمد لله الذى توحد بادارة الافلاك الدوارة الخ الفه للسلطان بايزيد خان ذكر انه اورد فيها اقرب الوجوه واسهلها ١٣٤٢٠ موضح السبيل فى الفروع ١٣٤٢١ موضح الطريق

*mumia*, qui auctor tractatus *Shercfiyet* est, et *Khoja Abd-el-cádir Ibn Ghaibi Merághi* El-Háfitz, qui plura scripta de musica edidit]. —

13413. El-Mowashshah, liber balteo ornatus de nominibus poetarum, auctore *Abu Omar Mohammed Ben Abd-el-wáhid*, vulgo *Ghalám Tha'leb* dicto et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuo. — 13414. El-Mowashshah, liber balteo ornatus. Commentarius in grammaticam *Káfiya* ab *Ibn-elhájib* editam, de qua supra dictum est. — 13415. El-Mowashshahát El-Nebewíyet, carmina *Mowashshahát* dicta et prophetam laudantia, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Doneíseri*, vulgo *Ibn Attár* dicto et anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. — 13416. El-Mowashshahat fi el-nahw, dissertatio balteo ornata de grammatica, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Commemorat eam in indice scriptorum suorum. — 13417. Mowassil el-tolláb, commentarius, qui studiosos ad librum *Cawáid el-i'ráb* ducit. Vide supra in litera *Elif*. — 13418. El-Mowassal fi sharh El-Mofassal, liber bene conjunctus. Commentarius in librum *Mofassal*, de quo supra mentio facta est. — 13419. Mudhih el-aucát, liber tempora clara indicans de cognitione circulorum altitudinis ad horizontem parallelorum, auctore *Mohammed Ben Kátib Sinán*. Tractatus in viginti quinque capita dispositus, qui ita incipit: Laus Deo, qui solus et unicus sphaeras in gyrum actas circumvertit etc. — Auctor eum Sultano *Báyezid Khán* composuit, et dicit, se hic rationes ad intelligendum promtissimas et facillimas proposuisse. — 13420. Mudhih el-sebíl, liber viam illustrans de partibus juris derivatis. — 13421. Mudhih

في شرح الاسماء الحسنى سبق ١٣٤٢٢ موضح في التفسير ثلث مجلدات باللسان الاصفهاني
لابي القاسم اسمعيل بن محمد الاصفهاني الامام قوام السنة المتوفى سنة ٥٣٥ ١٣٤٢٣ موضح
في شرح المقامات مرّ ١٣٤٢٤ موضح في العروض لعبيد الله بن محمد الاسدي المتوفى سنة
٣٨٧ ١٣٤٢٥ موضح في العشرة لابن رضوان ذكره الجعبري في الشواذ ١٣٤٢٦ موضح في
الفتح والامالة لابي عمرو عثمان بن سعيد الداني [المقرئ المتوفى سنة ٤٤٤] ١٣٤٢٧ موضح
في الفروع لابي نصر القشيري الشافعي ١٣٤٢٨ موضح في القراآت العشر لابي منصور محمد بن
عبد الملك بن خيرون البغدادي [الدباس] المتوفى سنة ٥٣٩ وللامام ابي عبد الله نصر بن علي
ابن محمد الشيرازي [اتمه في سنة ٥٦٢ قلت لكن ابن الجزري ذكر في طبقات القرّاء الاول مفتاح
في القراآت العشر والثاني موضح في القراآت الثمان انتهى] ١٣٤٢٩ موضح في معاني القرآن

**el-taric**, liber viam clare monstrans. Commentarius in librum ***El-Asmá El-Hosna***, cujus supra mentio facta est. — 13422. **El-Mudhih fi el-tefsir**, liber clare exponens. Commentarius trium voluminum in Coranum dialecto *Isfahanica* compositus, auctore Imám *Chiwám-elsunnet Abu'lcásim Ismail Ben Mohammed Isfahání*, anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuo. — 13423. **El-Mudhih fi sharh El-Mecámát**, liber clare exponens. Commentarius in *El-Mecámát*, de quo supra dictum est. — 13424. **El-Mudhih fi el-arúdh**, liber clare exponens de arte metrica, auctore *Obeidallah Ben Mohammed Asedi*, anno 387 (inc. 14. Jan. 997) mortuo. — 13425. **El-Mudhih fi el-asharet**, liber clare exponens de recensionibus lectorum Corani decem, auctore *Ibn Ridhwán*. Commemoratur a *Ja'beri* in *Kitáb el-shewádzdz*. — 13426. **El-Mudhih fi el-fat'h we el-imálet**, liber clare exponens de vocali *Fat'ha* et enunciatione, qua ad vocalem *Kesre* declinat, auctore *Abu Amru Othmán Ben Saíd Dáni* [Corani legendi magistro, anno 444 (inc. 3. Mai. 1052) mortuo]. — 13427. **El-Mudhih fi el-forú'**, liber clare exponens de partibus juris derivatis, auctore *Abu Nasr Cosheiri* Shafiita. — 13428. **El-Mudhih fi el-ckiráát el-ashr**, liber clare exponens de decem Corani recensionibus. Scripserunt *Abu Mansúr Mohammed Ben Abd-el-melik Ben Kheirún Baghdádi* [*Debbás*], anno 539 (inc. 4. Jul. 1144) mortuus, et Imám *Abu Abdallah Nasr Ben Ali Ben Mohammed Shirázi*, [qui anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) absolvit. — Attamen, inquam, *Ibn-eljezeri* in *Tabacát el-corrá* narrat, primum librum titulum *Miftáh* i. e. Clavis de decem Corani recensionibus prae se ferre, et secundum *El-Mudhih fi el-ckiráát el-themán* i. e. Liber clare exponens de octo Corani recensionibus, inscriptum esse. — Haec ille]. — 13429. **El-Mudhih fi meáni El-Cor'an**, liber clare exponens de sententiis Corani,

لابى بكر محمد بن حسن المعروف بالنقاش الموصلى المتوفى سنة [٣٥١] ١٣٤٣٠ موضح فى النحو لابى بكر محمد بن قاسم الانبارى النحوى المتوفى سنة ٣٢٨ ولابى بكر محمد بن حسن الزبيدى المتوفى تقريبًا سنة ٣٨٠ ولعلى بن ابراهيم الحوفى المتوفى سنة ٤٣٠ ١٣٤٣١ موضح من شروح اصول البزدوى ١٣٤٣٢ موضحة الاشتباه فى ادوية الباه لابن الرقيقة المذكور فى الغرض المطلوب ١٣٤٣٣ موضحة لابى على محمد بن الحسن [الحاتمى] الكاتب اللغوى البغدادى المتوفى سنة ٣٨٨ وهى رسالة جمع فيها ما جرى بينه وبين المتنبى واظهر سرقاته وعيوب شعره فى اثنى عشر كراسة ١٣٤٣٤ موضوعات العلوم الّف فيها جماعة منهم الامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ اورد فيه ستين علمًا وسمّاه حدآئق الانوار فى حقآئق الاسرار والمولى جلال الدين محمد بن اسعد الصديقى الدوانى المتوفى سنة ٩٠٨ الّف كتابًا اورد فيه عشرة من العلوم وسمّاه انموزجًا والشيخ عبد الرحمن بن محمد البسطامى الّف ايضا وذكر فى فوآئحه طرفًا من العلوم واورد فيها غرآئب وعجآئب لم تسمعها آذان الزمان

---

*Misri* Hanefita], anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, *El-Mohimmát* secundum capita juris distribuit, et Sheikh *Siráj-ed-dín Omar Ben Raslán Bolckeini*, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuus, glossas edidit *Ma'rifet el-molimmát bi radd El-Mohimmát* inscriptas. *Abu Zor'a Akmed Ben Abd-el-rehím Irácki*, anno 826 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus, eum adjectis *Bolckeini*i glossis in epitomen contraxit. Pariter eum in epitomen coegerunt *Ahmed Ben Musa*, vulgo *Ibn-elwekíl* dictus et anno 791 (inc. 31. Dec. 1388) mortuus — Sheikh *Sheref Ben Othmán Ghazzi*, anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) mortuus, cujus epitome *Medínet el-ilm* inscripta est — Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed* [*Ben Abdallah*] *Sarkhadi*, anno 792 (inc. 20. Dec. 1389) mortuus — et Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Ghazzi*, anno 822 (inc. 28. Jan. 1419) mortuus. — *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Mohammed Hisni* Shafiita, anno 829 (inc. 13. Nov. 1425) mortuus, epitomen meliora continentem et *Telkhís El-Mohimmát* inscriptam confecit, et Cádhi *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Ahmed Ben Shohbeh Dimeshcki*, [anno 851 (inc. 19. Mart. 1447) mortuus], adnotationes acutas ad *El-Mohimmát* scripsit, itemque Sheikh *Siráj-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Mohammed Yemeni*, vulgo *Conni* dictus et anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuus, librum *Mohimmát El-Mohimmát*, in quo *El-Mohimmát* egregio modo in brevius contraxit. Acquiescit ibi in iis, quae peculiariter *El-Raudhat* spectant, simul additis disputationibus cum *Esnewi* habitis et multis supplementis. Praeterea ibi reprehensiones leguntur, quae ad

كثير وفيه التبكيتات الواردات على مواضع من المهمّات ١٣٤٧٥ مهمّات في حفظ الصحّة والمعالجات تركى مختصر اوله الحمد لمن ابدع الاعراض والجواهر الخ ١٣٤٧٦ مهمّات في العبادات للبرغموى ١٣٤٧٧ مهمّات في فروع الحنفيّة جمعها المولى شمس الدين احمد بن سليمان المعروف بابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ وقد عدّه المولى بركلى من جملة الواهيات المتداولات ١٣٤٧٨ مهمّات القضاة في الصكوك لحمزة القره حصارى على مقدّمة وعشرة ابواب وخاتمة اوله الحمد لمن شرف العلماء بخدمة الشريعة الخ ١٣٤٧٩ مهمّات الواصلين مختصر على فصول في احوال الطريقة ١٣٤٨٠ [المهملات في كتاب الكلّيات مرّ في كلّيات القانون] ١٣٤٨١ مهيج الغرام الى البلد الحرام للشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادي المتوفى سنة ٨١٧ ١٣٤٨٢ [مهيع السالك للوصول للشيخ عبد العزيز بن عبد الواحد المغربى المدنى المالكى المتوفى سنة ٩٦٤ هو منظومة في اصول الدين] ١٣٤٨٣ ميامن الاكتساب في قواعد

---

locos libri *Mohimmát* prolatae sunt. — 13475. **El-Mohimmát fi hiftz el-sihhat we el-moálejját**, quaestiones gravissimae de conservanda sanitate et morborum remediis. Compendium turcicum, quod ita incipit: Laus Deo, qui accidentias et essentias primus produxit etc. — 13476. **El-Mohimmát fi el-i'bádát**, quaestiones gravissimae de cultus officiis, auctore *Berghamewi*. — 13477. **El-Mohimmát fi forú' el-hanefíyet**, quaestiones gravissimae de partibus juris Hanefitici derivatis, quas Molla *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn Kemálpásha* dictus et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, collegit. Molla *Birgili* hunc librum in eorum numero ponit, qui infirmae auctoritatis et tritissimi sunt. — 13478. **Mohimmát el-codhát**, quaestiones gravissimae judicum de syngraphis, auctore *Hamza Carahhisári*. Distributae sunt in praefationem, decem capita et conclusionem, et ita incipiunt: Laus ei, qui viros doctos ministerio legis nobilitavit etc. — 13479. **Mohimmát el-wásilín**, quaestiones gravissimae provectiorum. Compendium de iis, quae viam mysticam spectant, in sectiones distributum. — 13480. [**El-Mohmelát**, neglecta in libro *Kulliyát*. Vide supra *Kulliyát El-Cánún*]. — 13481. **Mohayyij el-gharám**, excitator aviditatis Mekkae sanctae, auctore Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Ya'cúb Fírúzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 13482. [**Mahya' el-sálik**, via aperta incedentis ad consilium propositum, auctore Sheikh *Abd-el-azíz Ben Abd-el-wáhid Maghribi Medeni* Malikita, anno 964 (inc. 4. Nov. 1556) mortuo. Carmen de principiis religionis]. — 13483. **Meyámin el-iktisáb**,

الاحتساب للحسين الواعظ ١٣٤٨٤ مياه العرب لابى سعيد عبد الملك بن قريب الاصمعى المتوفى سنة ١٣٤٨٥ ميدان الفرسان فى شواهد القرآن للشيخ جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ كتب منه يسيرًا ١٣٤٨٦ ميدان الفرسان لشمس الدين محمد بن خلف الغزى [الشافعى المتوفى سنة ٧٧٠ وهو كتاب نفيس فى خمس مجلدات جمع فيه ابحاث الرافعى وابن الرفعة والسبكى اختصره القاضى بدر الدين محمد بن احمد الهكارى الصلتى الشافعى المتوفى سنة ٧٨٦] ١٣٤٨٧ ميزان الادب صرف ونحو وبيان قيل هو لعصام الدين [ابراهيم بن عربشاه الاسفرآينى المتوفى سنة ٩٤٣] اوله الحمد لله المنان الخ [ثم شرحه بعض من الفضلاء قيل للفاضل التاشكندى محمد لعله هو القادم الى الروم فى سنة ٩٨٠] اول الشرح بحمد الله بجميل اسمائه الخ وسماه ايالة البيان فى شرح الميزان ١٣٤٨٨ ميزان الاستقامة لاهل القرب والكرامة لعلى بن محمد الغزالى المتوفى سنة وهو غير الغزالى المشهور

prosperitates quaestus de regulis primariis praefecturae urbis, auctore *Hosein* Concionatore. — 13484. **M i y á h  e l - a r a b**, aquae Arabum, auctore ***Abu Saîd Abd-el-melik Ben Coreib Asmaî***, anno . . . mortuo. — 13485. **M e i d á n  e l - f o r s á n**, hippodromus equitum de locis Corani probantibus, auctore Sheikh ***Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti***, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Parvam tantum libri partem scripsit. — 13486. **M e i d á n  e l - f o r s á n**, hippodromus equitum, auctore ***Shems-ed-dín Mohammed Ben Khalaf Ghazzi*** [Shafiita, anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) mortuo. Liber pretiosus quinque voluminum, in quo disquisitiones *Ráfiîi*, *Ibn Rif'ae* et *Sobkîi* collegit. Cádhi *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Hekkári Salti* Shafiita, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus, eum in epitomen contraxit]. — 13487. **M i z á n  e l - e d e b**, trutina philologiae et quidem flexionis grammaticae, syntaxis et expositionis, cujus auctor *Isâm-ed-dín* [*Ibráhím Ben Arabsháh Isferáini*, anno 943 (inc. 20. Jun. 1536) mortuus], esse dicitur. — Incipit autem ita: Laus Deo benigno etc., [et postea vir quidam bene meritus, qui *Táshkendi Mohammed* eruditione conspicuus esse dicitur, et fortasse ille est, qui anno 980 (inc. 14. Mai. 1572) in Rumeliam venit], commentarium composuit, qui ita incipit: A laude Dei, a pulchris ejus nominibus profecta etc., et *Ijálet el-beyán fi sharh El-Mizán* inscriptus est. — 13488. **M i z á n  e l - i s t i c á m e t**, bilanx rectae dispositionis pro iis, qui propinquitate Dei et donis supernaturalibus digni habentur. Scripsit ***Ali Ben Mohammed Ghazáli***, anno . . . mortuus, qui plane alius est ab illo *Ghazáli* celeberrimo. —

١٣٤٨٩ ميزان الاصول في نتائج العقول في اصول الفقه للشيخ الامام [علاء الدين شمس النظر] ابي بكر محمد بن احمد السمرقندي الحنفي الاصولي المتوفى سنة اوله الحمد لله ذي العزّة والجلال الخ ١٣٤٩٠ [ميزان احوال الطريقة في التصوّف لموفق الدين محمد بن ابي يزيد السُميري المتوفى سنة رسالة فارسيّة] ١٣٤٩١ ميزان الاعتدال في نقد الرجال في مجلّدين لشمس الدين ابي عبد الله محمد بن احمد الذهبي الحافظ المتوفى سنة ٧٤٨ اوله الحمد لله الحكيم العدل العلي الكبير الخ وهو كتاب جليل في ايضاح نقلة العلم النبوي الّفه بعد كتاب المغني وزاد عليه زيادات حسنة من الرواة المذكورة في الكتاب المذيّل على الكامل لابن عدي ورتّب على حروف المعجم حتى في الآباء لتقرب تناوله ورمز على اسم الرجل من اخرج له في كتابه من الائمّة الستة برموزهم السائرة وفيه من تكلّم فيه مع ثقته وجلالته بادنى لين ولم يحذف اسم احد ممّن له ذكر بتليين ما في كتب الائمّة خوفا من ان يتعقّب عليه الا ما

---

13489. **Mízán el-osúl**, bilanx principiorum de conclusionibus mentium in juris principiis, auctore Sheikh et Imám [*Alá-ed-din Shems el-natzar*] *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Samarcandi Osúlí* Hanefita, anno . . . mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, potentia et majestate conspicuo etc. — 13490. [**Mízán ahwál el-tarícat**, trutina eorum, quae ad viam mysticam spectant, auctore *Mowaffac-ed-din Mohammed Ben Abi Yezid Someiri*, anno . . . mortuo. Tractatus de Sufismo persicus]. — 13491. **Mízán el-i'tidál**, trutina aequalitatis de discernendis primis probis traditionum relatoribus ab improbis. Duo volumina, auctore Háfitz *Shems-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuo. Hic liber, qui ita incipit: Laus Deo sapienti, aequo, sublimi, magno etc., maximi pretii est in iis clarissime judicandis, quorum auctoritate doctrina prophetica posteris tradita est. Auctor illum post suum *Moghni* composuit, eique additamenta egregia e relatoribus in opere *Háfil* commemoratis adjecit, quo liber *Kámil* ab *Ibn Adi* editus continuatur. Disposuit secundum ordinem alphabeticum, cui ipsa cognomina a patribus petita ad quaerendi operam faciliorem reddendam subjecta sunt, et ubi in suo libro ex aliquo de sex traditionis propheticae Imámis nonnihil excerpsit, nomen horum auctorum siglis ad eos designandos vulgaribus notat. Praeterea in ejus libro viri inveniuntur, de quibus, non obstante eorum fide et summa auctoritate, non maxime leniter disputat. Contra nomen nullius traditionarii, qui in scriptis Imámorum lenitate aliqua commemoratur, praetermisit, metuens, ne propterea censura dura reprehendatur, exceptis iis

كان فى البخارى وابن عدى وغيرهما من الصحابة فانّه اسقطهم لجلالتهم وكذا لا يذكر الائمّة المتبوعين فى الفروع لجلالتهم فى الاسلام فانّه ذكره على الانصاف فقد احتوى كتابه هذا على ذكر الكذّابين الوضّاعين المتعمدين ثم على المتّهمين بالوضع او بالتزوير ثم على الكذّابين فى لهجتهم لا فى الحديث ثم على المتروكين الهلّكى ولم يعتمد على روايتهم ثم على الحفاظ الذين فى دينهم رقّة ووهن ثمّ على الضعفآء من قبل حفظهم فلهم غلط واوهام ويقبل حديثهم ما رووه فى الشواهد والاعتبار ثم على الصادقين والمستورين الذين فيهم لين ولم يبلغوا رتبة الاثبات ثم على خلق كثير من المجهولين ثم على الثقات الذين فيهم بدعة او تكلّم فيهم من لا يلتفت الى كلامه ثم المعلوم انه لا بدّ من صون الراوى وستره فالحدّ الفاصل بين المتقدّم والمتأخّر هو رأس ثلثمائة كذا قال والله اعلم ونبّله الحافظ برهان الدين ابراهيم بن محمد

---

tantum prophetae sodalibus, quorum in *Bokhârii*, *Ibn Adii* aliorumque libris mentio facta est. Hos enim propter illustre nomen exclusit. Eodem modo Imâmos, quorum vestigia auctores librorum de partibus juris derivatis sequuntur, propter eorum inter Moslimos celebritatem eximiam non recenset; viam enim mediam commemorationis hac in re tenet. Jam vero ejus liber traditionarios mendaciis deditos et traditionum suppositiciarum relatores comprehendit, at quorum auctoritati alii fidem habent — deinde eos, qui de traditionibus supponendis aut adulteratione suspecti sunt — tum eos, qui alioquin lingua sua, non in traditionibus referendis mendaciis assueti sunt — abjectos et quasi perditos, quorum relationi omnino nulla auctoritas tribuenda est — porro Hâfitzos, in quorum fide religiosa debilitas et imbecillitas apparet — viros sublestae fidei, quae in traditionibus eorum memoriae mandatis cernitur, ut in errores et hallucinationes inciderint, et quorum traditionibus ea inserta sunt, quae in locis probantibus et exemplis propositis retulerunt — relatores veritatis amantes et eos, quorum neque probitas neque improbitas manifesta est, et qui levitatis non accusandi et leniter judicandi sunt, neque tamen gradum exploratae certitudinis attigerunt — deinde magnum numerum obscurorum — et denique viros alioquin fidei exploratae, in quibus novarum rerum studium apparet, aut de quibus homines ejus generis loquuntur, quorum verborum nulla ratio habenda est. — Tum vero certum est, relatorem ab accusatione levitatis tuendum esse et muniendum. Terminus autem, qui relatores veteres a recentioribus distinguit, finis est, ut auctor salva meliore Dei scientia dicit, tertii seculi* — Hâfitz *Borhân-ed-dîn Ibrâhîm Ben Mohammed Halebi*

الحلبي سبط ابن العجمي المتوفى سنة ٨٤١ ولابن حجر مختصره المعروف بلسان الميزان وتحرير الميزان له ايضا اول اللسان الحمد لله المحمود بكلّ لسان الخ قال ومن اجمع ما وقفت عليه كتاب الميزان وقد كنت اردت نسخه على وجهه فطال علىّ فرأيت ان احذف منه اسماء من اخرج له الائمّة الستة فى كتبهم او بعضهم وكتبت منه ما ليس فى تهذيب الكمال وكان لى من ذلك فائدتان احديهما الاختصار والاقتصار والاخرى ان رجال التهذيب اما ائمّة موثوقون واما ثقات مقبولون فتراجمهم مستوفاة فى التهذيب وقد جمعت اسمآئهم فى اخر الكتاب وزدت فيه جملة كثيرة فما زدت من التراجم المستقلّة جعلته قبالته او فوقه زاى ثم وقفت على مجلّد لشيخنا العراقي جعله املاء على الميزان والكثير منهم من رجال التهذيب فعلمت عليه صورة ذا اشارة الى انّه من الذيل وما زدته ضمن كلامه بقولى انتهى ١٣٤٩٢ ميزان الاوزان تركى لمير عليشير النوآئى الوزير المتوفى سنة ٩٠٦ ١٣٤٩٣ ميزان التصريف للمولى محمد بن

*Sibt Ibn-elajemi*, anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) mortuus, librum continuavit, et *Ibn Hajr* in epitomen contraxit *Lisán El-Mízán* inscriptam. Idem ejus recognitionem *Tahrír El-Mízán* edidit. — Epitome *Lisán* ita incipit: Laus Deo, omnibus linguis laudando etc., et auctor: Librorum copiosissimus, ait, quem inspexi, est liber *Mízán*, quem ad verbum describere volueram, at res diutius mihi tenuit. Ex eo igitur nomina illorum resecare constitui, ex quibus sex Imámi aut unus eorum in suis scriptis excerpta afferunt. Deinde ex eo descripsi, quae in *Tehdzíb El-Kemál* non leguntur. Inde mihi duplex utilitas redundavit. Prior in contrahendo et reticendo cernebatur, posterior in eo, quod primi traditores in *El-Tehdzíb* commemorati modo Imámi erant, in quibus fiducia ponebatur, modo viri fide digni cum approbatione excepti, quorum biographiae in *El-Tehdzíb* plane absolutae erant. Jam eorum nomina ad finem libri collegi, et magnam iis copiam novam addidi. Quas autem biographias particulares adjeci, e regione illarum adversa aut super iis literam *Zá* notavi. Postea volumen Sheikhi nostri *Irácki* cognovi, quod dictando ad *El-Mízán* composuerat; in eo multi primorum relatorum iidem erant, qui in *El-Tehdzíb* commemorantur. Super his notam *Dzá* posui, ut eos ex appendice sumtos esse significarem, et quae ad argumentum ejus verborum addidi voce *cauli* (i. e. a me adjecta) indicavi. — Haec ille. — 13492. Mízán el-auzán, bilanx ponderum sive metrorum, auctore Wezíro *Mír Alíshír Newáyi*, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Turcice. — 13493. Mízán el-tesríf, bilanx flexus formarum, auctore Molla *Mohammed Ben*

مصلح بن الحاج حسن المتوفى سنة ٩١١ ١٣٤٩٤ ميزان الشعر لابن عبدوس على بن محمد الكوفى المتوفى سنة ١٣٤٩٥ ميزان الشعرانية المدخلة لجميع اقوال الائمة المجتهدين ومقلديهم فى الشريعة المحمدية للشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعرانى المتوفى سنة [٩٧٦] ١٣٤٩٦ ميزان العربية لابى البركات عبد الرحمن بن محمد المعروف بكمال الدين ابن الانبارى النحوى المتوفى سنة ٥٧٧ شرحه شمس الدين احمد بن الحسين ابن الخباز الاربلى النحوى المتوفى سنة ٦٣٧ ١٣٤٩٧ ميزان العمل فى التاريخ لحسن بن رشيق القيروانى المتوفى سنة [٤٥٦] اقتصر فيه على عدد الايام من دول الملوك ١٣٤٩٨ ميزان العمل للامام حجة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ١٣٤٩٩ ميزان المعدلة فى شأن البسملة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٣٥٠٠ ميزان من الفروع وشرحه مذكور فى التاتارخانية ١٣٥٠١ ميزان النصوص فى علم العروض لبدر الدين محمود

---

*Moslih Ben-elhájj Hasan*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 13494. **Mízán el-shi'r**, bilanx poesis, auctore *Ali Ben Mohammed Kúfi*, vulgo *Ibn Abdús* dicto et anno . . . mortuo. — 13495. **Mízán El-Sha'ráníyet**, bilanx statutorum *Sha'ránii* omnibus dictis Imámorum singulari meditatione distinctorum et eorum qui horum vestigia in lege Mohammedica sequuntur inserendorum, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sha'ráni*, anno [976 (inc. 26. Jun. 1568)] mortuo. — 13496. **Mízán el-arabíyet**, bilanx linguae arabicae, auctore *Abu'lberekát Abd-el-rahman Ben Mohammed Ibn-elanbári* Grammatico, vulgo *Kemál-ed-dín* dicto et anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. — *Shems-ed-dín Ahmed Ben-elhosein Irbíli* Grammaticus, vulgo *Ibn-elkhabbáz* dictus et anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuus, commentarium in hunc librum composuit. — 13497. **Mízán el-amal**, bilanx actionis. Opus historicum ab *Hasan Ben Reshic Cairawáni*, anno [456 (inc. 25. Dec. 1063)] mortuo, editum, in quo in recensendis proeliis regibus regnantibus commissis acquiescit. — 13498. **Mízán el-amal**, bilanx agendi rationis, auctore Imám *Hojjet el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 13499. **Mízán el-ma'dilet**, bilanx aequitatis de pretio formulae „Nomine Dei misericordis, clementis", auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1595) mortuo. — 13500. **El-Mízán**, bilanx. Pertinet hic liber, in quem commentarius in *El-Tátárkhániyet* commemoratur, ad scripta de articulis juris derivatis. — 13501. **Mízán el-nosús**, bilanx sanctionum de arte metrica, auctore *Bedr-ed-dín*

ابن احمد العينى المتوفى سنة ٨٥٥   ١٣٥٠٢ ميزان النظر فى المنطق مختصر اوله الحمد لله على توفيق التصوّر والتصديق الخ شرحه الشيخ الامام قاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ وشرحه المسمّى بتقويم الميزان شرح ممزوج اوله الحمد لله الذى شرح صدورنا الخ

١٣٥٠٣ ميسّر فى شرح المصابيح مرّ

١٣٥٠٤ علم الميقات

١٣٥٠٥ ميمون التصريح بمضمون الذبيح رسالة لابن طولون الشامى المتوفى سنة .. صرح بانّه اسمعيل وقال للامام ابى بكر ابن العربى فى ذلك تأليف بديع جمع فيه كلام الفريقين مع حججهم اوله الحمد لله الذى دلّ على طرق الهدى الخ   ١٣٥٠٦ ميمون فى فضائل اهل اليمن لابن ابى الصيف [محمد بن اسمعيل اليمنى المتوفى سنة ٦٠٩]   ١٣٥٠٧ ميميّة للمولى شيخ الاسلام ابى السعود بن محمد العمادى المتوفى سنة [٩٨٢] اولها

---

*Mahmúd Ben Ahmed Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuo. — 13502. **Mízán el-natzar**, bilanx speculationis. Compendium logicum, quod ita incipit: Laus Deo pro eo, quod animi conceptionem et persuasionis formationem secundat etc. — Sheikh et Imám *Cásim Ben Cotlúboghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, in illud commentarium composuit *Tecwím El-Mízán* inscriptum, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui pectora nostra dilatando disposuit etc. — 13503. **El-Moyassir**, commentarius in *El-Mesábíh* intelligentiam faciliorem reddens, de quo supra dictum est. —

13504. **Ilm el-micát.** Doctrina horarum ad publice precandum constituendarum.

13505. **Meimún el-tasríh**, fausta et diserta explicatio ejus, qui sub *El-Dzabíh* i. e. sacrificando intelligendus est. Tractatus, in quo *Ibn Tulún Shámi*, anno . . . mortuus, diserte statuit, Ismaelem intelligendum esse, et Imámum *Abu Bekr Ibn-elarabi* de eodem argumento librum novum et singularem composuisse dicit, in quo opiniones variarum sectarum cum earum argumentis collegerit. *El-Meimún* ita incipit: Laus Deo, qui ad rectas religionis vias ducit etc. — 13506. **El-Meimún fi fedháil ahl El-Yemen**, liber faustus de praestantibus Yemenensium virtutibus, auctore [*Mohammed Ben Ismaíl Yemeni*, vulgo] *Ibn Abi'lseif* [dicto et anno 609 (inc. 3. Jun. 1212) mortuo]. — 13507. **El-Mímíyet**, carmen in *Mím* desinens, auctore Molla Sheikh el-islám *Abu'lsoúd Ben Mohammed Imádi*, anno [982 (inc. 23. Apr. 1574)] mortuo. Carmen ita incipit:

ابعد سلمى مطلب ومرام

وغير هواها لوعة وغرام

وهى قصيدة مشهورة سارت بها الركبان وتداولتها العربان وعارضها جماعة من الادباء منهم السيد عبد الرحيم العباسى والشيخ عزّ الدين عبد العزيز الزمزمى المكى والشيخ شمس الدين محمد المصرى القاضى شرحها الشيخ غرس الدين احمد بن ابراهيم الحلبى المتوفى سنة ٩٧١ وشمس الدين محمد بن الحنبلى الحلبى اوله الحمد لله وكفى الخ سمّاه المنثور العودى على المنظوم السعودى ومنهم من خمّسها والكل المعترفون بالعجز عن الوصول الى رتبة بلاغتها والترقّى الى ذروة فصاحتها وله قصائد اخرى عربيّة غريبة المعانى فصيحة المبانى

---

An post *Selmae* (discessum sive mortem) adhuc desiderium superest et res cupienda,
Et ardor et libido alia quam ejus cupido?

*Casida* celeberrima est, quam equites secum in iter abducunt et Arabes nomades manu versant, multique philologi compari carmine imitari studuerunt, ut Seyyid *Abd-el-rehim Abbási* — Sheikh *Izz-ed-din Abd-el-aziz Zemzemi Mekki* — Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Misri* Judex. — Commentarios in eam composuerunt Sheikh *Ghars-ed-dín Ahmed Ben Ibráhím Halebi*, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus, et *Shems-ed-dín Mohammed Ben-elhanbali Halebi*, cujus commentarius, *El-Manthúr El-Udi ala el-mantzúm El-Soúdi* inscriptus, ita incipit: Laus Deo et sufficit etc. — Eam quinquiplicatam alii exararunt; omnes autem confessi sunt, propter imbecillitatem animi minime se gradum ejus eloquentiae attingere et ad fastigium ejus facundiae ascendere potuisse. — *Imádi* alias praeterea *Casidas* composuit arabicas singularium sententiarum plenas et structura verborum facunda distinctas. —

# باب النون

١٣٥٠٨ نادرة الآفاق فى فنّ المحاضرة والاخلاق مجلّد مشتمل على اثنى عشر فصلاً فى الحكم والنصائح والجدّ والهزل بالنظم والنثر عربيًّا وفارسيًّا اوله الحمد لله الذى خلق الموجودات الخ

١٣٥٠٩ نادرة الزمن فى تاريخ اليمن للمولى على بن بالى المعروف بمنق المتوفى سنة ٩٩٢

١٣٥١٠ نادرة المحارب تركى [منظوم] لمصطفى بن احمد المتخلّص بعالى المتوفى سنة [١٠٠٨] نظم فيه حرب السلطان سليم مع اخيه بايزيد ١٣٥١١ نار القبس بذات الغلس للشيخ الامام تاج الدين عبد الرحمن بن ابراهيم الفزارى [الفركاح] الشافعى مفتى الشام [المتوفى سنة ٦٩٠] مختصر فى احوال المشايخ الصوفيّة اوله الحمد لله كما يليق بكمال وجهه الخ ١٣٥١٢ ناز ونياز فارسى منظوم لضميرى الشاعر

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA NÚN INCIPIUNT.

13508. Nádiret el-afác, rara dicta variorum terrae tractuum de doctrina promte respondendi et morum. Volumen e duodecim sectionibus constans et apophthegmata, consilia, dicta seria et jocosa et ligata et soluta oratione tam arabice quam persice continens, quod ita incipit: Laus Deo, qui res existentes mira ratione produxit etc. — 13509. Nádiret el-zemen, specimen singulare temporis de historia Yemenensi, auctore Molla *Ali Ben Báli*, vulgo *Manc* dicto et anno 992 (inc. 4. Jan. 1584) mortuo. — 13510. Nádiret el-mehárib, specimen singulare proeliorum. [Carmen] turcicum, in quo *Mustafa Ben Ahmed*, cognomine poetico *Ali* ornatus et anno *1008* (inc. 14. Jul. 1599) mortuus, bellum Sultani *Selím* cum fratre suo *Báyezíd* cantavit. — 13511. Nár el-cabas, ignis flammae accensae extrema nocte quadam tenebrosa, auctore Sheikh et Imám *Táj-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ibráhím Fezári* [*Firkáh*] Shafiita Syriae Mufti, [anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuo]. Compendium de iis, quae Sheikhos theosophicos spectant, ita incipiens: Laus Deo talis, qualis perfectae ejus substantiae convenit etc. — 13512. Náz we Niyáz, blanda supplicatio. Carmen persicum a *Dhamíri* Poeta compositum. —

١٣٥١٣ علم الناسخ والمنسوخ

١٣٥١٤ علم ناسخ الحديث

١٣٥١٥ ناسخ الحديث ومنسوخه الّف فيه جمع كثير منهم ابو محمد قاسم بن اصبغ [القرطبى] النحوى المتوفى سنة ٣٤٠ وابو بكر محمد بن عثمان المعروف بالجعد [الشيبانى احد اصحاب ابن كيسان المتوفى سنة] واحمد بن اسحق الانبارى المتوفى سنة ٣١٨ وابو جعفر حمد بن محمد النحاس النحوى المتوفى سنة ٣٣٨ وابو بكر محمد بن موسى الحازمى الهمدانى المتوفى سنة ٥٨٤ وابو القاسم هبة الله بن سلامة النحوى المتوفى سنة ٤١٠ وابو حفص عمر بن شاهين [البغدادى الواعظ المتوفى سنة ٣٨٥] واختصر كتاب ابن شاهين ابراهيم بن على المعروف بابن عبد الحقّ فى مجلّد المتوفى سنة ٧٤٤ وللامام عبد الكريم بن هوازن القشيرى المتوفى سنة ومحمد بن بحر الاصفهانى المتوفى سنة ٣٢٢ ١٣٥١٦ ناسخ القرآن ومنسوخه الّف فيه جماعة ايضا منهم مكى ابن ابى طالب [القيسى] المقرئ وابو جعفر النحاس وابو بكر محمد

---

13513. Ilm el-násikh we el-mansúkh. Doctrina versuum Corani abrogantium et abrogatorum.

13514. Ilm násikh el-hadíth. Doctrina traditionum abrogantium.

13515. Násikh el-hadíth we mansúkhoho, traditiones abrogantes et abrogatae, de quibus multi viri scripserunt, ut *Abu Mohammed Cásim Ben Asbagh* [*Cortubi*] Grammaticus, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuus — *Abu Bekr Mohammed Ben Othmán* [*Sheibáni* unus discipulorum *Ibn Keisáni*], vulgo *El-Ja'd* dictus [et anno . . . mortuus] — *Ahmed Ben Is'hac Anbári*, anno 318 (inc. 3. Febr. 930) mortuus — *Abu Ja'far Hamd Ben Mohammed Nahhás* Grammaticus, anno 338 (inc. 1. Jul. 949) mortuus — *Abu Bekr Mohammed Ben Musa Házimi Hemdáni*, anno 584 (inc. 2. Mart. 1188) mortuus — *Abu'lcásim Hibatallah Ben Seláma* Grammaticus, anno 410 (inc. 9. Mai. 1019) mortuus — *Abu Hafs Omar Ben Sháhin* [*Baghdádi* Concionator, anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortuus], cujus librum *Ibráhím Ben Ali*, vulgo *Ibn Abd-el-hacc* dictus et anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus, in epitomen volumine comprehensam coegit. Denique de eodem argumento scripserunt Imám *Abd-el-kerím Ben Hewázin Cosheiri*, anno . . . mortuus, et *Mohammed Ben Bahr Isfaháni*, anno 322 (inc. 22. Dec. 933) mortuus. — 13516. Násikh El-Cor'an we Mansúkhoho, versus Corani abrogantes et abrogati, de quibus pariter multi scripserunt, ut *Mekki Ibn Abi Tálib* [*Caisi*] Corani legendi magister — *Abu Ja'far Nahhás* — *Abu Bekr*

ابن عبد الله ابن المغربى [المتوفى سنة ٥٤٣] وابو داود السجستانى وابو عبيد قاسم ابن سلام المتوفى سنة وابو سعيد عبد القاهر بن طاهر التميمى المتوفى سنة ٤٢٩ والشيخ جلال الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ والشيخ الامام ابو القاسم هبة الله [بن سلامة] بن نصر بن على المفسّر [المقرئ النحوى البغدادى المتوفى سنة ٤١٠] وابو الحسين وابن المناوى ١٣٥١٧ الناسك لامّ المناسك للسراج عمر بن على ابن الملقّن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ ١٣٥١٨ [ناشئة الليل للعالم الفارسكورى عمر بن محمد المصرى المتوفى سنة ١٠١٨] ١٣٥١٩ الناصريّة رسالة على ثلثة ابواب فى رسالة نبينا صلعم ومعجزاته لنجم الدين مختار بن محمود الزاهدى الّفها لبركه خان [الجنكيزى] المتوفى سنة ٦٥٨ ١٣٥٢٠ ناظرة العين فى المنطق للشيخ شمس الدين ابى الثناء محمود بن عبد الرحمن الاصفهانى المتوفى سنة ٧٤٩ رتّبه على مقدّمة وقسمين شرحه [يقال اقول] احمد بن عمر المالكى المتوفى سنة [٧٩٥] وسمّاه ناصرة العين فرغ عنه فى شوال سنة

*Mohammed Ben Abdullah Ibn-elmaghribi*, [anno 543 (inc. 22. Mai. 1148) mortuus] — *Abu Dawúd Sejestáni* — *Abu Obeid Cásim Ibn Sallám*, anno . . . mortuus — *Abu Saïd Abd-el-cáhir Ben Táhir Temími*, anno 429 (inc. 14. Oct. 1037) mortuus — Sheikh *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus — Sheikh et Imám *Abu'lcásim Hibatallah* [*Ben Selâma*] *Ben Nasr Ben Ali* [*Baghdádi*] Corani Interpres, [Corani legendi magister et Grammaticus, anno 410 (inc. 9. Mai. 1019) mortuus] — *Abu'lhosein* et *Ibn-elmonáwi*. — 13517. **El-Násik li omm el-menásik**, rituum sacrorum matri (Mekkae) sacrificans, auctore *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolacckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuo. — 13518. [**Náshiyet el-leil**, prima hora noctis, auctore viro docto *Fáriskúri Omar Ben Mohammed Misri*, anno 1018 (inc. 27. Mart. 1609) mortuo]. — 13519. **El-Násiríyet**, tractatus victoriosus in tria capita dispositus de legatione et miraculis prophetae nostri, quem *Nejm-ed-dín Mokhtár Ben Mahmúd Záhidi*, anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuus, *Jingízidae Beraka Khán* composuit. — 13520. **Nátsiret el-ain**, acies oculi, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Abu'lthená Mahmúd Ben Abd-el-rahman Isfaháni*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. Liber de logica in praefationem et duas partes dispositus, in quem *Ahmed Ben Omar* Malikita, anno [795 (inc. 17. Nov. 1392)] mortuus, commentarium *Násiret el-ain* inscriptum ita composuit, [ut auctoris verba a suis vocibus *cála* (dicit) et *acúl* (dico) distingueret], et mense Shewwál anni

٧٧٥ ١٣٥٢١ ناظر ومنظور لمولانا وحشى من مثنوياته اوله

زهى نام تو سر ديوان هستى

ترا بر جمله هستى پيش دستى

١٣٥٢٢ ناظمة الزهر فى اعداد آيات السور للشيخ ابى القاسم الشاطبى رائيّة اولها

بدأت بحمد الله ناظمة الزهر

ابياتها سبع وتسعون ومائتان ١٣٥٢٣ نافع فى شرح مختصر القدورى مرّ ١٣٥٢٤ نافع فى الفروع للشيخ الامام ناصر الدين ابى القاسم محمد بن يوسف الحسينى المدنى السمرقندى الحنفى المتوفى سنة ٦٥٦ ابتدأ بتعليقه فى النصف الاخير من ربيع الاول سنة ٦٥٥ وهو مختصر يتبرّكون به [اوله الحمد لله ربّ العالمين حمدا امده الابد الخ قال سألتمونى ان اصوغ لكم فى الفقه كتابا نافعا فاستخرت الله فى كتاب نظرى الدراية صحيح الرواية وسمّيته الفقه النافع] شرحه الشيخ الامام ابو البركات عبد الله بن احمد حافظ الدين النسفى المتوفى سنة ٧١٠

---

775 (inc. 23. Jun. 1373) absolvit. — 13521. **Nátzir we Mantzúr**, amatoriis oculis adspiciens et adspectus, auctore Molla nostro ***Wahshi***. Pertinet hoc carmen ad auctoris poemata distichis ejusdem rhythmi (*Methnewiyát*) conscripta, et incipit ita:

O nomen Tuum initium est codicis existentiae,

Tibi prae omni existentia praeeminentia est.

13522. **Nátzimet el-zahr**, ordinatrix florum de enumeratione versuum Sutatarum, auctore Sheikh *Abu'lcásim Shátibi*. Carmen in literam *Rá* desinens, quod ita incipit:

Incipio a laude Dei carmen *Nátzimet el-zahr* —

et ducentos nonaginta septem versus continet. — 13523. **El-Náfi'**, liber utilis. Commentarius in *Coduri* Compendium, de quo supra dictum est. — 13524. **El-Náfi' fi el-forú'**, liber utilis de partibus juris derivatis, auctore Sheikh et Imám *Násir-ed-dín Abu'lcásim Mohammed Ben Yusuf Hoseini Medeni Samarcandi* Hanefita, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuo. Descriptionem hujus compendii, in quo legendo benedictionem captant, dimidia parte posteriori mensis Rebí' I. anni 655 (inc. 19. Jan. 1257) orsus est. [Incipit illud ita: *Laus Deo, mundorum domino, talis, cujus terminus in sempiternum durat* etc., et auctor: *A me, inquit, petiistis, ut vobis de jurisprudentia librum utilem conflarem. Itaque Deum rogavi, ut mihi in libro componendo felicem successum largiretur, qui doctrina speculativa et traditione vera excelleret, et hunc librum titulo El-Fic'h El-Náfi' insignivi*]. In eum Sheikh et Imám *Abu'lberekát Abdallah Ben Ahmed Háfitz-ed-dín Nesefi*, anno 710 (inc. 31.

وسمّاه المستصفى وقيل هو المصفى اوله الحمد لله الذى ايّد اوليآءه الخ قال فى آخره ما وقع فيه من ذكر العلّامة فالمراد منه الشيخ الامام شمس الائمّة الكردرى وما وقع من ذكر الاستاذ فالمراد مولانا حميد الدين ومن ذكر المبسوط فالمراد مبسوط السرخسى وكلّها منقول من المبسوط والايضاح ولابى بكر بن محمود المتوفى سنة كتاب الهادى للبادى على كتاب النافع لعلّه من شروحه ونظمه بهآء الدين احمد بن جلال الدين محمد المعروف بسلطان ولد المتوفى سنة ٧١٢ وشرحه بعض تلامذة الكردرى بالقول ١٣٥٢٥ نافع فى مختصر الشرآئع على مذهب الاماميّة للشيخ جعفر بن حسن بن يحيى بن سعيدة المتوفى فى ثالث وعشرين من ربيع الاخر سنة ٦٧٦ اوله الحمد لله الذى صغرت فى عظمته عبادة العابدين الخ ١٣٥٢٦ نافع مختصر لعلاء الدين على بن عبد الرحمن الصفدى المتوفى سنة ٧٥٩ ١٣٥٢٧ [ناموس لعلى ابن محمد القارى الهروى المكى هو فى اللغة لخّصه من القاموس] ١٣٥٢٨ الناموس الاعظم

---

Mai. 1310) mortuus, commentarium edidit *El-Mostasfá*, sive, ut alii volunt, *El-Mosaffá* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui viros suos sanctos auxilio corroborat etc. — Sub ejus finem: Quoties, inquit, mentio viri doctissimi fit, Sheikh et Imám *Shems el-aimmet Kerderi* significatur, et quoties magistri, Molla noster *Homeid-ed-dín*, et quoties libri *Mebsút*, *Mebsút Serakhsí*i intelligendus est, omnia autem aliunde petita e *Mebsút* et *Idháh* desumta sunt. Deinde *Abu Bekr Ben Mahmúd*, anno . . . mortuus, librum *El-Hádi lil-bádi ala kitáb El-Náfi'* edidit, qui fortasse in commentariis numerandus est. *Behá-ed-dín Ahmed Ben Jelál-ed-dín Mohammed*, vulgo *Sultán Weled* dictus et anno 712 (inc. 9. Mai. 1312) mortuus, librum *Náfi'* metrice reddidit, et discipulus quidam *Kerderí*i commentario instruxit, cui verba textus explicita tantum addita sunt. — 13525. **El-Náfi'**, liber utilis. Compendium de praeceptis religionis secundum disciplinam sectae *Imámiyet*, auctore Sheikh *Ja'far Ben Hasan Ben Yahya Ben Saídet*, die vicesimo tertio mensis Rebí' II. anni 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, prae cujus majestate cultus servorum suorum parvi momenti est etc. — 13526. **El-Náfi'**, liber utilis. Compendium, auctore *Alá-ed-dín Ali Ben Abd-el-rahman Safedi*, anno 759 (inc. 14. Dec. 1357) mortuo. — 13527. [**El-Námús**, lex. Opus lexicologicum cum delectu e *Cámúso* excerptum, auctore *Ali Ben Mohammed Herewi Mekki* Corani Lectore]. — 13528. **El-Námús El-A'tzám we El-Cámus El-**

والقاموس الاقدم للشيخ قطب الدين عبد الكريم بن ابراهيم الكيلاني وهو على اربعين جزءا
١٣٥٢٩ ناموس في الطب لبقراط ١٣٥٣٠ نان وحلوا فارسي مختصر في التصوف للشيخ بهاء الدين املي اوله اما بعد حمد الله على افضاله الخ ١٣٥٣١ الناهي عن الضلال ١٣٥٣٢ ناهيد وبهرام فارسي منظوم لضميري الهمداني الشاعر المتوفى سنة ١٣٥٣٣ النبأ الانبه في بناء الكعبة للشيخ الحافظ ابي الفضل احمد بن علي ابن حجر العسقلاني المتوفى سنة ٨٥٢
١٣٥٣٤ نبأ الناظر في المرائي والمناظر لتاج الدين علي بن محمد ابن الدريهم الموصلي المتوفى سنة ٧٦٢

١٣٥٣٥ علم النبات

١٣٥٣٦ نباهة البلد الخامل لمن ورده من الاماثل وهو تاريخ اربل لابن المستوفي [المبارك ابن احمد اللخمي الاربلي المتوفى سنة ٦٣٧] ١٣٥٣٧ النبذ الزاكية فيما يتعلق بذكر انطاكية للشيخ زين الدين عمر بن احمد الشماع الحلبي [المتوفى سنة ٩٣٦] ١٣٥٣٨ النبذ النامية

---

**Acdam**, lex maxima et Oceanus antiquissimus, auctore Sheikh *Cotb-ed-din Abd-el-kerim Ben Ibráhim Kiláni.* — Quadraginta sectiones. — 13529. **El-Námús fi el-tibb**, artis medicae lex, auctore Hippocrate. — 13530. **Nán we Halwá**, panis et dulciarium, auctore Sheikh *Behá-ed-din Amoli.* Compendium persicum de Sufismo, quod ita incipit: Praemissa Dei laude pro ejus beneficentia etc. — 13531. **El-Náhi**, prohibitor ab errore. — 13532. **Náhíd we Behrám**, Venus et Mars. Carmen persicum, auctore *Dhamíri Hemdáni* Poeta, anno . . . mortuo. — 13533. **El-Neba El-Anbah**, nuntius celeberrimus de exstructione Ka'bae, auctore Sheikh Háfitz *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 13534. **Neba el-nátzir**, nuntiatio speculatoris de speculis et locis observandi excelsis, auctore *Táj-ed-din Ali Ben Mohammed Ibn-eldoreihim Mausili*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. —

13535. **Ilm el-nebát.** Doctrina herbarum medicinalium.

13536. **Nebáhet el-beled el-hámil**, nobilitas urbis fructum iis inter viros praestantissimos afferentis, qui in eam veniunt. Historia urbis Arbela, auctore [*Mobárek Ben Ahmed Lakhmi Irbili*, vulgo] *Ibn-elmostaufi* [dicto et anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuo]. — 13537. **El-Nobedz El-Zákiyet**, accessiones exquisitae de iis, quae ad historiam Antiochiae spectant, auctore Sheikh *Zein-ed-din Omar Ben Ahmed Shemmá' Halebi*, [anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortuo]. — 13538. El-

To: www.al-mostafa.com

فى قرآءات الثمانية لابن البيان ابى الحسين يحيى بن ابراهيم المقرئ [الاندلسى المرسى المتوفى سنة ٤٩٦] ١٣٥٣٩ نبذة الزكية فى القواعد الاصلية مقدّمة لشمس الدين محمد بن عبد الدآئم البرماوى الشافعى [المتوفى سنة ٨٣١] جمعها خالية عن الخلاف والدليل ثم نظمها الفية وشرحها ايضا ١٣٥٤٠ نبذة فى فضآئل شعبان للشيخ شمس الدين ابى الحسن محمد ابن عبد الرحمن البكرى المتوفى فى حدود سنة ٩٥٠ شرحه عبد الرؤف محمد بن المناوى الحدادى المصرى المتوفى سنة ١٠٣١ اوله الحمد لله تعالى وكفى الخ ١٣٥٤١ النبراس فى تأريخ آل عباس للحافظ ابن دحية عمر بن الحسن الكلبى [الاندلسى المتوفى سنة ٦٣٣] ١٣٥٤٢ نبراس المفتى لظهير الدين على بن احمد الكازرونى المتوفى بعد سنة ٧٠٠ ١٣٥٤٣ النبل الزآئد من النيل الزآئد لشهاب الدين احمد بن محمد الحجازى الشاعر المتوفى سنة ٨٧٥ ١٣٥٤٤ نبيه فى اختصار التنبيه مرّ ١٣٥٤٥ نبيه فى ... لابى عبد الله زبير بن احمد الزبيرى المتوفى سنة ٣١٧

---

**Nobedz El-Námiyet**, accessiones augescentes de recensionibus lectorum octo coranicis, auctore *Abu'lhosein Yahya Ben Ibráhím* [*Andalusi Mursi*] Corani legendi magistro, vulgo *Ibn-elbeyán* dicto [et anno 496 (inc. 15. Oct. 1102) mortuo]. — 13539. **El-Nobdzet El-Zekíyet**, accessio exquisita de articulis principiorum fundamentalibus. Prolegomena, quae *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-dáim Bermáwi* Shafiita, [anno 831 (inc. 22. Oct. 1427) mortuus], ita congessit, ut quaestionibus controversis et argumentis carerent. Postea ea versibus in *Elif* desinentibus metrice reddidit et commentario quoque instruxit. — 13540. **El-Nobdzet fi fedháil Sha'bán**, accessio de virtutibus mensis Sha'bán praestantibus, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Abu'lhasan Mohammed Ben Abd-el-rahman Bekri*, circa annum 950 (inc. 6. Apr. 1543) mortuo. *Abd-el-rawúf Mohammed Ben-elmonáwi Haddádi Misri*, anno 1031 (inc. 6. Nov. 1621) mortuus, in hunc librum commentarium edidit, qui ita incipit: Laus Deo excelso et sufficit etc. — 13541. **El-Nibrás fi tarikh ál Abbás**, lucerna. Historia Abbasidarum, auctore Háfitz *Omar Ben-elhasan Kelebi* [*Andalusi*, vulgo] *Ibn Dihye* [dicto et anno 633 (inc. 16. Sept. 1235) mortuo]. — 13542. **Nibrás el-mufti**, lucerna Muftii, auctore *Tzahir-ed-dín Ali Ben Ahmed Kázeráni*, post annum 700 (inc. 16. Sept. 1300) mortuo. — 13543. **El-Nabl El-Záid**, apparatus redundans ex Nilo crescente, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Hijázi* Poeta, anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuo. — 13544. **El-Nebíh fi ikhtisár El-Tenbíh**, liber inclytus. Epitome ex libro *Tenbíh*, de quo supra videatur. — 13545. **El-Nebíh fi ...**, liber inclytus de ..., auctore *Abu Abdallah Zobeir Ben Ahmed Zobeiri*, anno 317 (inc. 14. Febr. 929)

١٣٥٤٦ نتائج الاذكار فى المقربين والابرار للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى مختصر فى الاوراد والاذكار اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ١٣٥٤٧ نتائج الافكار فى شرح المنار سبق ١٣٥٤٨ نتائج الافكار لابن الصائغ محمد بن عبد الرحمن الزمردى الحنفى المتوفى سنة ٧٧٧ ١٣٥٤٩ نتائج الافكار لابى العباس احمد بن محمد الدنيسرى الشهير بابن العطار المتوفى سنة ٧٤٩ ١٣٥٥٠ النتائج الالهيّة فى شرح الكافية البديعيّة ١٣٥٥١ نتائج الالمعيّة فى شرح الكافية البديعيّة للصفى الحلّى الشيعى سبق ذكره فى الباء ١٣٥٥٢ نتائج الانظار وتحلية الافكار فى الجدل للشيخ عبد العزيز بن عبد الواحد المالكى المتوفى سنة ١٣٥٥٣ نتائج العقول فى علم الاصول ١٣٥٥٤ نتائج الفطنة فى نظم كليله ودمنه مرّ ١٣٥٥٥ نتائج الفكر فى احوال الحجر لايدمر بن عبد الله الجلدكى ١٣٥٥٦ نتائج الفكر فى علل النحو للشيخ الامام ابى القاسم عبد الرحمن بن عبيد الله بن احمد الخثعمى

---

mortuo. — 13546. Netáij el-adzkár, effectus cogitationum piarum de iis, qui aditum ad Deum propinquum habent et viris sanctis, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi.* Compendium de pericopis coranicis et invocationibus Dei, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 13547. Netáij el-afkár, effectus cogitationum. Commentarius in *El-Menár*, de quo supra dictum est. — 13548. Netáij el-afkár, effectus cogitationum, auctore *Mohammed Ben Abd-el-rahman Zomorrodi* Hanefita, vulgo *Ibn-elsáigh* dicto et anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuo. — 13549. Netáij el-afkár, effectus cogitationum, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Donciseri*, vulgo *Ibn-elattár* dicto et anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. — 13550. El-Netáij El-Alahíyet, effectus divini. Commentarius in *El-Káfiyet El-Bedííyet.* — 13551. Netáij el-almaíyet, effectus ingenii acumine praestantis. Commentarius in *El-Káfiyet El-Bedííyet* a *Safi-ed-dín Hilli* Shiita editam, cujus in litera *Bá* mentio facta est. — 13552. Netáij el-antzár, effectus considerationum et propositio ornata cogitationum de topica, auctore Sheikh *Abd-el-azíz Ben Abd-el-wáhid* Malikita, anno . . . mortuo. — 13553. Netáij el-ocúl, effectus mentium de doctrina principiorum. — 13554. Netáij el-fitnet, effectus perspicacitatis. Conceptio metrica libri *Kalílah we Dimnah*, de quo supra dictum est. — 13555. Netáij el-fiker, effectus cogitationum de iis, quae lapidem philosophicum spectant, auctore *Eidemir Ben Abdallah Jildeki.* — 13556. Netáij el-fiker, effectus cogitationum de grammaticae caussis, auctore Sheikh et Imám *Abu'lcásim Abd-el-rahman Ben Obeidallah Ben Ahmed Khathami*

السهيلى الاندلسى المتوفى سنة ٥٨١ اوله بحمد الله نفتتح كلامنا الخ ذكر فيه ان الاعراب مرقاة الى علوم الكتاب فرتّب على ترتيب ابواب كتاب الجمل لميل قلوب الناس اليه ١٣٥٥٧

نتائج الفنون تركى مختصر للمولى يحيى بن على المتخلّص بنوى المتوفى سنة ١٠٠٧ جمع فيه اثنى عشر علمًا من العلوم مع بعض مسائله ونوادره ١٣٥٥٨ نتائج القرائح فى مختار المراثى والمدائح لابن سعيد على بن موسى الاندلسى المتوفى سنة ٦٧٣ دلّ على ما اشتمل عليه

١٣٥٥٩ نتائج النظر فى حواشى الدرر ١٣٥٦٠ نتف الحسان على مذهب ابى حنيفة النعمان للشيخ الامام الزاهد ابى بكر الواسطى ذكره صاحب خالصة الحقائق ١٣٥٦١

نتف فى الفتاوى للشيخ الامام على بن حسن الحنفى المتوفى سنة ٤٧١ والنتف ايضا من تصانيف الشيخ الامام على السغدى [المتوفى سنة ٤٦١] ذكره قاسم ابن قطلوبغا ومن تصانيف الغزنوى ذكره العلى الجمالى فى ادبه ومن تصانيف التمرتاشى ذكره ابن الشحنة فى كتاب الطلاق

---

*Soheili Andalusi*, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuo. Liber ita incipit: A laude Dei orationem nostram incipimus etc., et auctor commemorat, doctrinam flexionum finalium scalam esse ad doctrinas coranicas, et eum ad dispositionem capitum libri *Jomel* distribuit, quod corda hominum ad illum propensa essent.— 13557. Netáij el-fonún, proventus variarum doctrinarum. Compendium turcicum, in quo Molla *Yahya Ben Ali*, cognomine poetico *Naui* ornatus et anno 1007 (inc. 25. Jul. 1598) mortuus, duodecim varias doctrinas nonnullis quaestionibus et raris adnotationibus de suo additis conjunctim tractat. — 13558. Netáij el-caráih, effectus indolum a natura hominibus insitarum. Delectus epicediorum et carminum in laudem viventium, auctore *Ali Ben Musa Ibn Saíd Andalusi*, anno 673 (inc. 7. Jul. 1274) mortuo. Titulus libri argumentum indicat. — 13559. Netáij el-natzar, effectus speculationis. Glossae in opus *Dorer*. — 13560. Notef el-hisán, traditiones probabiles leviter delectae secundum doctrinam *Abu Hanífae El-No'mán*, auctore Sheikh et Imám asceta *Abu Bekr Wásiti*. Hunc librum auctor operis *Khálisat el-hacáic* commemorat. — 13561. El-Notef fi el-fetáwi, delecta leviora de decretis juridicis, auctore Sheikh et Imám *Ali Ben Hasan* Hanefita, anno 471 (inc. 14. Jul. 1078) mortuo. Eundem titulum *Notef* liber Sheikhi et Imámi *Ali Soghdi*, [anno 461 (inc. 31. Oct. 1068) mortui], prae se fert, quem *Cásim Ibn Cotlúboghá* commemorat, et liber *Ghaznewi*, cujus mentionem *Ali Jemáli* in suo *Edeb el-ausiyá* facit, et liber *Tímurtáshi*, quem *Ibn-elshihna* in libro de

وفى هوامش الجواهر وللشيخ الامام شرف الدين قاسم بن حسين الدمراجى الحنفى نتف وفيه رموز فعلامة ابى حنيفة ة وعلامة اصحابه صن ومحمد ح وابى يوسف ف ومالك م والشافعى ش والاوزاعى عى وزفر ز وسفيان ن وابى ثور ث وعثمان البتى بتى وابى عبد الله ع وفى بعض النسخ مصرح ١٣٥٦٢ [نتف الفضيلة فى اللحية الطويلة لمحمد بن الكنانى العسقلانى المعروف بابن القلبونى المتوفى سنة ٧٢٥ يعرّض بصدر الدين سليمان المالكى يداعبه لطول لحيته] ١٣٥٦٣ نتف اللحية من ابن دحية للتاج اليمنى زيد بن الحسن الكندى المتوفى سنة ٦١٣ وقد سبق سبب تأليفه فى الصارم الهندى ١٣٥٦٤ نتف المحاضرة لعزّ الدين [بن فرصة] احمد بن موسى الفيومى القوصى المتوفى سنة ٧٠١ ١٣٥٦٥ النتف والطرف للوزير ابى سعد ذكره ابن خلكان ١٣٥٦٦ نتيجة الافكار فى اعمال الليل والنهار لعلى الميقاتى الحنفى تلميذ الشيخ عبد الرحمن [الطبانى] الموقت بالازهر ١٣٥٦٧ نتيجة الافكار فى اعمال الليل والنهار

---

divortio et in glossis marginalibus ad *El-Jewáhir* laudat. Pariter Sheikh et Imám *Sheref-ed-dín Cásim Ben Hosein Demirdji* Hanefita librum *Notef* composuit, in quo siglis utitur, ita ut litera *He Abu Hanífa*, litera *Sád* ejus discipuli, litera *Há Mohammed*, litera *Fá Abu Yusuf*, litera *Mím Málik*, litera *Shín Sháfii*, literis *Aïn Yá Auzái*, litera *Zá Zofar*, litera *Nún Sofyán*, litera *Thá Abu Thaur*, literis *Bá*, *Te* et *Yá Othmán Betti*, litera *Aïn Abu Abdallah* significetur. In nonnullis vero exemplis nomina disertis verbis scripta inveniuntur. — 13562. [Natf el-fadhilet, evulsio supervacuorum excrescentium de barba longa, auctore *Mohammed Ben-elkinání Ascaláni*, vulgo *Ibn-elcalbúni* dicto et anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuo. — Implicite *Sadr-ed-dinum Soleimán* Málikitam indicat, eumque propter barbae longitudinem provocat]. — 13563. Natf el-lihyet, evulsio mystacis e labiis *Ibn Dihyae*, auctore *Táj-ed-dín Zeid Ben-elhasan Kindi Yemeni*, anno 613 (inc. 20. Apr. 1216) mortuo. Supra in *El-Sárim El-Hindi* de caussa compositionis hujus libri dictum est. — 13564. Notef el-mohádharet, delecta leviora sermocinationis promtae, auctore *Izz-ed-dín Ahmed Ben Musa* [*Ben Forsa*] *Fayyúmi Cusi*, anno 701 (inc. 6. Sept. 1301) mortuo. — 13565. El-Notef we El-Toref, delecta leviora et bellaria, auctore Weziro *Abu Sa'd*. Commemoratur ab *Ibn Khallekán*. — 13566. Netíjet el-afkár, effectus cogitationum de actionibus sacris noctis et diei. Scripsit Sheikhi *Abd-el-rahman* [*Tabáni*] astronomi ad aedem cathedralem *Azhar* discipulus *Ali El-Micáti* (i. e. horarum publicae precationis observator) Hanefita. — 13567. Netíjet el-afkár, effectus cogitationum

للشيخ الامام محمد بن عمر بن صديق بن عمر البكرى المعروف بالقوانسى كذا فى الدفتر ١٣٥٦٨ نتيجة السلوك فى ترجمة نصيحة الملوك ١٣٥٦٩ نتيجة العبادات ١٣٥٧٠ نتيجة العلم فى تحقيق السلم رسالة للقاضى محمد بن لطفى [بكزاده] اوله اسلم الكلام اللآئق لاهل الاسلام الخ ١٣٥٧١ نتيجة الفكر فى الجهر بالذكر رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكره فى حاويه تماما ١٣٥٧٢ نتيجة الفكر فى علاج امراض البصر للقاضى فتح الدين ابى العباس احمد بن القاضى جمال الدين ابى عمرو عثمان القيسى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى خلق الداء والدواء بحكمته الخ وهى على سبعة عشر بابا ١٣٥٧٣ نتيجة الفكر ونخبة النظر فى جمع الآيات الدالة على الحشر للشيخ ابراهيم المامونى الشافعى المصرى كتب منه اثنى عشر كراسة وارسلها الى المولى المعيد وذكر ان الباقى منها تسع وثلثون كراسة اوله الحمد لله الذى انار فهوم العلماء الخ سابر

de actionibus sacris noctis et diei, auctore Sheikh et Imám *Mohammed Ben Omar Ben Sadic Ben Omar Bekri*, vulgo *Cawánisi* dicto. Ita quidem in *El-Defter* legitur. — 13568. Netíjet el-solúk, effectus vitae spiritalis. Translatio operis *Nasihat el-molúk* (turcica). — 13569. Netíjet el-i'bádát, effectus quinque officiorum cultus. — 13570. Netíjet el-alem, effectus signi de firmanda dato arrhabone emtione, auctore Cádhi *Mohammed Ben Lutfi*[*begzádeh*]. Tractatus, qui ita incipit: Saluberrima oratio asseclis Islámi conveniens etc. — 13571. Netíjet el-fikr, fructus cogitationis de alta Dei invocatione, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus, quem suo *Háwi* totum inseruit. — 13572. Netíjet el-fikr, fructus cogitationis de curandis visus morbis, auctore Cádhi *Fat'h-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben* El-Cádhi *Jemál-ed-dín Abi Amru Othmán Caisi*, anno . . . mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui morbum et medicamentum sapienti suo consilio creavit etc., et in septendecim capita distributus est. — 13573. Netíjet el-fiker we Nukhbet el-natzar, fructus meditationum et delectus speculationis de colligendis versibus coranicis, qui extremi judicii diem indicant, auctore Sheikh *Ibráhím Mamúni Misri* Shafiita. Postquam duodecim decem foliorum fasciculos scribendó absolvit, eos Mollae *Moíd* misit, et reliquam partem novem et triginta decem foliorum fasciculos comprehendere narrat. Liber ita incipit: Laus Deo, qui mentes virorum doctorum illustravit etc. — et auctor

فيه كتاب البدور السافرة للسيوطي وبعض رسالة الآيات العشر في احوال الآخرة في الحشر لابن كمال باشا ١٣٥٧٤ نتيجة النظر في شرح نخبة الفكر ١٣٥٧٥ نثار القلب لابي الفتوح محمد بن الفضل [الواعظ] الاسفرايني [المعروف بابن المعتمد] المتوفى سنة ٥٣٨ ١٣٥٧٦ نثار الملوك للشيخ الحليمي المتوفى سنة ١٣٥٧٧ نثر الجمان للفيومي ومختصره لفظ النثر له ايضا ١٣٥٧٨ نثر الجمان المنتظم من فتح الرحمن وهو مختصر تفسير ابن قرقماس [للشيخ ناصر الدين محمد بن عبد الله المتوفى سنة ٨٨٢] اوله الحمد لله منزل القرآن لخيراته اخرجت للناس الخ قال فلما يسر الكريم بختم كتابي فتح الرحمن قصدني بعض الاخوان ان الخص منه تفسيري المسجع على انفراده فما عدلت لاني جمعت فيه للنحاة وعلماء القراءات والمفسرين اقوالهم وما عدلي من اعراب وتفسير واعتراضات وتحرير فتكررت الآيات مرات [وختمتها

---

ibi cum libro *Soyúti El-Budúr El-Sáfiret* certat. Tractatus quidam, *El-Ayát El-Ashr fi ahwál el-akhiret fi el-hashr* inscriptus et ab *Ibn Kemálpásha* editus, eandem rem tractat. — 13574. Netíjet el-natzar, fructus meditationis. Commentarius in librum *Nukhbet el-fiker.* — 13575. Nithár el-calb, sparsio cordis, auctore *Abu'lfotúh Mohammed Ben-elfadhl Isferáini* [Concionatore, vulgo *Ibn-elmo'temid* dicto et] anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. — 13576. Nithár el-molúk, sparsio nummorum a regibus facta, auctore Sheikh *Halími*, anno . . . mortuo. — 13577. Nathr el-jomán, sparsio margaritarum, auctore *Fayyúmi.* Idem epitomen ex hoc libro edidit *Laftz el-nathr* inscriptam. — 13578. Nathr el-jomán el-montetzam, sparsio margaritarum seris conjunctarum ex libro *Fat'h el-rahman.* Epitome, quam ex commentario suo in Coranum [Sheikh *Násir-ed-dín Mohammed Ben Abdallah,* vulgo] *Ibn Carcamás* [dictus et anno 882 (inc. 15. Apr. 1477) mortuus], confecit. Incipit haec ita: Laus Deo Corani revelatori propter bona exquisita, quae hominibus inde proveniunt etc., et auctor: Deus maxime honorandus, inquit, cum me finiendo libro *Fat'h el-rahman* felicem redderet, amicorum quidam precibus me adiit, ut ex eo interpretationem meam coranicam rhythmice compositam seorsim cum delectu excerperem, neque abhorrui, cum ibi propositiones ex institutione grammaticorum, virorum lectionum coranicarum gnarorum et Corani interpretum profectas collegissem. Pariter a tractandis flexionibus finalibus, exegesi coranica et iis non abhorrui, quae contra dicenda et quae recognoscenda essent. Versus autem coranici pluries repetiti sunt, [eosque dictis eleganti oratione soluta

بسجعات نثر احسن من نثر الجمان فانتقيتها ونقحتها ] ١٣٥٧٩ نثر درر الحبر المثابر ونثر درر البحر على المنابر ديوان شعر للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١٣٥٨٠ نثر الدرر فى احاديث خير البشر للشيخ الامام ابى النبى محمود بن محمد التنوخى اوله الحمد لله المنفرد بالبقاء الخ بدأ بما اتفقا عليه الشيخان ثم بما فى السنن الاربع اثبت اسم كلّ صحابى اولَ حديثه وزاد بيان معنى الالفاظ من النهاية وقيل لتقى الدين ابى محمد عبد الغنى بن عبد الواحد وجدت الاول فى ظهر النسخة والثانى فى اوله فهو كتاب مختصر محذوف الاسانيد فى الاحكام والمواعظ والآداب رتّب على حروف المعجم وصنّف الزركشى ايضا ١٣٥٨١ نثر الدرر فى المحاضرات لابى سعيد منصور بن الحسين الابى الوزير المتوفى سنة ٤٢١ فى سبع مجلّدات كلّها بخطبة بليغة على ابواب لم يجمع مثله اوله بحمد الله نستفتح اقوالنا واعمالنا الخ اختصره من كتابه نزهة الادب ورتّبه على اربعة

rhythmice compositis e libro *Nathr el-jomán* conclusi, quae diligenter selegi et studiose recognovi]. — 13579. Nathr dorer el-hibr el-mothábir, sparsio margaritarum doctoris assidui et sparsio unionum maris super cathedras oratorias. Diwanus carminum, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Soreijá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 13580. Nathr el-dorer, sparsio unionum de traditionibus optimi hominum, auctore Sheikh et Imám *Abu'lnebi Mahmúd Ben Mohammed Tenúkhi*. Liber ita incipit: Laus Deo, qui unus aeternitate praeditus est etc., et auctor ab iis traditionibus proficiscitur, in quarum relatione duo Sheikhi *Bokhári* et *Moslim* consentiunt, tum ad eas pergit, quae in quatuor traditionum corporibus *Sonen* leguntur. Ab initio traditionum nomen cujusvis prophetae socii, qui eas retulit, diligenter et certe notat, et ex libro *Niháyet* explicationem sensus verborum addit. — Alii libri auctorem *Tacki-ed-dín Abu Mohammed Abd-el-ghani Ben Abd-el-wáhid* esse dicunt. Prius nomen in tergo exempli inveni, posterius ejus initio. Compendium est auctoritatis testimoniis destitutum de statutis legis, paraeneticis et humanitatis regulis, et secundum literas alphabeti dispositum est. — *Zerkeshi* similem librum edidit. — 13581. Nathr el-dorer, sparsio margaritarum de responsis promtis et paratis, auctore *Abu Saïd Mansúr Ben-elhosein Obayyi* Weziro, anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuo. Septem volumina, quibus singulis praefatio facunda praemissa est in capita distributa. Liber pro argumento collecto similem non habet et ita incipit: A laude Dei dicta nostra et actiones nostras aperimus etc. Auctor eum ex sua *Nuzhet el-edeb* excerpsit et in quatuor sectiones distribuit, quarum prima quinque

فصول فيه خمسة ابواب الاوّل يشتمل على آيات من كتاب الله متشابهة مشكلة يحتاج الكاتب اليها الثانى يشتمل على الفاظ رسول الله صلعم موجزة فصيحة الثالث يشتمل على نكت من كلام على الرابع يشتمل على نكت من كلام اولاده الخامس يشتمل على نكت من كلام سادة بنى هاشم الفصل الثانى على عشرة ابواب من الجدّ والهزل الثالث على ثلثة عشر بابًا والرابع احد عشر بابًا ١٣٥٨٢ نثر الدرر فى القراءة للشيخ الامام علم الدين محمد بن عبد الصمد السخاوى [المتوفى سنة ٦٤٣] ١٣٥٨٣ نثر الزهور فى شرح الشذور مرّ ١٣٥٨٤ نثر فرائد المربعين المنوية فى شرح فوائد الاربعين النووية سبق فى الاربعينيات ١٣٥٨٥ نثر اللآلى ١٣٥٨٦ نثر المنظوم لحسن بن بشر الامدى المتوفى سنة ٣٧١ ١٣٥٨٧ نثر النور والزهر فى نشر احوال الشيخ ابى العباس احمد بن محمد البنانى الاشبيلى جمع تلميذه ابو محمد عبد الله الحريرى المتوفى سنة فى جزء ١٣٥٨٨ نثر الوردة فى طىّ البردة ١٣٥٨٩ نثل الكنان فى

capita continet. Primum caput versus ex libro Dei interpretationis incertae et ad intelligendum difficiles complectitur, quibus scriptori opus est, secundum dicta legati divini breviter et facunde expressa, tertium acute dicta ex effatis *Ali*, quartum acute dicta ex effatis ejus filiorum, quintum acute dicta ex effatis *Sherîf*orum inter *Hâshim*idas. — Sectio secunda decem capita continet argumenti serii et jocosi, tertia tredecim capita, quarta undecim capita. — 13582. Nathr el-dorer, sparsio unionum de lectione coranica, auctore Sheikh et Imâm *Alem-ed-dîn Mohammed Ben Abd-el-samed Sekhâwi*, [anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo]. — 13583. Nathr el-zohûr, sparsio florum. Commentarius in librum *Shodzûr*, de quo supra videas. — 13584. Nathr ferâid el-morabbîn el-menwiyet, sparsio gemmarum singularium custoditarum conquisitorum quadraginta traditionum. Expositio praeceptorum utilium in *El-Arbain El-Newewiyet*, de quibus supra in *El-Arbainiyât* dictum est. — 13585. Nathr el-leâli, sparsio margaritarum. — 13586. Nathr el-mantzûm, circumlocutio prosa orationis rhythmice compositae, auctore *Hasan Ben Bishr Amidi*, anno 371 (inc. 7. Jul. 981) mortuo. — 13587. Nathr el-naur we el-zahr, sparsio florum arborum et plantarum de explanatione eorum, quae Sheikhum *Abu'l-abbâs Ahmed Ben Mohammed Bonâni Ishbili* spectant. Collegit in fasciculo ejus discipulus *Abu Mohammed Abdallah Hariri*, anno . . . mortuus. — 13588. Nathr el-wardet, sparsio rosae de complicatione panni striati. — 13589. Nathl el-kinân,

الخشكنان للسيوطى ذكره فى فهرسه فى النوادر وله نثر الهميان فى وفيات الاعيان ذكره فى فهرسه فى التاريخ ١٣٥٩٠ نجاة الاحباب وتحفة ذوى الالباب فى الكيميا لبستان افندى وهى رسالة مختصرة على مقدّمة وثلثة ابواب اولها الحمد لله المنزه عن الجوهر والعرض الخ وهو المولى مصطفى بن پير محمد الايدينى ١٣٥٩١ نجاة الارواح من دنس الاشباح رسالة للشيخ عبد الله الالهى السيماوى المتوفى سنة [٨٩٦] اوله الحمد لله المحتجب بكبريائه الخ جمع كلمات المشايخ ممتزجًا بلسان العربى والفارسى ١٣٥٩٢ نجاة الذاكرين فارسى فى الادعية والاوراد لابى بكر بن محمد السيلانى اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ اتمّه فى جمادى الاولى سنة ٥٤٢ رتّبه على اربعة وستين بابًا ١٣٥٩٣ نجاة الضلال ١٣٥٩٤ نجاة الغريق فى الجمع والتفريق رسالة للشيخ محمود افندى اسكدارى المتوفى سنة ١٠٣٨ ١٣٥٩٥ نجاة القراءة ١٣٥٩٦ نجاة فى الفاظ الكفر لعربشاه بن سليمان بن عيسى البكرى الحنفى مختصر اوله الحمد لله

---

*lintei detractio de pane sicco*, auctore *Soyúti.* Commemorat hunc tractatum in indice scriptorum suorum sub *El-Newádir* (i. e. speciminibus orationis singularibus). Idem tractatum historicum *Nathr el-himyán* i. e. *detractio ligaculi femoralium de mortibus virorum* spectatorum edidit, ejusque in scriptis historicis indicis sui mentionem facit. — 13590. Nejât el-ahbáb, *effugium dilectorum et donum viris cordatis oblatum de alchymia*, auctore *Bostán Efendi* Molla *Mustafa Ben Pir Mohammed Eidini.* Tractatus brevior in praefatiopem et tria capita distributus, qui ita incipit: Laus Deo substantia et accidentia exemto etc. — 13591. Nejât el-arwâh, immunitas spirituum a sordibus corporum. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo majestate sua ab hominum conspectu tanquam velo secluso etc. Auctor Sheikh *Abdallah Ilahi Simáwi*, anno [896 (inc. 14. Nov. 1490)] mortuus, hic verba Sheikhorum ita collegit, ut arabica et persica misceret. — 13592. Nejât el-dzákirín, salus Deum invocantium de precibus et pericopis coranicis, auctore *Abu Bekr Ben Mohammed Sílàni.* Hic liber persicus, quem auctor mense Jomádzi I. anni 542 (inc. 2. Jun. 1147) absolvit et in sexaginta quatuor capita distribuit, ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 13593. Nejât el-dhalál, immunitas ab errore. — 13594. Nejât el-gharíc, salus submersi de unione et divisione mystica. Tractatus, auctore Sheikh *Mahmúd Efendi Uskudári*, anno 1038 (inc. 21. Aug. 1628) mortuo. — 13595. Nejât el-ckiráat, effugium lectionis coranicae. — 13596. El-Nejât fi alfátz el-kafr, effugium de vocibus, quae impietatem significant, auctore *Arabsháh Ben Soleimán Ben Isa Bekri* Hanefita. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc.,

رب العالمين الخ رتب على ثلثة عشر بابا      ١٣٥٩٧ نجاة في مختصر الشفاء لابن سينا اوله وبعد حمد الله والثناء عليه الخ شرحه محمد الحارثي السرخسي الذي ساح اكثر الاقاليم لطلب الحكمة ذكره الشهرزوري في النزهة وتتمة النجاة للشيخ ابي عبيد عبد الواحد بن محمد الجوزجاني ذكر فيه انه حين كان في خدمة الشيخ حرم من اقتناء تصانيفه اذ كان من عادته ان يبذل مصنفه ملتمسه ولا يدخر منه نسخة لنفسه وكان من تصانيفه الكبار في الحكمة بعد كتاب الشفاء كتاب النجاة واتى اورد فيه من المنطق والطبيعيات والالهيات ما رأى ان يورده ولم يفرغ لايراد الرياضيات فيه لعوائق عاقية وكان عنده من مصنفات الشيخ الرئيس كتاب في اصول الهندسة مختصرا من اقليدس ذكر فيه من الهندسة على رأيه القدر الذي من عرفه وتحققه وجد السبيل الى معرفة المجسطي وكتاب في الارصاد الكلية والهيئة كالمختصر من المجسطي وكتاب المختصر في الموسيقى ورأى ان يضيف هذه الرسائل الى هذا الكتاب ليتم مصنفاته كما اشار اليه في صدره ولما لم يجد له في الارثماطيقي شيئا شبيها بها

et in tredecim capita dispositum est. — 13597. **Neját fi mokhtasar El-Shefá**, salus. Epitome ex libro *Shefá*, auctore *Ibn Síná*. Incipit ita: Et praemissa laude Dei et gratiarum actione etc., et *Mohammed Hárithí Serakhsí*, qui, ut *Shehrezúrí* in *El-Nuzhet* testatur, plurima climata ad philosophiam quaerendam peragravit, commentarium in eam scripsit. Sheikh *Abu Obeid Abd-el-wáhid Ben Mohammed Júzjání* complementum libri *Neját* edidit, in quo narrat, cum in famulatu Sheikhi esset, a scriptis ejus acquirendis se prohibitum fuisse, cum consuetudinis ejus esset, ut opera sua petenti munifice concederet nec sibi in futurum tempus exemplum servaret. Inter scripta ejus majora de philosophia post librum *Shefá* exstat *El-Neját*, et quando ibi ex logica, physice et doctrina de rebus divinis tantum affert, quantum afferre sibi visum est, ad mathematica ibi afferenda propter impedimenta universalia animum non applicuit. *Abd-el-wáhid* autem ex scriptis *Sheikhi Reyis* librum de elementis geometriae ex Euclide in brevius contractum secum habebat, in quo *Ibn Síná* ex geometria secundum opinionem suam tantum proponit, ut, qui id cognoverit et accurate perspexerit, viam ad cognitionem Almagesti inveniat, et librum de observationibus astronomicis universalibus et coelorum figura, qui instar epitomae ex Almagesto erat, et compendium de musica. Itaque hos tractatus isti libro *Ibn Sínae* adjungere statuit, ut ejus scripta ita absolverentur, ut in libri initio se in animo habuisse indicavit. Cum vero inter *Ibn Sínae* libros omnino nihil de arithmetica inveniret, quod ad similitudinem scriptorum illorum accederet, ex libro aliquo de arithmetica tractatum

اختصر من كتاب فى الارثماطيقى رسالة واودعها ما يرشد الى معرفة الموسيقى واضاف اليه

١٣٥٩٨ نجاة المكلفين     ١٣٥٩٩ النجاة والاتصال بعين الحياة للشيخ ابى القاسم محمد بن احمد العراقى صاحب المكتسب اوله الحمد لله الذى خصّ العارفين بلطائف اسراره الخ

١٣٦٠٠ نجاح فى التصريف لحسام الدين حسين بن على الصغناقى [ المتوفى سنة ٧١٠ ] مختصر اوله الحمد لله الذى جعل تصريف الكلمات الخ     ١٣٦٠١ نجاح فى شرح اخبار كتاب الصحاح للبخارى مرّ لعمر النسفى قال فى اوله بعد ذكر اسانيده هذه خمسون طريقًا لاسناد كتاب صحيح البخارى بين مشايخى     ١٣٦٠٢ نجباء الابناء لابى عبد الله محمد بن ظفر بن احمد الصقلى المتوفى سنة ٥٦٥     ١٣٦٠٣ النجح فى الاجابة الى الصلح للسيوطى من مقاماته

١٣٦٠٤ نجد الفلاح فى مختصر الصحاح فى اللغة سبق     ١٣٦٠٥ النجدات فى بيان السهو فى السجدات للشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩     ١٣٦٠٦ النجديّات فى النسب

excerpsit, cui tantum inseruit, quantum ad cognitionem musicae viam monstraret, eumque illi encyclopaediae philosophicae addidit. — 13598. **Neját el-mokallefín**, effugium eorum, qui lege divina officiis praestandis obligati sunt. — 13599. **El-Neját we El-Ittisál bi ain el-hayát**, effugium et adventus ad vitae fontem. Scripsit Sheikh *Abu'lcásim Mohammed Ben Ahmed Irácki* auctor libri *Mukteseb*, et ita orsus est: Laus Deo, qui peculiariter eos, qui cognitione Dei spiritali imbuti sunt, subtilitatibus arcanorum suorum donavit etc. — 13600. **El-Nejáh fi el-tasrif**, successus prosper de flexu formarum, auctore *Hosám-ed-dín Hosein Ben Ali Saghanácki*, [anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui flexum verborum grammaticum esse voluit etc. — 13601. **El-Nejáh fi sharh akhbár kitáb el-sihál**, successus prosper. Commentarius in traditiones veras a *Bokhári* relatas, de quo supra videndum est. Scripsit *Omar Nesefi*, qui post mentionem auctoritatum: Hae sunt, inquit, quinquaginta variae viae ad auctoritates libri *Bokhári*ci *Sahíh* usque ad primum auctorem relatas, ut inter Sheikhos meos notae erant. — 13602. **Nojabá el-abná**, praestantissimi filiorum praecocium, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Tzafer Ben Ahmed Sickilli*, anno 565 (inc. 25. Sept. 1169) mortuo. — 13603. **El-Nojh**, felix successus de concedenda pace. Pertinet ad Consessus a *Soyúti* editos. — 13604. **Nejd el-feláh**, via felicitatis. Epitome ex *Jauheri*i lexico *Sihâh*, de quo supra dictum est. — 13605. **El-Nejedát**, casus adversi de expositione negligentiae, quam Deum adoraturi in procumbendo admittunt, auctore Sheikh *Cásim Ben Cotluboghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. — 13606. **El-Nejdíyát**, *Nejdí*tica de genealogia,

فى الف بيت لابى المظفر محمد بن احمد الابيوردى المتوفى سنة ٥٠٧ اوله ان احقّ ما تصرف به الهمم الخ شرحه شرف الدين احمد بن عمر بن عثمان الجندى اوله حامدًا لله ومصلّيا على نبيه الخ ١٣٦٠٧ النجم الثاقب فى اشرف المناقب لبدر الدين حسن بن عمر بن حبيب الحلبى الشافعى المتوفى سنة ٧٧٩ رتّب على ثلثين فصلا مختصر اوله الحمد لله الولى الحميد الخ الّفه فى رمضان سنة ٧٦٧ ١٣٦٠٨ نجم القران فى تلاوة القرآن للشيخ ابى المكارم علآء الدولة احمد بن محمد السمنانى المتوفى سنة ٧٣٦ ١٣٦٠٩ النجم من كلام سيّد العرب والعجم لابى العباس احمد بن معد الاقليشى المتوفى سنة ٥٥٠ شرحه ابو سعيد محمد بن مسعود الكازرونى [ المتوفى سنة ٧٥٨ ] ١٣٦١٠ نجم الوهّاج فى شرح المنهاج للدميرى ١٣٦١١ نجم القلوب رسالة للامام ابى القاسم عبد الكريم بن هوازن القشيرى المتوفى سنة ٤٦٥

---

auctore *Abu'lmotzaffer Mohammed Ben Ahmed Abiwerdi*, anno 507 (inc. 18. Jun. 1113) mortuo. Liber mille versus continet et ita incipit: Certe dignissimum, quo mentes occupatae sunt etc. — *Sheref-ed-dín Ahmed Ben Omar Ben Othmán Jondi* commentarium in eum edidit, qui ita incipit: Laudando Deum et pro ejus propheta precando etc. — 13607. El-Nejm El-Tháckib, stella fulgens de nobilissimo panegyricorum. Compendium in triginta sectiones distributum, quod *Bedr-ed-dín Hasan Ben Omar Ben Habíb Halebi* Shafiita, anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) mortuus, mense Ramadhán anni 767 (inc. 18. Sept. 1365) composuit et ita orsus est: Laus Deo, protectori laudando etc. — 13608. Nejm el-ckirán, stella conjunctionis duorum planetarum felicis de recitatione Corani cantica, auctore Sheikh *Abu'lmekárim Alá-ed-dewlet Ahmed Ben Mohammed Simnáni*, anno 736 (inc. 21. Aug. 1335) mortuo. — 13609. El-Nejm min kelám seyyid El-Arab we El-Ajem, stella ex oratione domini Arabum et Persarum effulgens, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Maadd Oclishi*, anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) mortuo. — *Abu Saíd Mohammed Ben Mes'úd Kázerúni*, [anno 758 (inc. 25. Jan. 1356) mortuus], commentarium in hunc librum edidit. — 13610. El-Nejm El-Wehháj, stella multum splendens. Commentarius in *Minháj el-tálibín* a *Demíri* compositus. — 13611. Nejm el-colúb, stella cordium. Tractatus, auctore Imám *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Hewázin Cosheiri*, anno 465 (inc. 17. Sept. 1072) mortuo. —

### ١٣٦١٢ علم النجوم

وهو علم يعرف به الاستدلال الى حوادث عالم الكون والفساد بتشكّلات فلكيّة وهي اوضاع الافلاك والكواكب كالمقارنة والمقابلة والتثليث والتسديس والتربيع الى غير ذلك وهو عند الاطلاق ينقسم الى ثلثة اقسام حسابيّات وطبيعيّات ووهميّات اما الحسابيّات وهي يقينيّة في علمها شرعًا واما الطبيعيّات كالاستدلال من انتقال الشمس في البروج الفلكيّة الى تغيير الفصول كالحرّ والبرد والاعتدال فليس بمردود شرعًا ايضا واما الوهميّات كالاستدلال الى الحوادث السفليّة خيرًا وشرًّا من اتّصالات الكواكب بطريق العموم والخصوص فلا استناد لها الى اصل شرعي ولذلك مردود شرعًا كما قال صلّى الله عليه وسلم اذا ذكر النجوم فامسكوا وقال تعلّموا من النجوم ما تهتدون به في البرّ والبحر ثم انتهوا الحديث وقال صلعم من آمن بالنجوم فقد كفر قالوا ان اعتقد انها مستقلّة في تدبير العالم قال الامام الشافعي رحمه الله المنجّم ان اعتقد ان المؤثّر الحقيقي هو الله تعالى لكن عادته سبحانه وتعالى جارية على وقوع الاحوال

### 13612. Ilm el-nojúm. Astrologia.

Haec est doctrina, qua ars cognoscitur, eventus hujus mundi generationis et corruptionis ex figurationibus coelestibus, quae positionibus sphaerarum et stellarum continentur, quales sunt earum conjunctio et oppositio, et quatenus trigonum, sextilem et tetragonum formant et quae sunt alia, concludendi et praedicendi. Quodsi de ea in universum loqueris, in tres partes dividitur, arithmeticas, physicas et judiciarias. — Partes arithmeticae certa scientia nituntur et lege licitae sunt. — Quod physicas attinet, qualis est conclusio ex solis migratione in Zodiaci signa ad mutationem temporum anni efficiendam, cujusmodi sunt calor, frigus et temperatio media, hae quoque lege minime rejiciuntur. — Denique ad partes judiciarias quod pertinet, qualis est eventuum terrestrium sive fausti sunt sive infausti conclusio et praedictio, observatis planetarum conjunctionibus, sive de re generali sive de casibus peculiaribus agitur, hae partes nullo fundamento legali stabiliuntur, eamque ob caussam lege reprobantur, prout propheta dixit: Quando stellae invocantur, abstinete. Idem dixit: Discite ex stellis, quomodo terra marique bene dirigamini, tum ad locum, quem petitis, pervenietis, et quae sunt reliqua traditionis verba. — Porro propheta dixit: Qui in stellas credit, impius est; siquidem, dicunt, credit, eas in regundo mundo ad suum tantum arbitrium agere. — Imám *Sháfi*, ut quidem *Sobki* in *Tabacát Kobrá* narrat: Si astronomus, inquit, credit, veram caussam efficientem Deum excelsum esse, Deum tamen mori suo in res accidentes stellarum motibus et positionibus solitis

بحركاتها واوضاعها المعهودة ففى ذلك لا بأس عندى كذا ذكره السبكى فى طبقاته الكبرى وعلى هذا يكون اسناد التأثير حقيقة الى النجوم مذموما فقط قال بعض العلماء ان اعتقاد التأثير بذاتها حرام وذكر صاحب مفتاح دار السعادة ابن قيم الجوزية فاطنب فى الطعن والتكفير فان قيل لِمَ لا يجوز ان يكون بعض الاجرام العلوية اسبابا للحوادث السفلية فيستدل المنجم العاقل من كيفية حركات النجوم واختلافات مناظرها وانتقالاتها من برج الى برج على بعض الحوادث قبل وقوعها كالطبيب المستدل بكيفية حركات النبض على حدوث العلة قبل وقوعها يقال يمكن على طريق اجراء العادة ان يكون بعض الحوادث سببا لبعضها لكن لا دليل فيه على كون الكواكب اسباب السعادة وعلل النحوسة لا حسا ولا عقلا ولا شرعا اما حسا فظاهر ان اكثر احكامهم ليست بمستقيمة كما قال بعض الحكماء جزئياتها لا تدرك وكلياتها لا تحقق اما عقلا فان علل الاحكاميين واصولهم متناقضة حيث قالوا ان الاجرام العلوية ليست بمركبة

---

vim concedere, ego quidem, quod offensioni sit, in hac sententia nihil invenio. — Et si res ita se habet, ea tantum opinio rejicienda est, quae revera effectum stellarum vi tribuit. — Vir quidam doctus: Credere, ait, stellas per se ipsas vim habere et caussas efficientes esse, crimen est lege prohibitum. — *Ibn Cayyim-eljauziyet*, libri *Miftâh dâr el-teâdet* auctor, qui tamen nimia in vituperando et impietatis accusando verba facit: Quodsi quis dicit, ait, cur fieri non possit, ut corpora quaedam coelestia caussae sint eventuum terrestrium, ita ut astronomus intelligens ex ratione motuum planetarum et variis eorum adspectibus et migrationibus ex alio Zodiaci signo in aliud eventus quosdam, antequam eveniant, eodem modo concludat et praesagiat, quo medicus ex ratione pulsuum arteriae morbum advenientem concludit, antequam appareat — quodsi quis ita quaerit, respondeas: Fieri potest posita lege consuetudinis agente, ut eventus alius caussa efficiens eventus alius sit; attamen minime inde concludendum est argumentum, planetas caussas esse felicitatis et effectores infelicitatis, neque si sensum, neque si rationem, neque si legem consulis. — Quodsi sensum spectas, manifestum est, plurima astrologorum praedicta judiciaria minime recte se habere, ut philosophus quidam dicit, eorum particularia animo non comprehendi et generalia certis argumentis non probari. — Quodsi rationem spectas, certe caussas astrologorum judiciariorum eorumque principia sibi invicem adversari vides, quatenus dicunt, corpora coelestia minime ex elementis composita esse, sed naturam quintam constituere; deinde vero Saturno planetae frigus et siccitatem, Jovi calorem et

من العناصر بل في طبيعة خامسة ثم قالوا ببرودة زحل ويبوسته وحرارة المشترى ورطوبته فاثبتوا الطبيعة الى الكواكب وغير ذلك واما شرعًا فمذموم بل ممنوع كما قال صلعم من اتى كاهنا بالنجوم او عرافًا او منجمًا فصدقه فقد كفر بما انزل على محمد الحديث وسبب المبالغة في النهى ثلثة ذكره الشيخ علاء الدولة في العروة الوثقى [قال على بن احمد النسوى علم النجوم اربع طبقات الاولى معرفة رقم التقويم ومعرفة الاسطرلاب حسب ما هو يتركب والثانية معرفة المدخل الى علوم النجوم ومعرفة طبايع الكواكب والبروج ومزاجاتها والثالثة معرفة حساب اعمال النجوم وعمل الزيج والتقويم والرابعة معرفة الهيئة والبراهين الهندسية على صحة اعمال النجوم ومن تصور ذلك فهو المنجم التام على التحقيق واكثر اهل زماننا قد اقتصروا من علم التنجيم على الطبقتين الاوليين وقليل منهم يبلغ الطبقة الثالثة ومن الكتب المصنفة (في علم النجوم) وفي الاحكام ابو قماش ادوار ارشاد بارع مختصر بارع تحاويل تنبيهات المنجمين تفهيم جامع الصغير درج الفلك سراج قرانات لطائف الكلام مجمل الاصول

---

humiditatem tribuunt, ita ut planetas viribus physicis subjectos esse diserte statuant, et quae sunt alia inter se contraria. — Si denique legem spectas, astrologia judiciaria rejicienda, imo potius prohibita est, ut propheta dicit: Qui hariolum beneficio astrorum praesagientem, aut divinatorem, aut astrologum adit, ut isti fidem habeat, certe iis nullam fidem habet, quae *Mohammedi* revelata sunt, et quae sunt reliqua traditionis verba. — Caussae autem, cur interdictum etiam atque etiam inculcandum sit, sunt tres, quas Sheikh *Alá-ed-dewlet* in *El-Orwet El-Wotkcá* recenset. — [*Ali Ben Ahmed Nesewi:* Astronomia, ait, quatuor gradibus constat. Primus gradus artem calendariographiae et cognitionem astrolabii continet, quatenus hoc componendum sit, secundus cognitionem isagogae in doctrinas astronomicas et cognitionem qualitatum naturalium planetarum et signorum Zodiaci eorumque temperamentorum, tertius cognitionem rationis operationum efficientium stellarum, consignationis tabularum astronomicarum et ephemeridum, quartus cognitionem figurae coeli et demonstrationum geometricarum ad veram operationum astrorum affectionem accommodatam. — Quos quatuor gradus qui accurate cognoverit et penitus perspexerit, hic certe et revera astronomus perfectus erit. — Jam plurimi aequalium in cognitione duorum priorum astronomiae graduum acquiescunt, et pauci tantum gradum tertium tangunt. — In scriptis de astronomia et astrologia judiciaria compositis numerantur haec: *Abu Cumásh* — *Edwár* — *Irshád* — *Bári'* — *Mokhtasar Bári'* — *Tekáwíl* — *Tenbihát el-monajjimín* — *Tefhím* — *Jámi' Saghír* — *Derej el-felek* — *Sirúj* — *Chiránát* — *Letáif*

مجموع ابن شرع مسائل القصرانی موالید]

١٣٦١٣ نجوم الزاهرات فی العمل بربع المقنطرات للشیخ عزّ الدین عبد العزیز بن محمد الوفائی الموقت بالجامع المؤیدی [المتوفی سنة ٨٧٦] اوله الحمد لله ربّ العالمین الخ ثم لخّصه وسمّاه بالدرر المنتشرات جمع فیه بین رسالتی شمس الدین محمد المزی وجمال الدین عبد الله المارديني وزاد عليهما ورتّب على مقدّمة وخمسة وعشرين بابًا الخ فرغ من تأليفه فی صفر سنة ٨٤٣ ١٣٦١٤ نجوم الزاهرة بتلخیص اخبار قضاة مصر والقاهرة لجلال الدین یوسف ابن شاهین سبط ابن حجر [الحنفی المتولّد سنة ٨٢٨ مجلّد] اوله الحمد لله الذی لا رادّ لقضائه الخ ذکر فیه انه لما ملّف رفع الاصر لجدّه وجد فیه بعض اعوار فی مواضع منها اسهابه فی بعض التراجم واجحافه فی بعضها ومنها اخلاله بتحریر من تکرّرت ولایته وببعض تراجم اهملها اصلا وسببه انّه مات قبل تحریره وتبییضه فالحق الهوامش وذیّله ثم لخّص محرّر التراجم

*el-kelám* — *Mojmel el-osúl* — *Mejmú' Ibn Sher'i'* — *Mesáil El-Casráni* — *Mewálid*]. —

13613. **El-Nojúm El-Záhirát**, stellae lucidae de usu quadrantis circulorum ad horizontem parallelorum, auctore Sheikh *Izz-ed-dín Abd-el-azíz Ben Mohammed Wefáyi* horarum observatore ad aedem primariam *Mowayyed*icam, [anno 876 (inc. 20. Jun. 1471) mortuo]. Ex hoc libro, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., serius potiora in epitome *El-Dorer El-Muntasherát* inscripta selegit. In *El-Nojúm* duos tractatus *Shems-ed-dín*i *Mohammed Mizzi* et *Jemál-ed-dín*i *Abdallah Máridíni* conjunxit additamentisque auxit, et librum in praefationem et viginti quinque capita distribuit etc. Absolvit compositionem mense Safer anni 843 (inc. 14. Jun. 1439). — 13614. **El-Nojúm El-Záhiret**, stellae lucidae in expositione selectarum judicum Misrensium et Cahirensium historiarum, auctore *Jelál-ed-dín Yusuf Ben Sháhín* [Hanefita], *Ibn Hajri Asçaláni* nepote [anno 828 (inc. 23. Nov. 1424) nato. Volumen], quod ita incipit: Laus Deo, cujus decretum aeternum nullo remedio amoliendum est etc. Auctor ibi narrat, librum *Raf'e' el-isr* pro avo suo *Ibn Hajr* cum describeret, se ibi variis locis maculas nonnullas deprehendisse. Huc pertinere nimiam ejus in aliis biographiis verbositatem, in aliis nimiam rerum maxime necessariarum praetermissionem, porro alias illum recognoscere intermisisse de iis judicibus capita, qui repetitis vicibus munere judicis fungebantur, in aliis biographiis hanc rem omnino neglexisse. — Caussa autem hujus negligentiae in eo est quaerenda, quod *Ibn Hajr* mortuus est, antequam librum elimare et nitide exscribere posset. — Jam *Ibn Sháhín* notas marginales adjecit et librum continuavit. Tum recognoscendo

مع ضمّ ذيل وفرغ من تلخيصه وتحريره سنة ٨٧١ ومن تبييضه سنة ٨٧٧ ١٣٦١٥ النجوم الزاهرة فى الجيب بغير مرى ودائرة لمحمد بن محمد الخليلى الموقت بالجامع السيفى بلبغ مختصر مشتمل على خمسة وعشرين باباً ١٣٦١٦ النجوم الزاهرة فى السبع المتواترة لابى عبد الله محمد بن سليمان المقدسى الحكرى الشافعى المتوفى سنة ٧٨١ فرغ من تأليفه سنة ٧٥٦ ١٣٦١٧ النجوم الزاهرة فى ملوك مصر والقاهرة فى مجلّدات لامير جمال الدين ابى المحاسن يوسف بن تغرى بردى الظاهرى مؤرخ مصر المتوفى سنة ٨٧٤ اوله الحمد لله الذى ايّد الاسلام بمبعث سيّد الانام الخ استفتحه بفتح مصر ومن حضرها من الصحابة ثم من وليها وما وقع فى زمانه ومن توفى من الاعيان بدأ فيه بولاية عمرو بن العاص الى الدولة الاشرفيّة الاينالية وهذا تأريخ كبير على السنوات ابتدأ فيه من الفتح العمرى الى زمانه وذكر من ولى مصر من السلاطين والنواب فى كلّ سنة [مبسوطًا] اصالة وملوك الاطراف والوقائع اجمالاً ضمنًا

biographias potiores cum delectu addito supplemento excerpsit, et hanc excerptionem et recognitionem anno 871 (inc. 13. Aug. 1466), exscriptionem nitidam anno 877 (inc. 8. Jun. 1472) absolvit. — 13615. El-Nojúm El-Záhiret, stellae lucidae de sinu geometrico sine quadrante (*Merí*) et circulo, auctore *Mohammed Ben Mohammed Khalíli* ad aedem cathedralem *Seif-ed-dewlet*i horarum observatore. Compendium eloquentia distinctum et viginti quinque capita continens. — 13616. El-Nojúm El-Záhiret, stellae lucidae de septem Corani recensionibus a pluribus candide traditis et nunquam addubitatis, auctore *Abu Abdullah Mohammed Ben Soleimán Mocaddesi 'Hokri* Shafiita, anno 781 (inc. 19. Apr. 1379) mortuo. Absolvit compositionem anno 756 (inc. 16. Jan. 1355). — 13617. El-Nojúm El-Záhiret fi molúk Misr we El-Cáhiret, stellae lucidae de regibus Aegypti et Cáhirae. Plura volumina, auctore Emír *Jemál-ed-din Abu'lmehásin Yusuf Ben Taghri Berdi Tzáhiri* Aegypti Historiographo, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuo. Exorsus est hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui religionem Islamicam legatione domini hominum adjuvit etc., ab expugnatione Aegypti et sociis prophetae, qui expugnationi interfuerunt; tum eos commemorat, qui Aegypto praefuerunt, et quid singulorum tempore acciderit, et qui ex viris spectatis mortui sint. Proficiscitur ibi a praefectura *Amru*i *Ben-elasi* usque ad dynastiam *Eshref*i *Inál*. Magna haec est historia secundum annos disposita, quae ab expugnatore *Amru* incipit et usque ad aetatem auctoris continuata est. Hic singulis annis Sultanos et praefectos, qui Aegypto praeerant, [uberius et] nulla re omissa enarrat, principes

[ وذكر من توفى من الاعيان والعلمآء والملوك ] واشار بزيادة النيل مبسوطا ونقصانه لما فتح السلطان سليم الديار المصرية وجد ذلك التاريخ واستحسنه فامر للمولى شمس الدين احمد ابن سليمان ابن كمال باشا المتوفى سنة ٩٤٠ ان يترجمه بالتركى وهو [ حينئذ ] قاضى بعسكر اناطولى فنقل فى منزل جزءا وبيّضه المولى حسن المعروف باشجى زاده ثم عرضه على السلطان فى الطريق هكذا نقل الى تمامه ولخّص المصنّف كتابه وسمّاه الكواكب الباهرة من النجوم الزاهرة الخ ذكر انّه اختصر حذرا من ان يختصره غيره على ترتيبه وفصوله واقتدى بذلك بجماعة من العلمآء كالذهبى والمقريزى فان الذهبى اختصر تاريخ الاسلام بسير النبلآء ثم اختصر سير النبلآء بالعبر ثم اختصر العبر بالاشارة الى وفيات الاعيان ١٣٦١٨ نجوم المريد ورجوم المريد لرضى الدين محمد بن ابراهيم ابن الحنبلى الحلبى [ المتوفى سنة ٩٧١ ] مختصر اوله ان انور غرّة ظهرت فى جبهة كروبيين التقرير الخ ذكر ان الصوفيّة طآئفة ترتجى الرحمة بذكرهم

autem exteros et eventa summatim et compresse, [et qui viri spectati, docti et principes mortui sint commemorat], Nilumque crescentem et decrescentem copiose describit. — Sultanus *Selím* cum terras Aegyptias expugnaret, haec historia, quam valde approbavit, reperiebatur. Itaque Mollam *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemálpasha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuum, qui [tum temporis] judex supremus Anatoliae erat, eam turcice vertere jussit. Jam partem in deversorio quodam vertit, quam a Molla *Hasan*, vulgo *Ashjizádeh* dicto, nitide exscriptam inter viam Sultano obtulit. Hac ratione historiae translationem ad finem perduxit. — Auctor ipse librum cum delectu in epitomen coegit ***El-Kewákib El-Báhiret min El-Nojúm El-Záhiret*** inscriptam etc. Se hoc fecisse narrat metu, ne quis alius epitomen ex ea conficeret secundum dispositionem et sectiones, quae sibi convenirent, hac re exemplum multorum virorum doctorum imitatus, ut *Dzehebi* et *Macrizi*. Ita *Dzehebi* ex historia Islami epitomen *Siyer el-nobalá* excerpsit, ex *Siyer el-nobalá* compendium *El-Ibar fi khabar men abar*, ex *El-Ibar* epitomen *El-Ishâret ila wefayát el-a'yán*. — 13618. **Nojúm el-moríd we Rojúm el-meríd**, stellae aspirantis et lapidatio Satanae rebellis, auctore *Redhi-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím Ibn-elhanbali Halebi*, [anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Certe nitidissimus splendor, qui in fronte principum angelorum Cherubim effulget, oratio est etc. — Theosophos dicit coetum esse, qui misericordiam suis

الا ان اسمهم في عصره وقد صار ينتظم فرقتين صالحة وطالحة فانتصر الاولى ورد على الثانية ورتب على مقدمة وعشرة ابواب وذكر في المقدمة فوائد حالهم وفي الباب الاول تنزيههم عن الاتحاد وفي الثاني تأويل ما ورد عنهم وفي الثالث تنزيههم عن الحلول وفي الرابع تأويل ما ورد عنهم مما يوهم الحلول وفي الخامس تنزيههم عن الاباحة وفي السادس تأويل ما ورد عنهم مما يوهم الاباحة وفي السابع تنزيههم عن التجسيم وفي الثامن تأويل ما ورد عنهم فيه وفي التاسع تنزيههم عن الالحاد وفي العاشر تأويل ما ورد عنهم فيه وفي الخاتمة فيما وجب اعتقاده وفرغ في خامس عشر شعبان سنة ٩٥٤ واهداه الى اسكندر بيك ١٣٦١٩ نجيب الظواهر في اجوبة الجواهر للاسنوي مر في الجيم ١٣٦٢٠ النحر في اعمدة البحر لابي العباس احمد بن يحيى ابن ابي بكر المعروف بابن ابي حجلة التلمساني المتوفى سنة ٧٧٦ ١٣٦٢١ نحلة الانسية في

---

Dei invocationibus speret. Attamen eorum nomen suo tempore duobus gregibus accommodandum esse, probo et pravo. Jam illum suo auxilio adjuvare et victoria ornare, hunc refutare studuit, et librum in praefationem et decem capita disposuit. In praefatione adnotationes utiles affert, quae illorum statum spectant — in primo capite eos a suspicione unificationis duarum substantiarum purgare studet — in secundo exponere scripta et verba, quae ab iis de hac quaestione in medium prolata sunt — in tertio suspicionem removere studet, eos credere, naturam divinam cum humana in una persona uniri posse — in quarto ea dicta exponere in medium prolata, quae suspicionem hujus unitionis movere potuissent — in quinto suspicionem propulsare, illos voluptatis libidines licitas esse credere — in sexto explicare dicta ab iis in medium prolata, quae suspicionem hujus opinionis excitare potuissent — in septimo removere suspicionem, eos credere, Deo qualitates corporeas attribuendas esse — in octavo explicare eorum dicta, quae hanc eorum opinionis suspicionem commovere potuissent — in nono liberare suspicione, eos declinationem a vero et justo licitam esse credere — in decimo explicare eorum dicta divulgata, quae hanc suspicionem movere potuissent. Conclusio denique de iis confessionis dogmatis agit, quibus necessario fides habenda est. Auctor librum die quinto decimo mensis Sha'bán anni 954 (inc. 21. Febr. 1547) absolvit, et *Iskender Bego* obtulit. — 13619. Nejíb el-tzawáhir, liber nobilis probationum perspicuarum de responsis ad librum *Jewáhir* ab *Esnewi* compositum redditis, de quo supra in litera *Jim* videndum est. — 13620. El-Nahr fi a'midet el-bahr, jugulatio de columnis maris, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya Ben Abi Bekr Tilimsáni*, vulgo *Ibn Abi Hajla* dicto et anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 13621. Nahlet el-onsiyet, apis

الرحلة القدسية للشيخ جمال الدين محمد بن محمد ابن نباتة المتوفى سنة ٧٦٢

### ١٣٦٢٢ علم النحو

[تعريفه وموضوعه مستغن عن التعريف مشهورة الكتب المؤلفة فيه الابنية الفية ابن مالك الفية ابن معطى اشارات افتتاح اوضح المسالك انموزج اصباح اقليد اسرار العربية ارشاد اصول النحو ازهية اوثق الاسباب ارشاد السالك ارتشاف الضرب برهان بسيط الاعراب تخبير توضيح تهذيب الفصول تسهيل الفوائد تحفة الطلاب تصريح خالد تحفة الشافية تمرين الطلاب تحفة الوافية جمل جامع الصغير جمل الهادية جمل زجاجي خصائص النحو خزانة اللطائف رفع الستور ربط الشوارد شذور الذهب شرح ديباجة ضوء شرح مصباح عوامل عمدة الحافظ عنوان الافادة عنقود عقود اللمع غرة المخفية فصول فاخر قواعد الاعراب قطر الندى كافية كفاية كفاية الغلام لباب لب الالباب لب لمع مغني اللبيب متوسط مفصل ملحة ملخص مقدمة الجزولي مقدمة على بن عيسى معرب مغني الصغرى موصل الطلاب مرشدة الطلاب

---

familiaritatis de itinere Hierosolymitano, auctore Sheikh *Jemâl-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ibn Nebâta*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. —

### 13622. Ilm el-nahw. Syntaxis.

[Definitio et objectum hujus doctrinae tam nota sunt, ut omni expositione carere possint. Celeberrimi de ea scripti libri sunt hi: *Abniyet* — *Alfiyet Ibn Mâliki* — *Alfiyet Ibn Mo'tî* — *Ishârât* — *Iftitâh* — *Audhah el-mesâlik* — *Inmûzej* — *Isbâh* — *Iclîd* — *Asrâr el-arebîyet* — *Irshâd* — *Osûl el-nahw* — *Azehîyet* — *Authac el-asbâb* — *Irshâd el-sâlik* — *Irtishâf el-dharab* — *Borhân* — *Besît el-i'râb* — *Takhbîr* — *Taudhîh* — *Tehdzîb el-fosûl* — *Tes'hîl el-fewâid* — *Tohfet el-tollâb* — *Tasrîh Khâlidi* — *El-Tohfet El-Shâfiyet* — *Temrîn el-tollâb* — *El-Tohfet El-Wâfiyet* — *Jomel* — *El-Jâmi' El-Saghîr* — *El-Jomel El-Hâdiyet* — *Jomel Zejjâji* — *Khasâis el-nahw* — *Khizânet el-letâif* — *Raf'o' el-sotûr* — *Rabt el-shewârid* — *Shodzûr el-dzeheb* — *Sharh Dîbâjet* — *Dhau Sharh Misbâh* — *Awâmil* — *Omdet el-hâfitz* — *Onwân el-ifâdet* — *Ancûd* — *Ocûd el-lam'i* — *El-Ghorret El-Makhfiyet* — *Fosûl* — *Fâkhir* — *Cawâid el-i'râb* — *Catar el-nedâ* — *Kâfiyet* — *Kifâyet* — *Kifâyet el-gholâm* — *Lobâb* — *Lubb el-albâb* — *Lubb* — *Lomao'* — *Moghni el-lebîb* — *Motewassit* — *Mofassal* — *Molhat* — *Molakhkhas* — *Mocaddimet El-Jozûli* — *Mocaddimet Alii Ben Musa* — *Mo'rib* — *Moghni El-Soghra* — *Mowassil el-tollâb*

محصول مصباح مستشهد مقدمة ابن بابشاذ منحة مقصد المسالك مرتجل مقاليد مشكاة
معرفة الاعراب معانى الحروف وافية هداية ]

١٣٦٢٣ نحو الفقهاء لسعيد بن احمد الميدانى [ الاديب ] المتوفى سنة ٥٣٩. ١٣٦٢٤
نحو القلوب من كلام الاستاذ ابى القاسم عبد الكريم بن هوازن القشيرى اوله الحمد لله الذى
اودع الحكمة اهلها الخ ١٣٦٢٥ النحو الكثير للشيخ ابى بكر محمد بن احمد ابن الخياط
النحوى المتوفى سنة ٣٢٠. ١٣٦٢٦ النحو المبتغى لمعانى ينبغى لشهاب الدين احمد بن
عبد الله الغزى المتوفى سنة ٨٢٢. ١٣٦٢٧ نخب الذخائر فى احوال الجواهر رسالة لطيفة اوله
الحمد لله كفاء افضاله الخ لمحمد بن ابراهيم بن ساعد الانصارى [ السنجارى المعروف بابن
الاكفانى المتوفى سنة ٧٤٩ ] لخص فيه كلام المتقدمين والمتأخرين بين الحكماء فى ذكر الجواهر
النفيسة واصنافها وصفاتها ومعادنها المعروفة وقيمتها المشهورة وخواصها ومنافعها ١٣٦٢٨
نخب الطرائف فى النكت الشرائف للشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب

— *Morshidet el-tollâb* — *Mahsûl* — *Misbâh* — *Mostashhed* — *Mocaddimet Ibn Bâbezhâdz* — *Minhat* — *Macsad el-mesâlik* — *Mortejel* — *Mecâlîd* — *Mishkât* — *Ma'rifet el-Irâb* — *Meâni el-horûf* — *Wâfiyet* — *Hidâyet* ]. —

13623. **Nahw el-focahâ**, intentio jurisconsultorum, auctore *Saîd Ben Ahmed Meidâni* [Philologo], anno 539 (inc. 4. Jul. 1144) mortuo. — 13624. **Nahw el-colûb**, intentio cordium ex dictis doctoris *Abu'lcâsim Abd-el-kerim Ben Hewâzin Cosheiri*. Liber ita incipit: Laus Deo, qui sapientiam dignis servandam commisit etc. — 13625. **El-Nahw El-Kethîr**, syntaxis magna, auctore Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Ibn-elkhayyât* Grammatico, anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuo. — 13626. **El-Nahw El-Mobteghi**, intentio quaesita significationes spectans, quae voci *yanbaghi* (decet) tribuendae sint, auctore *Shehâb-ed-dîn Ahmed Ben Abdallah Ghazzi*, anno 822 (inc. 28. Jan. 1419) mortuo. — 13627. **Nukhab el-dzakhâir**, electi thesaurorum de affectionibus gemmarum, auctore *Mohammed Ben Ibrâhîm Ben Sâid Ansâri* [*Sinjâri*, vulgo *Ibn-elakfâni* dicto et anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo]. Tractatus elegans, qui ita incipit: Laus Deo talis, qualis pro ejus praeclara beneficentia sufficit etc. Dicta majorum et recentiorum inter philosophos auctor cum delectu hic congessit, quae de gemmis pretiosis, variis earum generibus, qualitatibus, fodinis cognitis, pretio vulgari, proprietatibus singularibus et utilibus agunt. — 13628. **Nukhab el-tzarâif**, elegantiae selectae de acute dictis excellentibus, auctore Sheikh *Majd-ed-dîn Abu Tâhir Mohammed Ben Ya'cûb*

الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ نظمه محمد الشمنى المتوفى سنة شرح المنظومة ابنه تقى الدين ابو العباس احمد المتوفى سنة ٨٧٢ ١٣٦٢٩ نخب المنتخب للشيخ ابى الفرج ابن الجوزى ١٣٦٣٠ نخبة الاعراب مختصر كالكافية والشذور على طريق التعداد على ثلثة ابواب اوله الحمد لله الظاهر قدرته الخ ١٣٦٣١ نخبة التواريخ تركى فى مجلّدين لمحمد ابن محمد الادرنوى المتوفى سنة ١٠٥٠ جمع فيه الملوك الاسلاميّة الى سبع وثمانين دولة واهداها الى السلطان عثمان سنة ١٠٣٠ وقد كنت راغبا فى تحصيله برهة من الدهر الى ان قدم مؤلّفه مع تأليفه وزارنى بواسطة ولده فاكرمته واسعفت ما استمدّنى منى من نوادر الكتب مثل ذيل الشقائق لابن النوعى ثمّ لمّا ترك عندى كتابه بخطّه رأيت انّه مترجم من تأريخ الجنابى مع فوات كثير والحاق يسير فلم يعجبنى ذلك فكان من قبيل تسمع بالمعيدى خير من ان تراه ١٣٦٣٢ نخبة الدهر فى عجائب البرّ والبحر مجلّد للشيخ شمس الدين ابى عبد الله محمد

***Fîrûzâbâdi Shîrâzi***, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — ***Mohammed Shemeni***, anno . . . mortuus, eas metrice exaravit, et in hanc metricam circumscriptionem ***Tacki-ed-dîn Abu'labbâs Ahmed*** ejus filius, anno 872 (inc. 2. Aug. 1467) mortuus, commentarium edidit. — 13629. **N u k h a b  e l - m u n t e k h a b**, selectissimae rerum selectarum, auctore Sheikh ***Abu'lfaraj Ibn-eljauzi***. — 13630. **N u k h b e t  e l - i'r á b**, selecta ex doctrina flexionum finalium. Compendium libris ***Kâfiyet*** et ***Shodzûr*** simile, quod enumerationem singularum quaestionum grammaticarum sequitur, in tria capita dispositum est, et ita incipit: Laus Deo, qui potentia praefulget etc. — 13631. **N u k h b e t  e l - t e w á r í k h**, historiae selectae potiores turcice scriptae a ***Mohammed Ben Mohammed Edrenewi***, anno 1050 (inc. 3. Apr. 1640) mortuo. Duo volumina, in quibus auctor reges Islamicos usque ad octoginta septem dynastias collegit, et Sultano ***Othmân*** ea anno 1030 (inc. 16. Nov. 1620) obtulit. — Per longum temporis spatium desiderio libri acquirendi tenebar, donec auctor cum opere veniret meque intercedente filio suo visitaret. Honorifice eum excepi et iis libris raris adjuvi, quos a me in auxilium petiit, v. c. appendice ab ***Ibn-elnaui*** in ***El-Shecâïc*** edita. Deinde cum librum manu sua scriptum apud me reliquisset, illum ex historia ***Jennâbî*** translatum esse vidi multis praetermissis et paucis additis. Mirari hoc satis non potui, et haec res talis est, in quam proverbium quadrat „De ***Al-Moaidi*** alios audire melius est quam eum videre". — 13632. **N u k h b e t  e l - d a h r**, res temporis selectae de miraculis terrae marisque, auctore Sheikh ***Shems-ed-dîn Abu Abdallah Mohammed***

ابن ابى طالب الانصارى الصوفى الدمشقى شيخ الربوة اوله الحمد لله الذى خلق السموات والارض الخ وهو على سبعة ابواب ككتاب عجائب المخلوقات ١٣٦٣٣ نخبة الفتاوى ١٣٦٣٤ نخبة الفكر فى مصطلح اهل الاثر متن متين فى علوم الحديث للحافظ شهاب الدين احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ وشرحها المسمّى نزهة النظر فى توضيح نخبة الفكر له ايضا وشرح الشرح على بن السلطان محمد الهروى القارئ المتوفى سنة ١٠١٤ وسمّاه مصطلح اهل الاثر على شرح نخبة الفكر وشرح الشرح المسمّى باليواقيت والدرر للشيخ محمد المدعو بعبد الرؤف المناوى الحدادى المتوفى سنة ١٠٣١ اوله الحمد لله الذى جعل اهل الحديث فى الحديث والقديم الخ قال كنت سُئلتُ مرارًا فى وضع شرح على شرح النخبة فسوّدت اكثره ثم حال دون اتمامه وتبييضه فبيّضت ما كنت سوّدت وابرزت ممّا عن الناس كتمته ضامًا اليه ما لاسلافنا فاورد ترجمة المصنّف وقال قد انتهى شرح الشرح مع انتهآء

---

*Ben Abi Tâlib Ansâri Sufi Dimeshcki* Superiore monasterii Rubwet. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, coelorum et terrae creatori etc., et ut liber *Ajâib el-makhlucât* in septem capita dispositum est. — 13633. Nukhbet el-fetâwi, melior pars responsorum juridicorum. — 13634. Nukhbet el-fiker, delectus cogitationum de terminis technicis traditionariorum, auctore Hâfitz *Shehâb-ed-dîn Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascalâni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. Textus tam compactus de doctrinis traditionariis, ut non sine difficultate ejus argumentum intelligi possit. Auctor ipse in eum commentarium composuit *Nuzhet el-natzâr fi taudhîh Nukhbet el-fiker* inscriptum. In hunc commentarium *Ali Ben-elsultân Mohammed Herewi* Corani Lector, anno 1014 (inc. 9. Mai. 1605) mortuus, novum commentarium edidit *Mostalah ahl el-ather ala sharh Nukhbet el-fiker* inscriptum. Pariter Sheikh *Mohammed Monâwi Haddâdi*, vulgo *Abd-el-rawûf* dictus et anno 1031 (inc. 6. Nov. 1621) mortuus, commentarium novo commentario instruxit *El-Yewâckit we El-Dorer* inscripto, qui ita incipit: Laus Deo, qui traditionarios recentiore et antiquo tempore esse voluit etc. — Rogabar, ait, identidem, ut commentarium in commentarium libri *Nukhbet el-fiker* componerem, et certe maximam partem primis lineis conscripsi. Haec deinde intacta jacebat, nec absoluta nec nitide exscripta erat. Tunc nitide exaravi, quae primis lineis conscripseram, et, quae homines celavi, in lucem emisi, ea addens, quae majores ea de re disseruerant. Praeterea biographiam auctoris adjecit. — Jam, inquit, commentarius in commentarium eodem tempore finitus est,

المحرم الثاني سنة اربع وعشرين بعد الالف وشرح النخبة كمال الدين محمد المذكور قبل المصنّف وسمّاه نتيجة النظر في شرح نخبة الفكر ونظمها ابن الصيرفي احمد بن الصدقة المتوفى سنة ٩٠٥ [وشرحه المولى محمد اكرم بن عبد الرحمن المكي المتوفى سنة شرحًا ممزوجًا وسمّاه امعان النظر في توضيح نخبة الفكر] وعليه حاشية للشيخ ابراهيم اللقاني [المتوفى سنة ١٠٤٠] ونظمها ايضا محمد الشمني فرغ عنها في شوال سنة ٨١٤ ثم شرح هذا النظم ولده تقي الدين احمد وسمّاه عالي الرتبة في شرح نظم النخبة وعليه تعليقة للشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفي ونظم النخبة الشيخ شهاب الدين احمد بن محمد الطوخي المتوفى سنة ٨٩٣ ونظمها منصور الطبلاوي سبط الناصر الطبلاوي اوله الحمد لله على علم السنن الخ واتمّها سنة ١٠١٠ ونظم القاضي برهان الدين محمد بن ابي اسحق المقدسي المتوفى في حدود سنة ٩٠٠

١٣٦٣٥ نخبة الفكر في المنطق لابن واصل [محمد بن سالم الحموي الشافعي المتوفى سنة ٦٩٠]

١٣٦٣٦ نخبة في خلاصة

---

quo mensis sacer secundus anni 1024 (inc. 21. Jan. 1615) exiit. Porro *Kemál-ed-dín Mohammed* supra commemoratus, antequam auctor commentarium suum edidit, *El-Nukhbet* commentario instruxit *Netíjet el-natzar fi sharh Nukhbet el-fiker* inscripto, et *Ahmed Ben-elsadaca*, vulgo *Ibn-elseirefi* dictus et anno 905 (inc. 8. Aug. 1499) mortuus, metrice exaravit. [Molla *Mohammed Ekrem Ben Abd-el-rahman Mekki*, anno . . . mortuus, commentarium composuit cum textu admixto, *Im'án el-natzar fi taudhíh Nukhbet el-fiker* inscriptum], ad quem Sheikh *Ibráhím Locáni*, [anno 1040 (inc. 31. Jul. 1630) mortuus], glossas edidit. Porro *Mohammed Shemeni* eam metrice circumscripsit, et hanc recensionem, in quam filius ejus *Tacki-ed-dín Ahmed* commentarium titulo *Ali el-rotbet fi sharh natzm El-Nukhbet* insignitum scripsit, mense Shewwál anni 814 (inc. 25. Apr. 1411) absolvit, et Sheikh *Cásim Ben Cotluboghá* Hanefita scholia in publicum émisit. — Denique metricas recensiones libri *Nukhbet* ediderunt Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Tukhi*, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus — *Mansúr Teblâwi* nepos *Násiri Teblâwi*, cujus carmen ita incipit: Laus Deo pro scientia effatorum propheticorum etc., et anno 1010 (inc. 22. Jun. 1601) ad finem perductum est — et Cádhi *Borhân-ed-dín Mohammed Ben Abi Is'hac Mocaddesi*, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus. — 13635. **Nukhbet el-fiker**, melior pars cogitationum selecta de logica, auctore [*Mohammed Ben Sâlim Hamawi* Shafiita, vulgo] *Ibn Wásil* [dicto et anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuo]. — 13636. **El-Nukhbet fi khilásat el-amrádh el-háddet**, delectus potiorem

الامراض الحادة لموفق الدين البغدادي المذكور في الانصاف ١٣٦٣٧ نخبة المؤانسة من كتاب المجالسة سبق ذكره ١٣٦٣٨ نخلستان فارسي ككلستان لقره فضلي [محمد المعروف بابن السراج] الرومي الشاعر المتوفى سنة ٩٧٠ [لكن ذكر عاشق چلبي في تذكرته بانّه تركي] ١٣٦٣٩ نديم الفريد لابي علي ابن مسكويه [احمد بن محمد بن يعقوب المتوفى سنة ٤٢١] ١٣٦٤٠ نديم الكئيب وحبيب الحبيب لشهاب الدين احمد بن محمد الحجازي الشاعر المتوفى سنة [٨٧٥ قلت ذكر السخاوي في الامتنان ان اسم الكتاب حبيب الحبيب ونديم الكئيب يشتمل على مقاطيع وهو مرتب على حروف المعجم] ١٣٦٤١ نرجس الاسماء وياسمين المسمّى ذكره البوني ١٣٦٤٢ نرجس القلوب والدالّ الى حريق المحبوب للشيخ الامام جمال الدين ابي الفرج عبد الرحمن بن علي ابن الجوزي اوله الحمد لله الحكيم القادر الخ ١٣٦٤٣ نزل السائرين في احاديث سيد المرسلين للسيد محمود بن محمد ابن محمود الدركزيني الطالبي القرشي المتوفى سنة ٩١١ ١٣٦٤٤ النزوع الى الاوطان للامام

partem morborum acutorum continens, auctore *Mowaffac-ed-din Baghdádi* sub *El-Insáf* commemorato. — 13637. Nukhbet el-mowáneset delectus consuetudinis e libro *Mojáleset*, cujus supra mentio facta est. — 13638. Nakhlistán, palmetum. Opus persicum *Gülistáno* simile a *Carah Fadhli* [*Mohammed*] *Rumi* Poeta, [vulgo *Ibn-elserráj* dicto et] anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuo editum. [Attamen *Ashic Jelebi* in sua *Tedzkiret* illud turcice scriptum esse narrat]. — 13639. Nedím el-ferid, sodalis solitarii, auctore *Abu Ali* [*Ahmed Ben Mohammed Ben Ya'cúb*, vulgo] *Ibn Miskaweih* [dicto et anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuo]. — 13640. Nedím el kaíb, sodalis moesti et amicus amici, auctore *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Hijázi* Poeta, anno [875 (inc. 30. Jun. 1470)] mortuo. [Commemorat, inquam, *Sekháwi* in suo *Imtinán*, titulum libri *Habíb el-habíb we Nedím el-kaíb* esse. Continet carmina breviora et alphabetice dispositus est]. — 13641. Nerjis el-asmá, narcissus nominum et jasminum nominati. Librum *El-Búni* laudat. — 13642. Nerjis el-colúb, narcissus cordium et dux ad ardorem dilecti, auctore Sheikh et Imâm *Jemál-ed-din Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi.* Liber ita incipit: Laus Deo sapienti, potenti etc. — 13643. Nozol el-sáirín, hospitium peregrinantium de traditionibus principis legatorum, auctore Seyyid *Mahmúd Ben Mohammed Ben Mahmúd Derkizíni Tálibi Coreshi*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 13644. El-Nozú' ila el-aután, desiderium ad loca patria redeundi,

ابى سعد عبد الكريم بن محمد السمعانى المتوفى سنة ٥٦٢ ١٣٦٤٥ نزول الرحمة فى التحدث بالنعمة للسيوطى ذكره فى فهرسه فى الادب والنوادر

١٣٦٤٦ علم نزول الغيث

وهو باحث عن كيفية الاستدلال باحوال الرياح والسحاب والبرق الى نزول المطر

١٣٦٤٧ نزول الغيث حاشية على شرح لامية العجم مرّ ١٣٦٤٨ نزهة الابرار فى مناقب الاخيار مناقب ابى حنيفة واصحابه [مختصر] ١٣٦٤٩ نزهة الابرار فى مناقب الشيخ ابى العباس احمد الحرار المصرى لابى العباس احمد بن محمد القسطلانى المصرى المتوفى سنة ٩٢٣ الفه حين ولاية مشيخته بالقرافة ١٣٦٥٠ نزهة الابرار ونخبة الاخبار فى سيرة النبى المختار صلعم فارسى ١٣٦٥١ نزهة الابصار فى اوزان الاشعار لابى العباس العنتابى ١٣٦٥٢ نزهة الابصار فى الحديث لابى عبد الله محمد بن محمد الفضائلى الرازى ذكر فى فضائل

---

auctore Imám *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed Sem'áni*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuo. — 13645. **Nozúl el-rahmet**, revelatio misericordiae colloquium de gratia divina continens, auctore *Soyúti*. Commemorat tractatum in indice scriptorum suorum de humanitate et dictorum rarorum speciminibus. —

13646. **Ilm nozúl el-gheith.** Doctrina signorum, quibus pluviae praesagiuntur.

Haec doctrina de ratione quaerit ex affectionibus ventorum, nubium et fulminum pluviam ingruentem praesagiendi. —

13647. **Nozúl el-gheith**, pluvia cadens. Glossae ad commentarium in carmen *Lámiyet el-ajem*, de quo supra dictum est. — 13648. **Nuzhet el-abrár**, oblectamentum justorum de panegyricis optimorum. [Compendium], quod laudes *Abu Hanífae* ejusque sociorum praedicat. — 13649. **Nuzhet el-abrár**, oblectamentum justorum de laudibus Sheikhi *Abu'labbás Ahmed Harrár Misri*. Composuit *Abu'l-abbás Ahmed Ben Mohammed Castaláni Misri*, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuus, cum in coemiterio Carafa prope Fostát munere illius Sheikhi fungeretur. — 13650. **Nuzhet el-abrár we Nukhbet el-akhbár**, oblectamentum justorum et delectus historiarum. Biographia persice scripta prophetae electi. — 13651. **Nuzhet el-absár**, oblectamentum intellectuum de mensuris carminum, auctore *Abu'labbás Aintábi*. — 13652. **Nuzhet el-absár**, oblectamentum intellectuum de re traditionaria, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed Fedháili Rázi*. Commemoratur in *Fedháil*

العشرة ١٣٦٥٣ نزهة الابصار للشيخ ابن الساعى على بن انجب البغدادى المتوفى سنة ٦٧٤
١٣٦٥٤ نزهة الاحباب لزين الدين احمد بن احمد الشرجى الزبيدى الحنفى المتوفى سنة ٨٩٣ فى
مجلّد كبير يتضمّن اشيآء كثيرة من اشعار ونوادر وحكايات ١٣٦٥٥ نزهة الاخوان وتحفة
الخلان رسالة للسيوطى اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ يجعلها فى صاحب الذوق ومسلوبه
١٣٦٥٦ نزهة الاخبار فى ابتدآء الدنيا وقدر القوى الجبار لعلآء الدين الطيّبى الانصارى
وتليه نبذة فى ذكر النيل وعجآئبه اوله الحمد لله الذى اوجد المخلوقات من العدم الخ
ترجمته بالتركيّة كالمتن والشرح ١٣٦٥٧ نزهة الادب لابى سعيد منصور بن الحسين الابى
الوزير المتوفى سنة ٤٢١ ١٣٦٥٨ نزهة الادب للشيخ ابى محمد الاسود ١٣٦٥٩ نزهة الاذهان
فى اصلاح الابدان للشيخ داود الانطاكى المتوفى سنة ١٠٠٨ اوله يا من تحدث له جباه الاجرام الخ
رتّب على مقدّمة وسبعة فصول وخاتمة ١٣٦٦٠ نزهة الاذهان فى تاريخ اصفهان مجلّد للشيخ

munere Sheikhi ad templum prophetae Medinense mense Rebí' II. anni 982 (inc. 23. Apr. 1574) honoratus est. Commentarius ita incipit: Laus Deo, qui servo suo librum revelavit etc., et auctor narrat, in recensione *Hafsi*, qui auctoritatem *Asimi* sequebatur, se acquievisse. — 13761. **Nisá el-kholafá**, feminae Khalifarum tam liberae quam servae. Historia, auctore *Ali Ben Anjeb Baghdádi* Historiographo, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuo. — 13762. **Nesáim el-mahabbet**, halitus leves amoris. Translatio turcica libri *Nafahát el-uns* a Weziro *Mir Alishir*, vulgo *Newáyi* dicto et anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo, confecta. — 13763. **Nuskhat el-hacc**, exemplar veritatis, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Ibn Arabi*. In hoc compendio, quod ita incipit: Laus Deo, qui hominem perfectum creavit etc., auctor de homine, ejus existentiae arcano et miris indolis dotibus disputat. — 13764. [**Nuskhat el-wojúd**, exemplar existentiae de historia status rerum existentium, auctore Sheikh perfecto *Mohammed Ben Ahmed Ben Saíd Ben Mes'úd Mekki*, honorifice *Táhir* et vulgo *Ibn-Ackíla* cognominato. Ibi prophetas, quibus salus sit, Khalifas, reges, Sultanos, viros doctos celebriores ab initio mundi usque ad aetatem suam recenset et ad finem de iis agit, quae extremum judicium spectant. Absolvisse se dicit compositionem mense Jomádzi I. anni 1123 (inc. 8. Febr. 1711)]. — 13765. **Neseb beni Abd-el-shems**, genealogia liberorum *Abd-el-shemsi*, auctore *Abu'lfaraj Ali Ben Hosein Isfaháni*, anno . . . mortuo. Idem genealogias *Sheibáni*-

وبنى كلاب ١٣٧٦٦ نسب عدنان وقحطان لابى العباس محمد بن يزيد المبرّد النحوى
المتوفى سنة ٢٨٥ ١٣٧٦٧ نسمة الصبا من نظم الصباء ديوان ابى بكر بن احمد الحلبى
الشاعر المتوفى سنة ٨٦٨ ١٣٧٦٨ النسمات الفائحة فى آيات الفاتحة لتاج الدين ابن الدريهم
على بن محمد الموصلى المتوفى سنة ٧٦٢ ١٣٧٦٩ نسيب الاحباب لغة منظومة بالفارسيّة
١٣٧٧٠ نسيم الروح لابى بكر مبارك بن كامل الخفاف ذكره ابن النجار ١٣٧٧١ نسيم الرياض
فى الموعظة لابى الفرج ابن الجوزى [ وهو مختصر فى الموعظة على عشرين فصلا ] ١٣٧٧٢
نسيم السحر فى الادب ذكره صاحب قانون الادب ١٣٧٧٣ نسيم السحر للشيخ ابى الفرج
عبد الرحمن بن على ابن الجوزى وهو مختصر فى الموعظة على عشرين فصلا ١٣٧٧٤
نسيم الصبا مختصر على ثلثين فصلاً فيه انواع من البديع على ما علمت على عادة مؤلّفه وهو
بدر الدين ابو محمد حسن بن عمر بن حبيب الحلبى المتوفى سنة ٧٧٩ اوله اما بعد حمد الله
الذى اعلا مقام اهل الادب الخ ١٣٧٧٥ نسيمات السحر ونفحات الزهر فى الموشحات

---

dorum, *Tha'lebi*darum et *Kilábi*darum edidit. — 13766. **Neseb Adnán we Cahtán**, genealogia *Adnáni* et *Cahtáni*, auctore *Abu'labbás Mohammed Ben Yezíd Mobarred* Grammatico, anno 285 (inc. 28. Jan. 898) mortuo. — 13767. **Nesemet el-sabá**, flatus Euri e carminibus juventutis. Diwanus carminum *Abu Bekri Ben Ahmed Halebi* Poetae, anno 868 (inc. 15. Sept. 1463) mortui. — 13768. **El-Nesemát El-Fáihat**, halitus diffusi de versibus primae Suratae *Fátiha*, auctore *Táj-ed-dín Ali Ben Mohammed Mausili*, vulgo *Ibn-eldoreihim* dicto et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 13769. **Nesíb el-ahbáb**, carmen amorem dilectorum celebrans. Lexicon persicum metrice compositum. — 13770. **Nesím el-rúh**, aura spiritus, auctore *Abu Bekr Mobárek Ben Kámil Khaffáf*. Commemoratur ab *Ibn-elnejjár*. — 13771. **Nesím el-riyádh**, aura hortorum, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi*. [Compendium] paraeneticum [in viginti sectiones distributum]. — 13772. **Nesím el-sihr**, aura magica. Liber philologicus, quem auctor operis *Cánún el-edeb* commemorat. — 13773. **Nesím el-sihr**, aura magica, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi*. Compendium paraeneticum in viginti sectiones distributum. — 13774. **Nesím el-sabá**, aura Euri. Compendium in triginta sectiones distributum, quod convenienter consuetudini, quam in auctore cognosco, varia ornatae dictionis genera continet. Auctor est *Bedr-ed-dín Abu Mohammed Hasan Ben Omar Ben Habíb Halebi*, anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) mortuus, et compendium ita incipit: Praemissa laude Dei, qui dignitatem philologorum extulit etc. — 13775. **Nesímát el-sihr**, aurae magicae

للشيخ محيى الدين ابى عبد الله محمد بن على بن احمد السودى الشهير بالهادى المتوفى سنة ٩٣٢ ‎١٣٧٧٦‎ [نشر الانفاس فى فضائل زمزم وسقاية العبّاس للشيخ خليفة بن ابى الفرج ابن محمد الزمزمى البيضاوى المكى الشافعى المتوفى فى نيف وستين والف اوله الحمد لله الذى شرف زمزم على سائر المياه الخ] ‎١٣٧٧٧‎ نشر الخزام فى فضائل الشأم رسالة فى وصف المعاب . ‎١٣٧٧٨‎ نشر الريحان فى فضل المتحابّين فى الله من الاخوان للامام عبد الله ابن اسعد اليافعى ‎١٣٧٧٩‎ نشر الطيّب رسالة فارسى فى الزباد للقاضى شهاب الدين المعروف بالهدية ‎١٣٧٨٠‎ نشر العبير فى اقامة الظاهر موضع الضمير لابن الصائغ محمد بن عبد الرحمن الحنبلى المتوفى سنة ٧٧٦ ‎١٣٧٨١‎ نشر العبير فى تخريج احاديث شرح الكبير للسيوطى ‎١٣٧٨٢‎ نشر العبير فى التعبير لمحمد بن ابى الفتح بن داود بن محمد المقدسى الشافعى اوله الحمد لله الذى جعل الليل لباسًا والنوم سباتًا الخ ذكر فى اوله احوال المنام والتعبير

---

et odores florum leves, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Ben Ahmed Sudi,* vulgo *Hádi* dicto et anno 932 (inc. 18. Oct. 1525) mortuo. Carmina *Mowashshahát* dicta. — 13776. [Nashr el-anfás, bonus odor spirituum de virtutibus putei *Zemzem* et cisternae *Abbási* praestantibus, auctore Sheikh *Khalífa Ben Abi'lfaraj Ben Mohammed Zemzemi Beidháwi Mekki* Shafiita, anno 1060 (inc. 25. Dec. 1650) et supra mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui puteum *Zemzem* ceteris aquis praetulit etc.]. — 13777. Nashr el-khizám, explicatio annulorum narium de virtutibus Syriae praestantibus. Tractatus descriptionem Syriae ab aliis reprehensae laudativam continens. — 13778. Nashr el-rihán, bonus odor ventorum de merito eorum inter fratres, qui se invicem in Deo amant, auctore Imám *Abdallah Ben As'ad Yáfii.* — 13779. Nashr el-tayyib, odor suavis. Tractatus persicus de zibetho, auctore Cádhi *Shehábed-dín,* vulgo *Hadíya* dicto. — 13780. Nashr el-a'bír, bonus odor croci de pronomine apparente loco pronominis mente concepti ponendo, auctore *Mohammed Ben Abd-el-rahman* Hanbalita, vulgo *Ibn-elsáigh* dicto et anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 13781. Nashr el-a'bír, bonus odor croci de traditionibus commentarii magni *Abu'lcásimi,* auctore *Soyúti.* — 13782. Nashr el-a'bír fi el-ta'bír, bonus odor croci de arte somnia interpretandi, auctore *Mohammed Ben Abi'lfat'h Ben Dáwud Ben Mohammed Mocaddesi* Shafiita. Liber ita incipit: Laus Deo, „qui posuit noctem tanquam indumentum et somnum ad quietem" etc., et auctor initio ea commemorat, quae somnium, somniorum interpretationem et classes interpretum somniorum spectant etc. Deinde

وتنبيهات المعبّرين ثم رتّب على حروف ابجد في مدّة يسيرة اولها ثالث عشر ذي الحجة سنة ٨٩١ وآخرها عشية الاثنين رابع المحرم سنة ٨٩٢ بالقاهرة ١٣٧٨٣ نشر العلَم في شرح لاميّة العجم سبق ١٣٧٨٤ نشر العلمين المنيفين في احياء الابوين الشريفين رسالة للسيوطي ١٣٧٨٥ نشر في القرآءات العشر في مجلّدين للشيخ شمس الدين ابي الخير محمد بن محمد الجزري المتوفي سنة ٨٣٣ اوله الحمد لله الذي انزل القرآن كلامه ويسّره الخ ثم اختصره وسمّاه التقريب وهو الجامع لجميع طرق العشر لم يسبق الى مثله واختصره ايضا القاضي ابو الفضل محمد بن محمد ابن الشحنة المتوفي سنة ٨٩٠ [ثم اختصره في زماننا الشيخ مصطفى بن عبد الرحمن الازميري المتوفي سنة ١١٥٥ في نحو النصف اوله الحمد لله الذي يسّر القرآن للذكر الخ] ١٣٧٨٦ نشر اللآلي للزركشي مرتّب على الابواب ١٣٧٨٧ نشر اللوآء في مقتضي الفصد والدوآء في الطبّ لجمال الدين عبد الله بن علي بن ايّوب القادري المخزومي الدمشقي

eum brevi tempore ad ordinem alphabeti hebraici disposuit, et primam literam die tertio decimo mensis Dzu'lhijjet anni 891 (inc. 7. Jan. 1486) incepit, ultimamque die extremo lunae eoque quarto mensis Moharrem anni 892 (inc. 28. Dec. 1486) Cahirae absolvit. — 13783. Nashr el-alem, explicatio vexilli. Commentarius in carmen *Lámiyet el-ajem*, de quo supra dictum est. — 13784. Nashr el-alemein el-moniſein, explicatio duorum signorum magnificorum de revocatione duorum *Mohammedis* parentum nobilium in vitam. Tractatus, auctore *Soyúti.* — 13785. El-Nashr fi el-ckiráát el-ashr, bonus odor de decem Corani recensionibus, auctore Sheikh *Shems-ed-din Abu'lkheir Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuo. Duo volumina, quae ita incipiunt: Laus Deo, qui Coranum tanquam verba sua revelavit et facilem reddidit etc. — Deinde ea in epitomen coegit *El-Tecrib* inscriptam, quae vias auctoritatum decem recensionum coranicarum omnes comprehendit et sui similem non habet. Praeterea Cádhi *Abu'lfadhl Mohammed Ben Mohammed Ibn-eshshhna*, anno 890 (inc. 18. Jan. 1485) mortuus, *El-Nashr* in epitomen coegit. [Denique nostra aetate Sheikh *Mustafa Ben Abd-el-rahman Izmíri*, anno 1155 (inc. 25. Febr. 1742) mortuus, librum in dimidiam fere partem contraxit, quae ita incipit: Laus Deo, qui „facilitavit Alcoranum ad commonitionem" etc.]. — 13786. Nashr el-leáli, dispersio margaritarum, auctore *Zerkeshi.* Liber in capita dispositus est. — 13787. Nashr el-liwá, explicatio vexilli de iis, quae sanguinis missio et remedium postulant, auctore *Jemál-ed-dín Abdallah Ben Ali Ben Eyyúb Cádiri Makhzúmi*

مختصر اوله الحمد لله الذى اظهر الاسرار الخ ذكر فيه انه رسالة محتوية على بيان الفصد بسوابقه ولواحقه وهى مرتبة على تسعة فصول ومقدّمة وخاتمة ١٣٧٨٨ نشر المثل السائر وطىّ الفلك الدائر مرّ فى الميم ١٣٧٨٩ نشر المحاسن العالية فى فضل المشايخ اولى المقامات العالية للامام اليافعى المذكور آنفا ١٣٧٩٠ نشر المذاهب للامام برهان الدين على بن ابى بكر المرغينانى المتوفى سنة ٥٩٣ ١٣٧٩١ نشر المكرّم لطىّ ما فى عشر المحرم لزين الدين سريجا ابن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١٣٧٩٢ نشر النعمة بذكر الرحمة للشيخ الامام ابى عبد الله محمد بن عبد الله بن ناصر الدين الدمشقى الحافظ [المتوفى سنة ٨٤٢] مختصر الفه لختام البخارى ١٣٧٩٣ نشق الازهار فى عجائب الاقطار لمحمد بن اياس الحنفى المتوفى سنة اخذها من تواريخ الامم وذكر فيه اغرب ما سمعه واعجب ما رآه من عجائب مصر واعمالها وما صنعت الحكماء فيها وذكر طرفا يسيرا من سير ملوكها القدماء ومن اخبار النيل والاهرام

---

*Dimeshcki.* Compendium medicum, quod ita incipit: Laus Deo, qui arcana revelavit etc., et auctor narrat, hunc tractatum descriptionem phlebotomiae cum omnibus, quae eam praecedunt et sequuntur, comprehendere, et dispositus ille est in novem sectiones, praefationem et conclusionem. — 13788. **Nashr El-Mathal El-Sáir we Tayy El-Felek El-Dáir**, propagatio (explicatio) libri *El-Mathal El-Sáir* et refutatio (complicatio) libri *El-Felek El-Dáir*. Vide literam *Mim*. — 13789. **Nashr el-mehásin el-áliyet**, divulgatio pulchritudinum sublimium de meritis Sheikhorum altos gradus obtinentium, auctore Imám *Yáfii* modo laudato. — 13790. **Nashr el-medzáhib**, propagatio disciplinarum orthodoxarum, auctore Imám *Borhán-ed-dín Ali Ben Abi Bekr Marghináni*, anno 593 (inc. 24. Nov. 1196) mortuo. — 13791. **Nashr el-mokarrem**, explicatio ejus, quod honorandum est, ad ea complicanda, quae decem primis diebus mensis Moharrem propria sunt, auctore *Zein-ed-dín Soreijá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 13792. **Nashr el-ni'met**, divulgatio beneficentiae per invocationem misericordiae. Compendium Sheikh et Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Ben Násir-ed-dín Dimeshcki* El-Háfitz, [anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus], in favorem *Khattámi Bokhári* composuit. — 13793. **Nashac el-azhár**, odor florum de miraculis tractuum terrae, auctore *Mohammed Ben Iyás* Hanefita, anno . . . mortuo. Petiit ex historiis ethnographicis et rarissima, quae audivit, enarrat, et mirabilissima miraculorum Aegypti ejusque ditionum, quae vidit, et quae philosophi ibi artificiose construxerant. Praeterea pauca ex biographiis veterum ejus regum et ex historia Nili et Pyramidum

وابتدأ فيه بذكر طرف يسير من اخبار الفلك وعلم الهيئة ١٣٧٩٤ نشوان المحاضرة لابى على محسن بن على القاضى التنوخى المتوفى سنة ٣٨٤ ١٣٧٩٥ نصاب الاحتساب فى الفتاوى للشيخ الامام عمر بن محمد بن عوض الشامى الحنفى المتوفى سنة اوله الحمد لله الحسيب الرقيب الخ وهو يشتمل على اربعة وستين بابا وفيه مسائل اختصت بالنسبة الى حسب منصب الحسبة من كتب كثيرة معتبرة ١٣٧٩٦ نصاب الاخبار فى الفروع ١٣٧٩٧ نصاب الاخبار لتذكر الاخيار لامام الحرمين سراج الدين ابى محمد على بن عثمان بن محمد الاوشى المتوفى سنة اوله الحمد لله رب العالمين الخ نقله من الاقناع بعلامة آ والتنبيه بت وجامع الترمذى بج وروضة العلماء بر وشهاب الاخبار بش وصحيح البخارى بص وطبقات الطوسى بط وعيون المحاسن بع وفردوس الاخبار بف وكنز الاخبار بك واللؤلؤيات بل ومسند ابى هريرة بم والنتف بن واليواقيت بى اختصره من كتابه غرر الاخبار ودرر الاشعار الذى وعد بجمعه

---

affert, et a narranda parva parte ex historia orbis coelestis et astronomiae incipit. — 13794. **Neshwán el-mohádharet**, ebrius sermocinationis promtae, auctore Cádhi *Abu Ali Mohsin Ben Ali Tenúkhi*, anno 384 (inc. 15. Febr. 994) mortuo. — 13795. **Nisáb el-ihtisáb**, liber subsidiarius praefecturae annonae de responsis juridicis, auctore Sheikh et Imám *Omar Ben Mohammed Ben I'wedh Shami* Hanefita, anno . . . mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui vindex et custos est etc., et sexaginta quatuor capita continet, quae quaestiones tractant peculiariter de relatione ad dignitatem muneris praefecturae annonae agentes, et ex multis libris auctoritate conspicuis collectas. — 13796. **Nisáb el-akhbár**, repertorium effatorum sociorum prophetae de articulis juris derivatis. — 13797. **Nisáb el-akhbár**, repertorium effatorum sociorum prophetae viris optimis cogitandi materiem praebens, auctore Imám el-haramein *Sirâj-ed-dín Abu Mohammed Ali Ben Othmán Ben Mohammed Ushi*, anno . . . mortuo. Argumentum hujus libri, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., assumsit ex *El-Icná'* interposito siglo *Elif* — ex *El-Tenbíh* siglo *Te* — ex *Jámi'* a *Tirmidzi* edito siglo *Jím* — e *Raudhat el-olamá* siglo *Rá* — ex *Shiháb el-akhbár* siglo *Shín* — ex *Bokhárii Sahíh* siglo *Sád* — ex *Tusii Tabacát* siglo *Tá* — ex *Oyún el-mehásin* siglo *Aïn* — ex *Firdaus el-akhbár* siglo *Fá* — ex *Kanz el-akhbár* siglo *Káf* — ex *Lúlúiyát* siglo *Lám* — ex *Abu Horeirae Mosnad* siglo *Mím* — ex *Notef* siglo *Nún* — ex *Yewáckít* siglo *Yá* interposito, et e libro suo *Ghorer el-akhbár we Dorer el-ash'ár* excerpsit, quem ita colligere promiserat, ut in

مقتصرًا على ايراد الف حديث صحيح وهو كثير الابواب [ وكان حيًا في سنة ٥٦٩ ] ١٣٧٩٨ نصاب الاعيان في التاريخ ١٣٧٩٩ نصاب الجبر والمقابلة من المختصرات البديعة لابن فلوس الماردينى [ الحنفى شمس الدين اسمعيل بن ابراهيم المتوفى سنة ٦٣٧ ] ١٣٨٠٠ نصاب الذرائع في الفروع ١٣٨٠١ نصاب الصبيان في اللغة منظومة في مائتي بيت لابى نصر مسعود بن ابى بكر بن حسين بن جعفر الاديب الفراهى كذا في نسخة ولعلّه هو الصحيح وعليه تعليقة للسيد الشريف الجرجانى وشرحه بالفارسى كمال بن جمال بن حسام الهروى ١٣٨٠٢ نصاب الفتاوى ذكر في التاتارخانيّة ١٣٨٠٣ نصاب الفقهاء لابى المعالى محمد بن احمد صاحب التتمّة ١٣٨٠٤ نصاب الفقيه لافتخار الدين طاهر بن احمد البخارى المتوفى سنة ٥٤٢ اختصر فيه كتابه المسمّى بخلاصة الفتاوى قال فيه كلّ مسئلة اذكرها من الفتاوى او في فتاوى الاصل فهى من مسائل الواقعات المنسوب تأليفها للصدر الشهيد حسام الدين وكلّ ما اقول قال القاضى الامام الزاهد فخر الدين ابو على الحسن بن منصور الاوزجندى

---

afferendis mille traditionibus veris acquiesceret. Continet *El-Nisáb* multa capita, [et auctor anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) vixit]. — 13798. **Nisáb el-a'yán**, repertorium procerum. Opus historicum. — 13799. **Nisáb el-jeber we el-mocábelet**, liber subsidiarius reductionis per aequationem, auctore *Shems-ed-dín Ismaíl Ben Ibráhím*] *Márídíni* [Hanefita, vulgo] *Ibn Folús* [dicto et anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuo]. — 13800. **Nisáb el-dzerái'**, promtuarium praesidiorum de partibus juris derivatis. — 13801. **Nisáb el-sobyán**, liber auxiliaris puerorum. Carmen lexicologicum ducentorum versuum, auctore *Abu Nasr Mes'úd Ben Abi Bekr Ben Hosein Ben Ja'far Feráhi* Philologo. Ita quidem in exemplari quodam legitur et fortasse veritati convenit. In hunc librum Seyyid Sherif *Jorjáni* scholia, et *Kemál Ben Jemál Ben Hosám Herewi* commentarium persicum edidit. — 13802. **Nisáb el-fetáwi**, repertorium responsorum juridicorum. Laudatur in *El-Tátárkhániyet*. — 13803. **Nisáb el-focahá**, liber auxiliaris jurisconsultorum. Scripsit *Abu'lmeáli Mohammed Ben Ahmed*, libri *Tetimmet* auctor. — 13804. **Nisáb el-fackíh**, liber auxiliaris jurisconsulti, auctore *Iftikhár-ed-dín Táhir Ben Ahmed Bokhári*, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo. Ibi librum suum *Khilásat el-fetáwi* in compendium redegit, et: Quaevis, inquit, quaestio, quam desumtam commemoro „ex responsis juridicis" aut repertam „in responsis juridicis archetypi", petita est ex quaestionibus libri *Wáckiát*, cujus compositio *El-Sadro El-Shehíd Hosám-ed-dín* attribuitur, et quotiescunque dico „dicit El-Cádhi", Imám asceta *Fakhr-ed-dín Abu Ali Hasan Ben Mansúr*

وكلّ ما اقول قال الامام خالى فهو الامام ظهير الدين ابو على الحسن بن على المرغينانى ١٣٨٠٥
نصائح الابرار لابن الجزار احمد بن ابراهيم الطبيب الافريقى المقتول سنة ٤٠٠ ١٣٨٠٦
نصائح الاولاد فارسى لزين الدين على الكاشى المعروف بفاخته شعرى روان دارد ومداح اكابر
فرمودن بود كتاب نصائح اولاد بمدح برادرم امين الدين نصر الله از منشات او ست كذا فى
الكزيده ١٣٨٠٧ نصائح الصغار لابى القاسم جار الله محمود بن عمر الزمخشرى المتوفى سنة
٥٣٨ وله نصائح الكبار ١٣٨٠٨ نصائح المفترضة فى فضائح الرفضة لبهاء الدين ابى القاسم هبة
الله بن عبد الله القفطى المعروف بابن سيد الكلّ المتوفى سنة ٦٩٧ انّه لما صار قاضيا باسنا
وهى مشحونة بالروافض فقام فى نصرة السنة واصلح الله تعالى به خلقا وهمّت الرافضة بقتله
فحماه الله ١٣٨٠٩ نصائح الملوك فارسى لقوام الدين يوسف بن حسن ١٣٨١٠ نصائح
المهمّة للملوك والائمّة للشيخ علوان بن عطيّة الحموى المتوفى سنة [٩٣٦] ١٣٨١١ نصب

---

*Uzjendi* significatur, et quotiescunque dico „dicit Imám avunculus meus", Imám *Tzahír-ed-dín Abu Ali Hasan Ben Ali Marghinání.* — 13805. **Nesáih el-abrár**, monita sincera justorum, auctore *Ahmed Ben Ibráhím Ifrícki* Medico, vulgo *Ibn-eljezzár* dicto et anno 400 (inc. 25. Aug. 1009) interfecto. — 13806. **Nesáih el-aulád**, consilia filiis data, persice scripta a *Zein-ed-dín Ali Káshi*, vulgo *Fákhteh* dicto. In *El-Güzídeh* leguntur haec: Ejus carmina, in quibus multa sunt, quae in laudandis viris magnis versantur, trita sunt et multum audiuntur. Liber *Nesáih aulád* i. e. Consilia filiis data in laudem fratris mei *Emín-ed-dín Nasrallah* ex scriptis ejus est prosa oratione conceptis. — 13807. **Nesáih el-sighár**, consilia minoribus inscripta, auctore *Abu'lcásim Járallah Mahmúd Ben Omar Zamakhsheri*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. Idem consilia majoribus inscripta edidit. — 13808. **El-Nesáih El-Mofteridhat**, consilia necessario observanda de infamia *Rafidh*itis adhaerente. Composuit *Behá-ed-dín Abu'lcásim Hibatallah Ben Abdallah Ckifti*, vulgo *Ibn Seyyid-elkoll* dictus et anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuus, cum judex in urbe Esne *Rafidh*itis plena esset. Assurrexit igitur ad Sunnitas defendendos, ejusque ope Deus magnam copiam in suas partes retraxit. *Rafidh*itae jam de eo necando cogitabant, at Deus eum protexit. — 13809. **Nesáih el-molúk**, consilia regibus data, auctore *Chiwám-ed-dín Yusuf Ben Hasan.* Persice. — 13810. **El-Nesáih El-Mohimmet**, consilia gravia regibus et Imamis data, auctore Sheikh *Alawán Ben Atíya Hamawi*, anno [936 (inc. 5. Sept. 1529)] mortuo. — 13811. **Nasb**

الرّاية لاحاديث الهداية يأتى ١٣٨١٢ نصب المصدر لابى المحاسن [فخر الزمان] مسعود بن على البيهقى المتوفى سنة ٥٤٤ ١٣٨١٣ نصح الفقيه فى شرح التنبيه مرّ ١٣٨١٤ نصر الاصحاب والاحباب للشيخ محمد بن مصطفى المعروف بقاضى زاده الواعظ المتوفى سنة ١٠٤٤ رتّب على اربعة فصول الاول فى تكفير القزلباش انتخب فيه من الصواعق المحرقة ولم يتمّ اوله الحمد لله الذى اطلع بلطفه شموس العدل الخ ١٣٨١٥ نصرة الثائر على المثل السائر مرّ ١٣٨١٦ نصرة الحقّ فارسى مختصر للشيخ برهان الدين ابى على الحسن النيك بخت ١٣٨١٧ نصرة الفترة وعصرة الفطرة لعماد الدين محمد بن محمد الكاتب الاصفهانى المتوفى سنة ٥٩٧ الّفه فى اخبار السلجوقيّة ووزرآئها واكابر دولتها وظهور الترك ذكر فيه كتاب انوشروان بن خالد المسمّى بفتور زمان الصدور وانه تنبّى اطالته عن القصور وانّه قصر على زمانه فما انصف فالّف كتابًا اعتمد فيه الصدق والصواب لعبد الملك الوزير وبدأ ببدايتهم ثم

el-rayet, propositio vexilli traditiones libri *Hidáyet* monstrantis. Vide infra. — 13812. Nasb el-masdar, infinitivi *Fat'ha* afficiendi, auctore *Abu'lmehásin* [*Fakhr el-zemán*] *Mes'úd Ben Ali Beihacki*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. — 13813. Nas'h el-fackíh, monitio jurisconsulti. Commentarius in *El-Tenbíh*, de quo supra mentio facta est. — 13814. Nasr el-as'háb we el-ahbáb, auxilium sociorum et dilectorum, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mustafa* Concionatore, vulgo *Cádhizádeh* dicto et anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui benignitate sua fecit, ut soles justitiae apparerent etc., et in quatuor sectiones distributus est, quarum prima de Persis (ignominiose *Ckizilbásh* i. e. „rubro cucullo pileati“ cognominatis) impietatis accusandis agit. Auctor ibi selectiora ex *El-Sawáïc El-Mohricat* excerpsit. — 13815. Nosret el-tháir, defensio injuriam illatam ulciscentis contra librum *El-Mathal El-Sáir*, de quo supra videndum est. — 13816. Nosret el-hacc, defensio veritatis. Compendium persicum, auctore Sheikh *Borhán-ed-din Abu Ali Hasan El-Nikbakht*. — 13817. Nosret el-fetret we Osret el-fitret, auxilium languoris et refugium creaturarum. Scripsit *Imád-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Isfaháni* Scriba, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuus, de historia *Seljuckidarum*, eorum Vezirorum dynastiaeque magnatum, et Turcarum, qui exstiterunt. Ibi librum *Anushirwáni Ben Chálid*, *Fotúr zemán el-sodúr* inscriptum, commemorat, et auctoris verbositatem impedivisse dicit, quo minus nimis brevis et mancus esset, eum vero in sua aetate describenda substitisse, attamen veritatis viam minime secutum esse. Itaque librum, in quo veritatem et fidem exploratam firmiter tenuit, Weziro *Abd-el-melik* scripsit, eumque a *Seljuckidis* primum existentibus incepit.

فصل بمبدأ كتاب انوشروان ثم ذيّله بما عاينه فى عصره من حديث الاعيان وله زبدة النصرة مختصره ١٣٨١٨ نصرة المرضى المنجلى لشيخ العصر الرضى محمد بن الحنبلى رسالة للشيخ ابراهيم بن احمد ابن الملا چلبى المتوفى بعد سنة ثلثين والف بقليل ١٣٨١٩ نصرة الملّة لشمس الدين ابى ثابت محمد بن عبد الملك الديلمى ذكره فى كتاب الجمع بين التوحيد والتعظيم ١٣٨٢٠ نصرت نامة لمصطفى بن احمد المتخلّص بعالى شاعر الدفترى [المتوفى سنة ثمان والف] ١٣٨٢١ نصوح العباد ١٣٨٢٢ نصوص فى تحقيق طور المخصوص للشيخ صدر الدين محمد بن اسحق القونوى المتوفى سنة ٦٧٣ اوله الحمد لله الذى ابان بمستقرّات الهمم الخ شرحه الشيخ بايزيد خليفة المتوفى سنة والشيخ محيى الدين محمد ابن فضل الدين الازنيقى المتوفى سنة ٨٨٥ سمّاه زبدة التحقيق ونزهة التوفيق رتّب على قسمين قسم فى بيان الحقائق والقواعد الكلّيّة وقسم فى بيان المعارف والنصائح ونتائج الاعمال

---

His in sectione initium libri *Anushirwáni* subjunxit, et tum in appendice ea addidit, quae ipse tempore suo ex relatione virorum spectatorum compererat. Idem epitomen ex *El-Nosret*, *Zubdet El-Nosret* inscriptam, edidit. — 13818. N o s r e t e l - m e r d h i e l - m o n j e l i, auxilium grati et conspicui Sheikho aetatis *Redhi-ed-dín Mohammed Ben-elhanbali* allatum. Tractatus, auctore Sheikh *Ibráhím Ben Ahmed Ibn el-molla Jelebi*, paulo post annum 1030 (inc. 16. Nov. 1620) mortuo. — 13819. N o s r e t e l - m i l l e t, defensio sectae Islamicae, auctore *Shems-ed-dín Abu Thábit Mohammed Ben Abd-el-melik Deilemi*. Hunc librum in suo *Jam'o bein el-tauhíd we el-ta'tzím* commemorat. — 13820. N o s r e t - n á m e h, liber auxilii, auctore *Mustafa Ben Ahmed Defteri* Poeta, poetice *Ali* cognominato [et anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuo]. — 13821. N o s ú h e l - i'b á d, monitiones cultorum Dei. — 13822. E l - N o s ú s f i t a h c k í c t a u r e l - m a k h s ú s, statuta de vera cognitione naturae ejus, quod proprietatibus suis ab aliis distinctum est, auctore Sheikh *Sadr-ed-dín Mohammed Ben Is'hac Cunewi*, anno 673 (inc. 7. Jul. 1274) mortuo. In hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui consiliis propositorum constantibus manifestavit etc., commentarios ediderunt Sheikh *Báyezid Khalífa*, anno . . . mortuus — Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Fadhl-ed-dín Iznícki*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus, cujus commentarius *Zubdet el-tahckík we Nuzhet el-taufíck* inscriptus et in duas partes distributus est, quarum prior de expositione veritatum et statutorum fundamentalium generalium, posterior de expositione cognitionum, monitorum, consequentiarum actionum et quibusdam morum virorum sanctitate perfectorum lineamentis agit —

وبعض اخلاق الكاملين ولبير محمد بن قطب الدين الخويي الحنفي اوله الحمد لله الكاشف للقلوب والابصار الخ اتّفق الشروع في أوآئل رجب سنة ٨٥٦ وفرغ في شعبان سنة ٨٥٩ والشيخ مصلح الدين مصطفى المعروف بنور الدين زاده المتوفى سنة ٩٨١ وشرحه ابراهيم بن اسحاق ابن سليمان التبريزي شرحًا ممزوجًا وسمّاه اسرار السرور بالوصول الى عين النور اوله الحمد لله في ذاته واسمآئه وصفاته الخ [وشرحه المحقّق الفناري ايضا] ١٣٨٢٣ نصوص الشافعي في عشر مجلّدات جمعها الامام ابو بكر احمد بن حسين البيهقي المتوفى سنة ٤٥٨ وابو المحاسن عبد الواحد بن اسمعيل الروياني المتوفى سنة ٥٠٢ ١٣٨٢٤ نصيب الفتيان ونصيب التبيان فارسي منظوم لحسام الدين حسن بن عبد المؤمن ابن الخويي الشاعر المتوفى سنة اوله الحمد لله العلي القوي المتين الخ في ثلثمائة وخمسين بيتًا ١٣٨٢٥ نصيحة الاحباب عن اكل التراب للشيخ برهان الدين ابراهيم بن محمد الناجي الدمشقي الشافعي المتوفى سنة ٩٠٠ مختصر اوله الحمد لله الذي اعطى كل شيء خلقه ثم هدى الخ ١٣٨٢٦ نصيحة الاحباب في

---

*Pîr Mohammed Ben Cotb-ed-dîn Khowayyi* Hanefita, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui corda et animi proposita revelat etc. Ejus compositionis initium in primos decem dies mensis Rajeb anni 856 (inc. 23. Jan. 1452), et absolutio in mensem Sha'bán anni 859 (inc. 22. Dec. 1454) incidit — Sheikh *Moslih-ed-dîn Mustafa,* vulgo *Núr-ed-dîn-zâdeh* dictus et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuus — *Ibráhîm Ben Is'hac Ben Soleimán Tibrízi,* cujus commentarius, *Asrár el-sorúr bi'lwosúl ila ain el-núr* inscriptus, textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, in cujus essentia, nominibus, attributis etc. — [et denique scrutator subtilissimus *Fenári*]. — 13823. **Nosús El-Sháfii,** sanctiones *Sháfiti.* Decem volumina, quae Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Hosein Beihacki,* anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuus, et *Abu'l-mehásin Abd-el-wáhid Ben Ismail Ruyáni,* anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuus, collegerunt. — 13824. **Nasîb el-fityán,** portio adolescentibus oblata et clara expositio pro portione data, auctore *Hosám-ed-dîn Hasan Ben Abd-el-mumin Ibn-elkhowayyi* Poeta, anno ... mortuo. Carmen persicum, quod ita incipit: Laus Deo sublimi, omnipotenti, constanti etc., et trecentos quinquaginta versus continet. — 13825. **Nasîhat el-ahbáb,** dehortatio dilectorum ab edenda terra, auctore Sheikh *Borhán-ed-dîn Ibráhîm Ben Mohammed Náji Dimeshcki* Shafiita, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui cuivis rei suam indolem dedit; tum bene dirigit etc. — 13826. **Nasîhat el-ahbáb,** dehor-

لبس فرو السنجاب رسالة للشيخ نجم الدين محمد بن عبد الله بن قاضى عجلون الشافعى المتوفى سنة ٨٧٦ اولها الحمد لله الهادى الى الصواب الخ ذكر فيها انّ فرو السنجاب ونحوه نجس لنجاسة شعره لان حيوانه لا يذكى بل يخنق والدبغ لا تأثير له فى شعر الميتة فى المذهب ١٣٨٢٧ نصيحة الاخوان باجتناب الدخان للشيخ ابراهيم اللقانى [المتوفى سنة ١٠٤١] ذكر فيه انّه تعرّض لذكره والتنبيه عليه فى عقيدته المسمّاة بجوهرة التوحيد وفى شرحها المسمّى بعمدة المريد فسألوا افراده فكتب رسالة اولها الحمد لله واهب العقول الخ وهى على مقدّمة وعدّة فصول وخاتمة الّفها سنة ١٠٣٥ ١٣٨٢٨ نصيحة اولى الالباب فى منع استخدام النصارى لجمال الدين الاسنوى توفى سنة وسمّاه بعضهم الانتصارات الاسلاميّة اختصره السيوطى وسمّاه جهد القريحة فى تجريد النصيحة ١٣٨٢٩ نصيحة اهل الايمان فى الردّ على منطق اليونان لابن تيمية ١٣٨٣٠ النصيحة الايمانيّة فى فضيحة الملّة النصرانيّة لناصر بن يحيى بن عيسى

tatio dilectorum de sumendo vestimento sciuri pelliceo, auctore Sheikh *Nejm-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Ben Cádhi Ajlún* Shafiita, anno 876 (inc. 20. Jun. 1471) mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos ad rectum ducit etc., et auctor ibi docet, pelles sciuri similiumque animalium propter pilorum impuritatem impuras esse, nam animal tale non jugulatur, sed strangulatur, et secundum sectae orthodoxae disciplinam concinnatio nullam vim in pilos cadaveris exercet. — 13827. Nasíhat el-'akhwán, admonitio fratrum de aversando more tabacum fistula hauriendi, auctore Sheikh *Ibráhím Locáni*, [anno 1041 (inc. 20. Jul. 1631) mortuo]. Ibi narrat, se ad hanc quaestionem tangendam et animos ad eam advertendos in sua fidei confessione *Jauheret el-tauhíd* inscripta et in commentario in illam titulo *Omdet el-moríd* insignito aggressum esse. Jam ab eo petierunt, ut quaestionem separatim tractaret; itaque hunc tractatum scripsit, qui ita incipit: Laus Deo, mentium datori etc., et in praefationem, plures sectiones et conclusionem distributus est. Auctor eum anno 1035 (inc. 23. Sept. 1625) composuit. — 13828. Nasíhat uli el-albáb, admonitio cordatorum de defendendo Christianorum famulitio, auctore *Jemál-ed-dín Esnewi*, anno . . . mortuo. Vir quidam libro titulum *El-Intisárát El-Islámiyet* dedit, et *Soyúti* eum in epitomen *Jehd el-carihat fi tejríd El-Nasíhat* inscriptam coegit. — 13829. Nasíhat ahl el-ímán, consilium fidelibus datum de refutanda Graecorum logica, auctore *Ibn Teimiya*. — 13830. El-Nasíhat El-Imáníyet, consilium fidelibus Moslimis datum de ignominia sectae Christianae, auctore *Nasr-ed-dín Ben Yahya*

المهتدى اوله الحمد لله الذى فضل دين الاسلام الخ وهى مشتملة على اربعة فصول ا فى اعتقاد النصارى ومذاهبهم ب فى تناقض كلامهم ج فى معجزات المسيح د فى الدلائل على نبوة محمد صلعم ١٣٨٣١ النصيحة بما ابدته القريحة للشهاب احمد بن محمد بن عبد السلام المنوفى المصرى المتوفى سنة ٩٣١ اوله الحمد لله موفق من شاء من عباده لطاعته الخ ذكر فيه منشأ هلاك النفس وسببه قال وهى خمس ١٣٨٣٢ نصيحة الزكى فى فضيحة الغبى لزين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١٣٨٣٣ نصيحة السلاطين لمصطفى بن احمد المتخلص بعالى الدفترى ١٣٨٣٤ نصيحة العقلاء ١٣٨٣٥ نصيحة الكافية لمن خصه الله بالعافية للشيخ شهاب الدين احمد الشهير بزروق المغربى الصوفى المتوفى سنة ٨٩٩

١٣٨٣٦ نصيحة المسلم المشفق لمن ابتلى بحب المنطق للسراج القزوينى ذكره السيوطى فى القول المشرق ١٣٨٣٧ نصيحة الملوك فارسى للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى ونقله

---

*Ben Isa Mohtedi.* Liber ita incipit: Laus Deo, qui religionem Islamicam praetulit etc., et quatuor sectiones continet, quarum prima de confessione Christianorum et sectarum disciplinis, secunda de eorum theologiae dissolutione, tertia de miraculis Messiae supernaturalibus, quarta de argumentis agit, quibus prophetia *Mohammed*is probatur. — 13831. **El-Nasíhat bimá abbadatho el-carihat**, admonitio de iis, a quibus naturae indoles deterret, auctore ***Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-selám Menúfi Misri***, anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui eos inter cultores suos quos vult ad obedientiam sibi praestandam auxilio secundat etc., et auctor fontem et caussas perniciei animae, quas quinque esse dicit, ibi exponit. — 13832. **Nasíhat el-zeki**, admonitio probi de ignominia negligentis, auctore ***Zein-ed-dín Soreijá Ben Mohammed Meleti***, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 13833. **Nasíhat el-selátin**, admonitio Sultanorum, auctore ***Mustafa Ben Ahmed*** supremo thesaurario, poetice ***Alí*** cognominato. — 13834. **Nasíhat el-ocalá**, admonitio intelligentium. — 13835. **El-Nasíhat El-Káfiyet**, admonitio sufficiens iis data, quos Deus salute peculiariter donat, auctore Sheikh ***Shehâb-ed-dín Ahmed Maghribi Sufi***, vulgo ***Zerrúc*** dicto et anno 899 (inc. 12. Oct. 1493) mortuo. — 13836. **Nasíhat el-moslim el-moshfic**, consilium a Moslimo timido ei datum, qui amore logicae tentatur, auctore ***Siráj-ed-dín Cazwini.*** ***Soyúti*** hunc tractatum in ***El-Caul El-Moshric*** commemorat. — 13837. **Nasíhat el-molúk**, consilium regibus datum. Scripsit persice Imám ***Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli***, et vir quidam librum e lingua persica in arabicam

بعضهم من الفارسيّة الى العربيّة وسمّاه التبر المسبوك فى نقل نصيحة الملوك اوله الحمد لله على انعامه وافضاله الخ وترجمه بعضهم بالتركيّة ١٣٨٣٨ نصيحت نامه فارسى فى الطبّ مختصر لحكيم شاه محمّد القزوينى كتبه للسلطان سليمان خان كما كتب ارسطو لاسكندر ورتّبه على مقدّمة ومقصود وخاتمة وفرغ فى سنة ٩٢٩ ١٣٨٣٩ نضار للشيخ اثير الدين ابى حيّان محمّد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ ذكر فيه من اول حاله واشتغاله ورحلته وشيوخه ١٣٨٤٠ نضح الكلام فى نصح الامام مختصر على مقدّمة وثلاثة ابواب وخاتمة اوله احمد الله سبحانه على مزيد الفضل والكرامة الخ لابى العباس احمد بن محمّد بن عبد السلام المنوفى الشافعى ذكر فيه انّه رأى اماماً يفعل فى صلاته اشياء منكرة فانكر ونصح ١٣٨٤١ نضرة الاغريض فى نصرة القريض لابى على مظفر بن الفضل بن يحيى العلوى الحسينى المتوفى سنة الّفه للوزير محمّد بن العلقمى ورتّب على خمسة فصول ١ فى وصف الشعراء ٢ فيما يجوز للشاعر استعماله وما لا يجوز ٣ فى فضل الشعر ومنافعه ٤ فى كشف ما يمدح به

transtulit, et hanc translationem, quae ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficentia et generositate etc., titulo *El-Tibr El-Mesbúk fi nacl Nasíhat el-molúk* insignivit. Alius vir turcice vertit. — 13838. **Nasíhat-námeh**, liber admonitionis. Compendium persicum de medicina, quod *Hakímsháh Mohammed Cazwíni* Sultano *Soleimán Khán* eadem ratione scripsit, qua Aristoteles Alexandro. Disposuit illud in praefationem, consilium propositum et conclusionem, et anno 929 (inc. 20. Nov. 1522) absolvit. — 13839. **El-Nedhár**, aurum. Sheikh *Athír-ed-dín Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuus, in hoc libro res suas a prima inde juventute, studia, itinera, Sheikhos enarrat. — 13840. **Nadhh el-kelám**, sparsio orationis de admonitione Imámi, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-selám Menúfi* Shafiita. Compendium in praefationem, tria capita et conclusionem dispositum, quod ita incipit: Laudo Deum praedicandum pro immensa ejus beneficentia et generositate etc. Auctor vidisse se Imamum narrat inter precandum res improbandas perpatrantem. Itaque aegre tulit et admonuit. — 13841. **Nadhret el-ighridh**, nitor floris palmae de defendenda poesi. Composuit *Abu Ali Motzaffer Ben-elfadhl Ben Yahya Alewi Hoseini*, anno . . . mortuus, Weziro *Mohammed Ben-elalcami*, et in quinque sectiones distribuit, quarum prima de laude poetarum agit, secunda de iis, quorum usus poetis licitus et illicitus est, tertia de praestantia et utilitatibus poesis, quarta de iis exponendis, quorum beneficio poeta laudat et vituperat,

وقد ه فيما يجب ان يتوخاه الشاعر ويتجنّبه واتمّه فى شهر جمادى الآخرة سنة ٦٤٢ اوله الحمد لله الباهرة آياته القاهرة الخ ١٣٨٤٢ النضرة فى احاديث الماء والرياض والخضرة للسيوطى ١٣٨٤٣ النطق المفهوم لابى الفرج ابن الجوزى وهو من اغرب تصانيفه ١٣٨٤٤ نظام الادوية تركى للحكيم عيسى والاسم تاريخ لتأليفه ١٣٨٤٥ نظام البلّور فى اسامى السنّور جزء لجلال الدين السيوطى ذكره فى ديوان الحيوان بتمامه ١٣٨٤٦ نظام التواريخ فارسى مختصر للقاضى ناصر الدين عبد الله بن عمر البيضاوى المتوفى سنة ٦٨٤ اوله الحمد لله ذى العظمة والكبرياء الخ ذكر فيه الانبياء والخلفاء والاموية والعباسية ثم الصفارية والسامانية والغزنوية والديالمة والسلجوقية والسلغارية والخوارزمية والمغولية ١٣٨٤٧ نظام الغريب فى اللغة لعيسى بن ابراهيم الربعى المتوفى سنة ٤٨٠ افرد فيه ذكر لغات الاشعار واقتصر عليها ومختصره المسمّى بتحفة البلغاء من نظام اللغاء لجمال الدين يوسف ابن عبد الله القاهرى اوله الحمد لله موجد الاشياء الخ ١٣٨٤٨ النظّام فى شرح ديوان

quinta de iis, quae poeta sibi proponere et quae devitare necessario debet. — Auctor librum, qui ita incipit: Laus Deo, cujus versus victores admodum mirabiles sunt etc., mense Jomádzi II. anni 642 (inc. 9. Jun. 1244) absolvit. — 13842. El-Nadhret, nitor de traditionibus aquae, hortorum et coloris viridis, auctore *Soyúti*. — 13843. El-Notc El-Mafhúm, sermo intellectus, auctore *Abu'l-faraj Ibn-eljauzi*. Numeratur in scriptis ejus admirationem praeter cetera excitantibus. — 13844. Nitzám el-edwiyet, recta ratio remediorum. Scripsit turcice Medicus *Isa*, et titulus libri compositionis tempus indicat. — 13845. Nitzám el-bellaur, beryllorum series de nominibus felis, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*. Fasciculus, quem totum suo *Diwán el-heiwán* inseruit. — 13846. Nitzám el-tewáríkh, ordo historiarum, auctore Cádhi *Násir-ed-dín Abdallah Ben Omar Beidháwi*, anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) mortuo. Compendium persicum, quod ita incipit: Laus Deo, majestate et excellentia praedito etc. *Beidháwi* ibi prophetas, Khalifas (quatuor legitimos), Omayyadas, Abbasidas, Soffaritas, Samanidas, Ghaznewitas, Deilemitas sive Buidas, Seljuckidas, Salgharidas, Khowarezmios et Mogholos describit. — 13847. Nitzám el-gharíb, ordo verborum singulari sensu distinctorum, auctore *Isa Ben Ibráhím Rabai*, anno 480 (inc. 8. Apr. 1087) mortuo. In hoc lexico dictiones in carminibus obvias separatim tractavit in iisque acquievit. — *Jemál-ed-dín Yusuf Ben Abdallah Cáhiri* ex eo epitomen, quae ita incipit: Laus Deo rebus existentiam danti etc., *Tohfet el-bolughá min Nitzám el-loghá* inscriptam extraxit. — 13848. El-Nitzám, ordo. Commentarius in *Diwános Motenebbti* et *Abu*

المتنبى وابى تمام لشرف الدين المبارك بن احمد المستوفى الاربلى المتوفى سنة ٦٣٧ عشر مجلدات ١٣٨٤٩ نظام القلائد فى احكام المواليد لشرف الدين حسين بن سليمان الحلبى الطائى المتولد سنة ٧٠٢ ارجوزة فى سبعمائة بيت ثم شرحها فى مجلد ١٣٨٥٠ نظام اللسد فى اسماء الاسد للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ قال ذكر ابو سهل الهروى فى تاليفه ستمائة اسم وذكر الصفدى فى اعيان العصر انه وقف على مجموع فيه للاسد خمسمائة اسم ولولده الشبل ثلثمائة اسم فتلك ثمانمائة وقد تتبعت كتب اللغة فجمعت منها خمسمائة اسم ثم وقفت والتقطت من ذيل المدون لابن خالويه اكثر من مائة وخمسين اخرى وافردتها بتاليف سميته نظام اللسد ١٣٨٥١ نظامى فى اصول الدين لابى بكر محمد بن فورك المتوفى سنة ٤٠٦ [الفه لنظام الملك الوزير المشهور] ١٣٨٥٢ نظائر الاشعار تركى جمعها شاعر مخلصه نظمى توفى سنة ٩٥٥ ١٣٨٥٣ نظائر الدين محمد بن محمد الخطيب بدمشق الحموى المتوفى سنة

*Temmámi* decem voluminibus comprehensus, auctore *Sheref-ed-dín Mobárek Ben Ahmed Mostaufi Irbili*, anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuo. — 13849. Nitzám el-caláid, series monilium de statutis natalium, auctore *Sheref-ed-dín Hosein Ben Soleimán Halebí Táyi*, anno 702 (inc. 26. Aug. 1302) nato. Carmen septingentorum versuum metro *Rejez* compositum, in quod postea commentarium volumine comprehensum edidit. — 13850. Nitzám el-lesed, ordo linctus de nominibus leonis, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — Hic: *Abu Sahl Herewi*, ait, in libro suo sexcenta nomina recenset, et *Safedi* in suo *A'yán el-asr* se syllogen inspexisse narrat, in qua quingenta leonis nomina collecta fuerint, et trecenta catuli leonis, ut summa octingenta nomina expleret. Jam libros lexicologicos accurate examinavi, et inde quingenta nomina collegi. Tum legi . . . et ex *Ibn Khalaweih*i appendice libri arte composita plus centum quinquaginta nomina alia congessi. Haec separatim in hoc tractatu *Nitzám el-lesed* inscripto collecta edidi. — 13851. El-Nitzámi, liber *Nitzámi*cus de principiis religionis, quem *Abu Bekr Mohammed Ben Furek*, anno 406 (inc. 21. Jun. 1015) mortuus, [Weziro celeberrimo *Nitzám el-mulk* composuit]. — 13852. Netzáir el-ash'ár, eadem verba vario sensu in carminibus obvia. Collegit ea Poeta cognomine poetico *Nutzmí* ornatus et anno 955 (inc. 11. Febr. 1548) mortuus. Turcice. — 13853. El-Netzáir, eadem verba, quae diversam significationem admittunt. Scripsit *Zein-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Hamawi* Concionator Damascenus, anno . . . mortuus. —

١٣٨٥٤ علم النظر

١٣٨٥٥ نظرة المشوق الى وجه المشوق لشرف الدين عبد العزيز بن محمد الحموى المتوفى سنة ٦٦٣ قال الزركشي العكس في التسمية كما يتبادر    ١٣٨٥٦ نظم الاسامى تركى جمع ناظمه وهو رجل سمى اسمه على الاسماء ونظمها بالتركيّة اوله

چون بسم الله بيش الحمد لله

١٣٨٥٧ نظم الاوجز فيما يهمز وما لا يهمز قصيدة لابن مالك محمد بن عبد الله النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ ثم شرحها شرحًا كافيًا    ١٣٨٥٨ نظم البديع في مدح الشفيع للسيوطى وهو بديعيّة وله عليه شرح يسمّى الجمع والتفريق اوله الحمد لله البديع صنعه واحكامه الخ قال عمله بديعيّة معارضا بها بديعيّة ابن حجر اولها

من العقيق ومن تذكار ذى سلم

براعة العين في استهلالها بدم

13854. Ilm el-natzar. Doctrina rationis, qua disputantibus disserendum est.

13855. Natzret el-ma'shûc, intuitus valde dilecti in faciem desiderio flagrantis, auctore *Sheref-ed-din Abd-el-azîz Ben Mohammed Hamawi*, anno 663 (inc. 24. Oct. 1264) mortuo. *Zerkeshi:* Inscriptio tituli, inquit, inversa praestat, sicuti fieri solet, ut amans ad amatum properet. — 13856. Natzm el-asámi, ordo nominum, turcice. Collegit librum compositor, cujus nomen cetera nomina supereminet, et turcico carmini ea inseruit. Incipit ita:

Quandoquidem formula „Nomine Dei“ ante formulam „Laus Deo“ venit.

13857. El-Natzm El-Aujaz, compositio brevissima de iis, quae signo Hamzae notantur et quae non, auctore *Mohammed Ben Abdallah* Grammatico, vulgo *Ibn Málik* dicto et anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. *Casída*, in quam postea commentarium sufficientem edidit. — 13858. El-Natzm El-Bedío', compositio ornata de laude intercessoris, auctore *Soyúti*. Carmen est *Bedíiyet* nominandum, in quod idem commentarium edidit *El-Jam'o' we El-Tefric* inscriptum. Incipit hic ita: Laus Deo, cujus opera et statuta nova sunt etc., et *Soyúti* hoc carmen composuit imitans carmen *Bedíiyet* ab *Ibn Hajr* conditum, quod ita incipit:

Ex sardarum fodina et loci Dzu Selem recordatione

Rivus oculi largus fluit, dum cruentas fundit lacrymas.

١٣٨٥٩ نظم البرهان على صحّة جزم الآذان للقاضى عياض بن موسى اليحصبى المتوفى سنة ٥٤٤
١٣٨٦٠ نظم الجمان فى علم البيان مختصر لرشيد الدين ابى حفص عمر بن اسمعيل بن
مسعود الفارقى اوله الحمد لله الذى اوجد وانعم وارشد الخ ١٣٨٦١ نظم الجمان فى طبقات
اصحاب امامنا النعمان ثلث مجلّدات للشيخ صارم الدين ابراهيم بن محمد بن دقماق الحنفى
المتوفى سنة ٨٠٩ اوله الحمد لله الذى رفع طبقات العلمآء الاعلام الخ المجلّد الاول فى مناقب ابى
حنيفة والثانى والثالث فى اصحابه وهو متأخر من تأليف الجواهر المضيئة ١٣٨٦٢ نظم الجمان
لابى الفضل محمد بن ابى جعفر الاستاد المنذرى الهروى المتوفى سنة ٣٢٩ روى عنه الازهرى
١٣٨٦٣ نظم الجواهر تركى لمير على شير المتخلص بنوائى المتوفى سنة ٩٠٦ ١٣٨٦٤
نظم الجواهر قصيدة فى رؤس الآى [واختلافاتها] للشيخ الامام طاهر بن عربشاه الاصفهانى
المتوفى سنة ٧٨٦ ١٣٨٦٥ نظم الدرّ فى نقد الشعر لعلى بن اسمعيل السخاوى المتوفى سنة ٦٣٢

13859. **Natzm el-borhán**, ordo argumenti, amputationem aurium vere probandam esse, auctore Cádhi *Iyádh Ben Musa Yahsebi*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. — 13860. **Natzm el-jomán**, series margaritarum ordine conjunctarum de doctrina expositionis, auctore *Reshid-ed-din Abu Hafs Omar Ben Ismaíl Ben Mes'úd Fáricki*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui fecit, ut res existerent, beneficia contulit et recta via duxit etc. — 13861. **Natzm el-jomán**, series margaritarum filo conjunctarum de classibus discipulorum Imami nostri *No'mán*, auctore Sheikh *Sárim-ed-dín Ibráhím Ben Mohammed Ben Ducmác* Hanefita, anno 809 (inc. 18. Jun. 1406) mortuo. Tria volumina, quae ita incipiunt: Laus Deo, qui classes principum virorum doctorum extulit etc. — Volumen primum merita et virtutes *Abu Hanífae* laudat, et secundum et tertium ejus discipulos recenset. Hic liber serius compositus est quam *El-Jewáhir El-Modhíyet*. — 13862. **Natzm el-jomán**, series margaritarum filo conjunctarum, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Abi Ja'far El-Ostád El-Mondziri Herewi*, anno 329 (inc. 6. Oct. 940) mortuo. *Azheri* ejus auctoritate usus est. — 13863. **Natzm el-jewáhir**, series gemmarum filo conjunctarum, auctore *Mír Alíshír*, cognomine poetico *Newáyi* dicto et anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Turcice. — 13864. **Natzm el-jewáhir**, series gemmarum conjunctarum. *Casída* de versuum initiis [et diversitatibus], auctore Sheikh et Imám *Táhir Ben Arabsháh Isfaháni*, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuo. — 13865. **Natzm el-dorr**, series margaritarum filo conjunctarum de carminibus probis ab improbis distinguendis, auctore *Ali Ben Ismaíl Sekháwi*, anno 632 (inc. 26. Sept.

١٣٨٦٦ نظم الدرر السنية في السير الزكية نظمها الشيخ الامام زين الدين عبد الرحيم ابن الحسين العراقي المتوفى سنة ٨٠٦ في الف بيت    ١٣٨٦٧ نظم الدرر في تناسب الآي والسور في التفسير للشيخ الامام برهان الدين ابراهيم بن عمر البقاعي المتوفى سنة ٨٨٥ وهو كتاب لم يسبقه اليه احد جمع فيه من اسرار القرآن ما تتحير منه العقول وذكر في آخره انه فرغ في سابع شعبان سنة ٨٧٥ وكان ابتداؤه في شعبان سنة ٨٦١ فذلك اربع عشرة سنة قال اني بعد ما توغلت فيه واستقامت لي مبانيه فوصلت الى قريب من نصفه فبالغ الفضلاء في وصفه بحسن سبكه وغزارة معانيه واحكام رصفه دبّ داء الحسد في جماعة اولي نكد ومكر فصوّبوا من سهام الشرور والاباطيل وانواع الزور ما كثرت بسببه الوقائع وطال الامر في ذلك سنين وعمّ الكرب وصنّفت بسبب ذلك كتابي مصاعد النظر في الاشراف على مقاصد السور ثم صنّفت الاقوال القويمة في حكم النقل من الكتب القديمة وثبت الله ورزق الصبر والاناة حتى اكمل هذا

1234) mortuo. — 13866. Natzm el-dorer el-seniyet, series margaritarum pretiosarum filo conjunctarum de moribus puris. Composuit Sheikh et Imâm *Zein-ed-dîn Abd-el-rehîm Ben-elhosein Irâcki*, anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) mortuus, mille versibus. — 13867. Natzm el-dorer, series margaritarum ordine conjunctarum de versuum et Suratarum Corani convenientia, auctore Sheikh et Imâm *Borhân-ed-dîn Ibrâhîm Ben Omar Becâi*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. Commentarius in Coranum, quem nullus alius liber in suo genere aequat. Collegit hic ex arcanis Corani ea, in quibus mentes obstupefactae haerent, et ad finem commemorat, se die septimo mensis Sha'bân anni 875 (inc. 30. Jun. 1470) eum absolvisse, ejusque initium in mensem Sha'bân anni 861 (inc. 29. Nov. 1456) incidit, id quod intervallum quatuordecim annorum explet. Postquam, ait, in hoc libro componendo satis progressus feci, ejusque fundamenta mihi firme et recte jacta et constituta sunt, ut ad dimidiam fere ejus partem pervenissem, et jam viri eruditione insignes in eo propter formae pulchritudinem, sententiarum abundantiam et institutionem descriptae ejus dispositionis solidam laudando pleniore ore usi sunt, morbus invidiae pluribus obtrectatoribus importunis et dolosis obrepsit, quapropter tot tela malignitatis, futilitatis et variorum mendacii generum conjecerunt, ut eorum caussa multi rumores huc et illuc cursitarent, et res ita plures annos se haberent, quod omnibus sollicitudini erat. Hanc ob caussam librum meum *Mesâid el-natzar fi el-ishrâf ala 'mecâsid el-sower* composui, quo absoluto librum *El-Acwâl El-Cawîmet fi hokm el-nacl min el-kotob el-cadîmet* conscripsi. Deus autem patientiam mihi et modestiam con-

الكتب وقد قلت مادحًا للكتاب المذكور شارحًا لحالى وحالهم من مجزوء الرجز وضربُه مقطوع
مسمّيًا له بكتاب لمّا لان جلّ مقصوده بيان ارتباط الجمل بعضها ببعض ١٣٨٦٨ نظم الدرر
فى علم الاثر الفيّة فى الحديث للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى
المتوفى سنة ٩١١ اوله لله حمدى واليه استند الخ ذكر فيه انّه جمع ما كتب فى هذه الالفيّة
بالاحمر فهو من زيادات ثم شرح شرحًا بسيطًا سمّاه البحر الذى زخر لم يتمّ ١٣٨٦٩
نظم الدرر فى علم الحجر للشيخ العلّامة منصور بن محمد الارجاوى اوله الحمد لله الذى
اطلع من شآء من عباده الخ ١٣٨٧٠ نظم الدرر فى معرفة منازل الشمس والقمر منظومة
للامام المحقق شرف الدين احمد بن ادريس بن يحيى الماردينى الحنفى [المتوفى سنة ٧٢٨]
الفه فى جمادى الآخرة سنة ٦٩٧ بدمشق اوله الحمد لله العلى الاحد الخ رتّب على عشرة
ابواب كلّها منظومة ١٣٨٧١ نظم السلوك فى تواريخ الخلفآء والملوك مختصر من الهجرة

firmavit et benigne impertivit, ut hunc librum perficerem. Dixi autem librum commemoratum laudans et meam et malevolorum conditionem describens, metro *Rejez* ita usus, ut pes versus tertius exciderit, ultima autem pars secundi hemistichii decurtata sit, ei scilicet titulum dans *Kitáb lemmá*, quod id, quod hoc libro consequi studuimus, maximam partem in expositione conjunctionis propositionum mutuae cernitur. — 13868. Natzm el-dorer, series margaritarum filo consertarum de doctrina traditionaria, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Carmen de re traditionaria in literam *Elif* desinens, quod ita incipit: Deo laus mea, et in eo spes mea residet etc., et auctor ibi narrat, quae in hac *Alfiya* liquore rubro scripserit, haec collecta esse additamenta. Deinde commentarium amplum composuit, cui nomen *El-Bahr alladzi zakhara* dedit. Eum non absolvit. — 13869. Natzm el-dorer, series margaritarum filo conjunctarum de doctrina lapidis sapientum, auctore Sheikh doctissimo *Mansúr Ben Mohammed Arthâwi*. Tractatus ita incipit: Laus Deo, qui iis ex cultoribus suis, quos vult, cognoscendum impertivit etc. — 13870. Natzm el-dorer, series margaritarum filo conjunctarum de cognitione stationum solis et lunae. Carmen, quod Imám subtilissimus *Sherref-ed-dín Ahmed Ben Idrís Ben Yahya Márídíni* Hanefita, [anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuus], mense *Jomádzi II.* anni 697 (inc. 19. Oct. 1297) Damasci composuit, et ita orsus est: Laus Deo sublimi, uni etc. Distribuit in decem capita, quae omnia ligatae orationis formam habent. — 13871. Natzm el-solúk, ordo incessus de historiis Khalifarum et regum. Compendium

الى سنة ٨٠٦ للشيخ عبد الرحمن بن على بن احمد البسطامى الحنفى المتوفى سنة [ ٨٤٣ ]

*Ibráhím Shebisteri Nackishbendi.* Carmen de grammatica in *Tá* desinens, quod ita incipit: Auspicor prosperitatem ex „Nomine Dei, qui creaturas primus produxit etc." — Postea illud commentario instruxit, qui ita incipit: Laus Deo talis, qualis copiae ejus beneficiorum respondet etc., et carmen ipsum initio mensis Moharrem anni 900 (inc. 2. Oct. 1494) absolvit. — 14076. Niháyet el-beyán, summus expositionis terminus. Commentarius [sex voluminum] in Coranum, auctore *Abu Mohammed Jemál-ed-dín El-Moáfá Ben Ismaíl Ben-elhosein Ben Abi'lbeyán Mausili* Shafiita, anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo. — 14077. Niháyet el-beyán, summus expositionis terminus de cognitione temporis, auctore Sheikh et Imám *Dawud Ben Mohammed Caisari*, [anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo]. — 14078. Niháyet el-beyán, summus expositionis terminus. Commentarius in scripta Hanefitarum et Hanbalitarum titulo *Hidáyet* consignata, de quibus infra dicetur. — *Niháyet el-kifáyet fi diráyet El-Nihâyet* pariter commentarius in *El-Hidáyet* est. — 14079. Niháyet el-tawil fi asrár el-tenzíl, finis expositionis allegoricae de arcanis revelationis. Commentarius in Coranum, auctore *Kemál-ed-dín Abd-el-wáhid Ben Abd-el-kerím*, vulgo *Ibn-elzamlekání* dicto et anno 651 (inc. 3. Mart. 1253) mortuo. — 14080. Niháyet el-tecríb, finis propioris institutionis, auctore *Tacki-ed-dín Mohammed Ben Fahd Mekki*, anno 871 (inc. 13. Aug. 1466) mortuo. — 14081. Niháyet el-tauffíc, summus terminus auxilii Dei propitii. — 14082. Niháyet el-rotbet el-tzarífet, summus terminus auctoritatis politae de quaerendo munere honorifico praefecturae annonae, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Ben Nasr Ben Abdallah*

عبد الله العدوى اوله الحمد لله على نعمه الخ وهى على اربعين بابا ١٤٠٨٣ نهاية الرغبة
فى طلب الحسبة [للشيخ الامام جلال الدين عبد الرحمن بن نصر التبريزى الشافعى المتوفى
سنة رتّبه على اربعين بابا وفى اثنائها فصول اوله الحمد لله على ما انعم واستعينه فيما اكرم
الخ قلت لعلّ الاول الثانى] ١٤٠٨٤ نهاية السؤال فى اعمال الفروسيّة والخيول ١٤٠٨٥
نهاية السّول فى رواية الستّة الاصول لبرهان الدين ابراهيم بن محمد المعروف بسبط ابن
العجمى المتوفى سنة ٨٤١ ١٤٠٨٦ نهاية السّول فى شرح منهاج الاصول سبق ١٤٠٨٧ نهاية
السول للشيخ الامام علاء الدين ابن الشاطر [على بن ابراهيم الفلكى المتوفى سنة ٧٧٧]
١٤٠٨٨ نهاية السول والامنية فى تعليم اعمال الفروسيّة ١٤٠٨٩ نهاية الصنائع فى شرح المختصر
والجامع لشمس الدين ابى المظفر يوسف سبط ابن الجوزى الحنفى [المتوفى سنة ٦٥٤]
ثم عزى احاديث الاحكام الى كتب ائمّة النقل فى مختصر ورمز بالحروف المرموزة المعهودة عند

*Adewi.* Liber ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis etc., et in quadraginta capita dispositus est. — 14083. **Niháyet el-raghbet**, summus desiderii terminus de quaerendo munere praefecturae annonae, [auctore Sheikh et Imám *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Nasr Tebrízi* Shafiita, anno . . . mortuo. Distribuit librum, qui ita incipit: Laus Deo pro iis, quae nobis benefecit, ejusque auxilium imploro, ut generositatis documenta in me conferat etc., in quadraginta capita, quibus mediis sectiones inseruit. — Fortasse, inquam, hic liber et praecedens unus idemque est]. — 14084. **Niháyet el-sowál**, summus terminus quaestionis de exercitiis artis equestris et equitum. — 14085. **Niháyet el-súl**, summus terminus quaestionis de relatione sex traditionum corporum principalium, auctore *Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Mohammed*, vulgo *Sibt Ibn-elajemi* dicto et anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) mortuo. — 14086. **Niháyet el-súl**, summus terminus quaestionis. Commentarius in *Minháj el-osúl*, de quo supra dictum est. — 14087. **Niháyet el-súl**, summus terminus quaestionis, auctore Sheikh et Imám *Alá-ed-dín Ibn-elshátir* [*Ali Ben Ibráhím Feleki*, anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuo]. — 14088. **Niháyet el-súl we el-omniyet**, summus terminus quaestionis et optationis de institutione exercitiorum artis equestris. — 14089. **Niháyet el-sináï'**, summus terminus artium. Commentarius in *El-Mokhtasar* et *El-Jámi'*, auctore *Shems-ed-dín Abu'lmotzaffer Yusuf Sibt Ibn-eljauzi* Hanefita, [anno 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuo]. Postea traditiones, in quibus statuta practica nituntur, in singulari compendio ad libros Imamorum retulit, unde petitae erant, fontesque siglis literarum a viris hujus doctrinae peritis usu receptis consignat. —

اهل الفن ١٤٠٩٠ نهاية الطلاب فى علم الحساب لمحمد بن الخطيب الاربلى مختصر على مقدمة وقواعد وستة فنون اوله الحمد للواحد الذى لا يوجب تعدده وجود المكثرات الخ ذكر فيه انه يشتمل على خلاصة ما وجده فى الكتب المشهورة ا قاعدة فى المفتوح الهوائى ٢ فى الجبر والمقابلة ٣ فى التحت والتراب ٤ فيما عدا الجبر ٥ فى مساحة الاشكال ٦ فى فن السياقة ١٤٠٩١ نهاية العقول فى الكلام فى دراية الاصول يعنى اصول الفقه للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ رتب على عشرين اصلا اول الكتاب اما بعد حمد الله على تسابق آلائه وتلاحق نعمائه الخ ١٤٠٩٢ نهاية الغور فى مسائل الدور للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ١٤٠٩٣ نهاية فى بدء الخير وغايته مختصر جامع الصحيح البخارى لعبد الله بن سعد بن ابى جمرة الازدى [المتوفى سنة ٦٧٥] ثم شرحه وسماه بهجة النفوس وتحليتها بمعرفة ما عليها ولها اوله الحمد لله الذى فتق رتق

---

14090. **Nihâyet el-tollâb**, summus terminus studiosorum de arithmetica, auctore *Mohammed Ben-elkhatib El-Irbili*. Compendium in praefationem, regulas fundamentales et sex genera distributum, quod ita incipit: Laus Unico, cujus pluralitas existentiam rerum multiplicium non necessariam reddit etc. Auctor commemorat, librum optima et exquisitissima eorum continere, quae in scriptis celeberrimis invenerit. Prima regula de iis agit, quae computatione ingenii aperiuntur — secunda de reductione per aequationem — tertia de computationis speciebus *Taht* et *Toráb* — quarta de exercenda reductione partium ad totum — quinta de schematum geometricorum dimensione — sexta de arte literis arabicis computandi. — 14091. **Nihâyet el-ocúl**, terminus summus mentium in dissertatione de principiorum scientia, juridicorum scilicet, auctore Imâm *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. Liber in viginti principia distributus est et ita incipit: Praemissa Dei laude pro ejus beneficiis cetera omnia post se relinquentibus et continua ejus gratiarum serie etc. — 14092. **Nihâyet el-ghaur**, summus fundus de quaestionibus circuli, auctore Imâm *Abu Hâmid Mohammed Ben Mohammed Ghazâli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 14093. **El-Nihâyet fi bed'i el-heir we ghâyatihi**, summus terminus de initio stuporis ejusque gradu extremo. Epitome ex *Bokhâri Jâmi' el-sahih*, auctore *Abdallah Ben Sa'd Ben Abi Jamra Azdi*, [anno 675 (inc. 15. Jun. 1276) mortuo]. Postea eam commentario instruxit *Behjet el-nofûs we tahliyatihâ bi ma'rifet mâ aleihâ we lehâ* inscripto, qui ita incipit: Laus Deo, qui tenebras ignorantiae cordium

ظلمت جهالات القلوب الخ     ١٤٠٩٤ نهاية في شرح الوقاية يأتي     ١٤٠٩٥ نهاية في علم الرماية
لحسين بن اليونيسي     ١٤٠٩٦ نهاية في غريب الحديث مجلّدات للشيخ الامام ابي السعادات
مبارك بن ابي الكرم محمد المعروف بابن الاثير الجزري المتوفى سنة ٦٠٦ اخذه من غريبين
للهروي وغريب الحديث لابي موسى الاصفهاني ورتّبه على حروف المعجم بالتزام الاول والثاني
من كلّ كلمة واتباعهما بالثالث وجعل على ما في كتاب الهروي هآءا بالحمرة وعلى ما في كتاب
ابي موسى سينا وما اضافه من غيرهما مهملًا بغير علامة لتمييز ما فيهما وقد مرّ تفصيله في
غريب الحديث اوله احمد الله على نعمه بجميع محامده الخ ثم ذيّله صفي الدين محمود
ابن ابي بكر الارموي توفي سنة ٧٢٣ واختصره عيسى بن محمد الصفوي المتوفى سنة ٩٥٣ في
قريب من نصف حجمها واختصره جلال الدين السيوطي وسمّاه الدرّ النثير وله التذييل
والتذنيب على نهاية الغريب واختصره الشيخ علي بن حسام الدين الهندي الشهير بالمتقي

---

clausas fidit etc. — 14094. **El-Niháyet fi sharh El-Wicáyet**, summus terminus. Commentarius in librum *Wicáyet*, de quo infra dicetur. — 14095. **El-Niháyet fi ilm el-rimáyet**, summus terminus de arte sagittas jaculandi, auctore *Hosein Ben-elyunisi*. — 14096. **El-Niháyet fi gharíb el-hadíth**, summus terminus de verbis inusitatioribus, quae in traditionibus leguntur. Plura volumina, quae Sheikh et Imám *Abu'lseádát Mobárek Ben Abi'lkerem Mohammed Jezeri*, vulgo *Ibn-elathír* dictus et anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuus, ex *Herewi Gharíbein* et ex libro *Gharíb el-hadíth* ab *Abu Musa Isfaháni* edito petiit, et ad ordinem alphabeticum disposuit, ut primam et secundam cujusvis vocabuli literam respiciendam sibi esse putaret, et adeo tertiam, quae priores deinceps sequeretur. Quae ex *Herewi* libro petita erant, his literam *He* liquore rubro notatam superscripsit, et iis, quae in libro *Abu Musae* legebantur, literam *Sín*. Quae autem ex aliis praeter hos duos libros addidit, nullo signo diacritico distinxit, ut quae in his duobus legebantur secerneret. — Descriptio autem hujus objecti accuratior et per singulas partes jam supra data est in *Gharíb el-hadíth*. — Librum *Niháyet*, qui ita incipit: Laudo Deum pro ejus beneficiis omnibus laudibus, quibus dignus est etc., *Safi-ed-dín Mahmúd Ben Abi Bekr Ormewi*, anno 723 (inc. 10. Jan. 1323) mortuus, appendice continuavit, et *Isa Ben Mohammed Safewi*, anno 953 (inc. 4. Mart. 1546) mortuus, in epitomen contraxit, quae dimidiam prope archetypi partem continet. — Porro *Jelál-ed-dín Soyúti* epitomen *El-Dorr El-Nethír* inscriptam confecit et praeterea supplementum et appendicem titulo *El-Tedzyíl we El-Tedzníb ala Niháyet el-gharíb* ornatum edidit. Denique Sheikh *Ali Ben Hosám-ed-dín Hindi*, vulgo *El-Mottecki* dictus, eum in epitomen coegit. —

١٤٠٩٧ نهاية في فروع الحنابلة للشيخ الامام شرف الدين عبد الرحمن بن رزين الغساني وفي فروع المالكيّة للطرطوشي ١٤٠٩٨ نهاية في الفروع للشيخ محمد بن عمر المعروف بمنلا عرب الواعظ الحنفي المتوفى سنة الّفه لقايتباى ١٤٠٩٩ نهاية في الكناية للاديب ابي منصور عبد الملك الثعالبي النيسابوري اوله عونك اللهم على شكر نعمتك الخ الّفه بنيسابور سنة ٤٠٠ ورتّبه على سبعة ابواب ١٤١٠٠ نهاية في النحو لشمس الدين ابن الخبّاز احمد بن الحسين الاربلي المتوفى سنة ٦٣٧ ١٤١٠١ نهاية القصد في صناعة الصيد ١٤١٠٢ نهاية الكفاية شرح في الهداية يأتي ١٤١٠٣ نهاية المبتدئين ١٤١٠٤ نهاية المجتهد وكفاية المقتصد لمحمد بن الوليد ١٤١٠٥ نهاية المحيا في مدح شيوخ من الاصفياء منظومة للامام عبد الله بن اسعد اليافعي اليمني المتوفى سنة [٧٦٧] وشرحه له ايضا ١٤١٠٦ [نهاية المراد

14097. El-Niháyet fi forú' El-Hanábilet, summus terminus de partibus juris Hanbalitici secundariis, auctore Imám *Sheref-ed-dín Abd-el-rahman Ben Rezín Ghassáni* — et liber ejusdem tituli de partibus juris Málikitici secundariis, auctore *Tartúshi.* — 14098. Niháyet fi el-forú', summus terminus de partibus juris (Hanefitici) derivatis. Composuit Sheikh *Mohammed Ben Omar* Concionator Hanefita, vulgo *Menlá Arab* dictus et anno . . . mortuus, in favorem *Cáyetbái.* — 14099. El-Niháyet fi el-kináyet, summus terminus de metonymia, auctore *Abu Mansúr Abd-el-melik Theálibi Nisábúri* Philologo. Scripsit librum, qui ita incipit: Auxilium Tuum, o Deus, ad gratias pro Tua beneficentia agendas etc., Nisaburae anno 400 (inc. 25. Aug. 1009), et in septem capita distribuit. — 14100. El-Niháyet fi el-nahw, summus terminus de grammatica, auctore *Shems-ed-dín Ahmed Ben-elhosein El-Irbili,* vulgo *Ibn-elkhabbáz* dicto et anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuo. — 14101. Niháyet el-casd, summus terminus intentionis de arte venam incidendi. — 14102. Niháyet el-kifáyet, summus terminus institutionis sufficientis. Commentarius in librum *Hidáyet*, de quo infra videatur. — 14103. Niháyet el-mubtediyín, summus terminus tironum. — 14104. Niháyet el-mujtehid, summus terminus studiosissime laborantis et status sufficiens modum rectum tenentis, auctore *Mohammed Ben-elwelíd.* — 14105. Niháyet el-mahyá, summus terminus vitae de laude Sheikhorum inter viros puros, auctore Imám *Abdallah Ben As'ad Yáfii Yemeni,* anno [767 (inc. 18. Sept. 1365)] mortuo. Carmen, quod idem commentario instruxit. — 14106. [Niháyet el-morád, summus terminus ejus, quod expetimus.

شرح هداية ابن العماد فی مجلد للشيخ الامام عبد الغنی النابلسی الشامی اوله الحمد لله علی آلائه واين وسع الحمد من نعمائه الخ] ١٤١٠٧ نهاية المرام فی ذكر الخلفاء والايام منظومة لعلی بن غالب المتوفی سنة ١٤١٠٨ نهاية المطلب فی دراية المذهب للامام الحرمين عبد الملك بن عبد الله الجوينی الشافعی المتوفی سنة ٤٧٨ جمعها بمكة واتمها بنيسابور مدحه ابن خلكان وقال ما صنف فی الاسلام مثله وقال ابن النجيد مشتمل علی اربعين مجلدا ثم لخصه ولم يتم واختصره ابو سعد عبد الله بن محمد اليمنی المعروف بابن ابی عصرون المتوفی سنة ٥٨٥ وسماه صفوة المذهب من نهاية المطلب سبع مجلدات

١٤١٠٩ نهاية المطلب فی شرح المكتسب مر ١٤١١٠ نهاية المطلوب فی استحباب كتابة البسملة بكمالها فی كل مكتوب لعلی بن احمد الانصاری القرافی اوله ان ابهی خبر يشرق علی صفحات الوجود نوره الخ قال اختصرتها من كتب وضعته مسمّی بالجواهر المكللة ١٤١١١ نهاية

---

Commentarius in *Ibn-elimádi Hidáyet*, auctore Sheikh et Imám *Abd-el-ghani Nábulusi Shámi*. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis, et quam longe abest laus ab ejus beneficentia! etc.]. — 14107. Niháyet el-merám, summus terminus desiderii de descriptione Khalifarum et proeliorum. Carmen, auctore *Ali Ben Ghálib*, anno . . . mortuo. — 14108. Niháyet el-matlab, summus terminus votorum de cognitione doctrinae *Sháfii*, auctore Imám el-haramein *Abd-el-melik Ben Abdallah Juweini* Shafiita, anno 478 (inc. 29. Apr. 1085) mortuo. Collegit Mekkae et absolvit Nisaburae. — *Ibn Khallikán* librum laudans: Similis liber, inquit, tempore Islami non est compositus, et *Ibn-elnejd* eum quadraginta volumina comprehendere dicit. Tum potiora ejus extraxit, at epitomen non absolvit. Deinde *Abu Sa'd Abdallah Ben Mohammed Yemeni*, vulgo *Ibn Abi Osrún* dictus et anno 585 (inc. 19. Febr. 1189) mortuus, eum in epitomen contraxit *Safwet el-madzhab min Niháyet el-matlab* inscriptam et septem voluminibus comprehensam. — 14109. Niháyet el-matlab, terminus summus, ad quem adspirari possit. Commentarius in *El-Mukteseb*, de quo supra mentio facta est. — 14110. Niháyet el-matlúb, terminus summus optandorum de eo quod praeferendum sit, formulam „Nomine Dei" initio scriptorum omnium plene et integre scribere, auctore *Ali Ben Ahmed Ansári Caráfi*. Hunc tractatum, qui ita incipit: Nitidissimus nuntius, cujus lumen super lateribus existentiae splendet etc., ex libro se extraxisse dicit, quem ipse primus composuerit et titulo *El-Jewáhir El-Mokallelet* ornaverit. — 14111. Niháyet

المقامات في دراية المقامات مرّ ١٤١١٢ نهاية الوصول الى علم الاصول لصفي الدين محمد بن عبد الرحيم الهندي المتوفى سنة ٧١٥ ١٤١١٣ نهاية الوصول الى علم الاصول للشيخ الامام احمد بن علي ابن الساعاتي البغدادي المتوفى سنة | اوله التحبير دأبك اللهم يا واجب الوجود الخ لخصه من الاحكام واصول فخر الاسلام | وشرحه شمس الدين محمود الاصفهاني المتوفى سنة ويحيى بن علي بن الخطيب التبريزي المتوفى سنة وسراج الدين عمر الهندي المتوفى سنة وشمس الدين محمد بن النوشابادي الحنفي المتوفى سنة ١٤١١٤ نهج البلاغة قال ابن خلكان اختلف الناس فيه هل هو للشريف ابي القاسم علي بن طاهر المرتضى المتوفى سنة ٤٠٦ جمعه من كلام علي بن ابي طالب رضي الله عنه ام جمع اخوه الشريف الرضي البغدادي وقد قيل انه ليس من كلام علي انتهى قال الذهبي في ميزان الاعتدال ومن طالع كتاب نهج البلاغة جزم بانّه مكذوب على امير المؤمنين علي رضي الله عنه ففيه السبّ الصريح والحطّ

el-mecámát, terminus summus graduum de cognitione Consessuum. Commentarius in *Haririi* Consessus, de quo supra videndum est. — 14112. Nibáyet el-wosúl, summus terminus, ad quem perveniri possit in scientia principiorum, auctore *Safi-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rehim Hindi*, anno 715 (inc. 7. Apr. 1315) mortuo. — 14113. Nibáyet el-wosúl, summus terminus, ad quem in scientia principiorum perveniri possit, auctore Sheikh et Imám *Ahmed Ben Ali Ibn-elsáati Baghdádi*, anno . . . mortuo. Hunc librum, [qui ita incipit: Optima est Tua consuetudo, o Tu Deus, cujus existentia necessaria est etc., potiorem partem ex libris *El-Ahkám* et *Osúl Fakhri-elislám* excerpsit, et] *Shems-ed-din Mahmúd Isfaháni*, anno . . . mortuus, *Yahya Ben Ali Ben-elkhatíb Tebrízi*, anno . . . mortuus, *Siráj-ed-din Omar Hindi*, anno . . . mortuus, et *Shems-ed-din Mohammed Ben-elnusbábádi* Hanefita, anno . . . mortuus, commentariis instruxerunt. — 14114. Nehj el-belághat, via eloquentiae manifesta. Teste *Ibn-Khallikán* viri docti dissentiunt, utrum hic liber *El-Sherif Abu'lcásim Ali Ben Táhir El-Murtedhá*, anno 406 (inc. 21. Jun. 1015) mortuum, qui eum ex dictis *Alii Ben Abi Tálib* collegerit, auctorem habeat, an ejus frater *Sherif Redhi-ed-din Baghdádi* eum congesserit. Alii dicunt, effata ibi allata minime *Alio* tribuenda esse. — Haec ille. — *Dzehebi* in *Mízán el-i'tidál:* Qui, ait, librum *Nehj el-belághat* attente legerit, certissime sibi persuadebit, falso haec dicta Emiro-elmuminín *Ali* tribui. Certe ibi convicia eruuntur diserta et ira effervescens contra

على السيدين ابى بكر وعمر انتهى وعلى كلّ حال شرحه عزّ الدين عبد الحميد بن هبة الله المدآئنى [ الكاتب الشاعر الشيعى ] فى عشرين مجلّدًا المتوفى سنة ٦٥٥ وشرحه المولى قوام الدين يوسف بن حسن الشهير بقاضى بغداد المتوفى سنة ٩٢٢ ومن شروحه شرح لهيثم بن على بن هيثم الهجرانى فرغ من تلخيصه واختصاره فى آخر شوال سنة ٦٨١ بقال اقول اوله سبحان من حسرت ابصار البصآئر عن كنه معرفته وقصرت الخ ذكر انه تمهّج باتصاله الى خدمة صاحب ديوان علاء الدين عطا ملك بن بهآء الدين محمد الجوينى وانّه قد الهم تعظيم الاحاديث الصحاح وما نقل عن على رضى الله عنه فى كتاب نهج البلاغة وغيره وان دأبه بثّ مجلس تلك الاخبار والحثّ على تأويلها واظهار كنوزها والامر بتعلّمها واستكشاف رموزها ونسْبَه من تولى تأديبه الى التقصير لشغله بغيرها من كتب الادب ككتب اليمينى والحريرى وسائر منثور كلام العرب لكون هذه الالفاظ فى نظم جواهرها لا تخلو من سعى

*Seyyidos Abu Bekr* et *Omar.* — Ita *Dzehebi.* — Utcunque res est, commentarios in librum ediderunt *Izz-ed-din Abd-el-hamid Ben Hibetallah Medáini* [ Shiita Scriba et Poeta ], anno 655 (inc. 19. Jan. 1257) mortuus, cujus commentarius viginti volumina comprehendit — Molla *Chiwám-ed-din Yusuf Ben Hasan*, vulgo Cádhi Baghdadensis dictus et anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus — et *Heithem Ben Ali Ben Heithem Hajeráni*, qui epitomen et contractionem commentarii sui majoris ad finem mensis Shewwál anni 681 (inc. 11. Apr. 1282) ita absolvit, ut textus verba voce *cála* (dicit) a suis voce *acúl* (dico) distingueret. In hoc commentario, qui ita incipit: Laudibus sit praedicatus ille, quem penitus et intime cognoscere intelligentia vel subtilissima nimis obtusa et hebes est etc., se laudem dicit captasse perveniendi in ministerium praefecti cancellariae *Alá-ed-dîni Atámelik Ben Behá-ed-dín Mohammed Joweini*, et traditionum verarum et effatorum ex ore *Alii* in libro *Nehj el-belághat* et aliis scriptis allatorum venerationem divinitus sibi inditam esse, seque fuisse consuetum, saepius de his traditionibus colloquia instituere adque earum interpretationem et intimos sensus aperiendos excitare, et mandasse, ut discerentur et cognitio earum obscuritatum compararetur, et sibi summae curae fuisse, ut eum, quem educandum suscepisset, officii insufficienter praestiti accusaret, cum in aliis rebus, in scriptis scilicet philologicis, quales sunt libri *Yemíni*, *Haríri* et cetera scripta soluta oratione dicta Arabum continentia, occupatus sit. Haec enim verba in margaritis suis deinceps jungendis sine dubio studio operoso et labore molesto non carent, et in iis

وتكلّف وفى ابرازها بهيئة تستلذّها النفس لا تنفكّ عن عسر ولكونها خالية عن مطالب اولى الهمم العالية والمقاصد الحقيقيّة الباقية مقصورة على حكايات مضحكة واوضاع ملهيّة وامّا الالفاظ النبويّة والكلمات العلويّة فانها موارد عين صافية وهى عين الحكمة التى من اوتيها فقد اوتى خيرًا كثيرًا فالزم ملازمتها والتمسّك بها ولديه الامير ابن [ابى] منصور محمد ومظفر الدين على وانه رأى تشوّق خاطره الى شرحها فشرحها مشتملًا على كثير من اسباب الخطب والرسائل فكبر حجمه ثم اشار الى تلخيصه فهذّبه ونقّحه بقوله اقول وسمّاه مصباح السالكين لنهج البلاغة من كلام امير المؤمنين وقيل للشريف رضى الدين محمد بن الحسين الموسوى اوله الحمد لله الذى جعل الحمد ثمنًا لنعمآئه الخ ذكر فيه انّه ابتدأ بتأليف كتاب فى خصآئص الائمّة ويشتمل على محاسن اخبارهم وجواهر كلامهم فبوّب ابوابًا وجعل فى آخره بابًا يتضمّن ما نقل عنه ومنه فى المواعظ والحكم فاستحسن ذلك وسألوا ان يبتدئ

---

forma evulgandis, unde anima delectationem capere debeat, difficultatibus nequaquam sunt exclusa, et neque objecta, quibus viri sana et alta mente praediti student, neque consilia proposita vera et perpetua continent, sed in narrationibus risum moventibus et historiis inventis delectantibus acquiescunt. Effata prophetica contra et dicta *Alii* aquationes sunt fontis purissimi, fontis scilicet sapientiae, „et cui data fuerit sapientia, jam porro datum erit ei bonum multum.“ Hac de causa filios suos Emirum ***Ibn [Abi] Manzúr Mohammed*** et ***Molzaffer-ed-dín Ali*** ad illa dicta semper secum portanda et reverenda adegit. Vidisse autem se mentem *Alá-ed-dín*i desiderio eorum interpretationis affectam esse, ideoque tali commentario ea instruxisse, ut multam materiam necessariam allocutionum politarum et epistolarum prosa ornatiori scribendarum contineret. Volumen cum inde nimis amplificaretur, ***Alá-ed-dín*** illud in brevius contrahi jussit; ***Heithem*** igitur recognovit et erroribus repurgavit voce *cauloho* ad auctoris verba significanda et *acúl* ad sua verba indicanda usus. Commentario huic titulum dedit ***Misbáh el-sálikín li Nehj el-belághat min kelám Emír-elmuminín.*** — Alii librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui laudem pretium suae beneficentiae esse voluit etc., Sherifo ***Redhi-ed-dín Mohammed Ben-elhosein Musewi*** tribuunt. Auctor se a libro de peculiaribus Imamorum virtutibus componendo incepisse ibi narrat, qui specimina relationum eorum pulchra et margaritas dictorum comprehenderet. Eum igitur in capita distribuit et ad finem caput adjecit, quod effata paraenetica et apophthegmata *Alio* auctori tributa et ab eo tradita continebat. Hoc caput vehementer approbarunt

بكتاب يحتوى على مختار كلام على رضى الله عنه فاجاب ورأى كلامه يدور على ثلثة للخطب والكتب والحكمة فجعل على ثلثة اقسام كذلك ١٤١١٥ [نهج الدماثة بما ورد فى فضل المساجد الثلثة لتقى الدين محمد بن محمد ابن فهد المكى المتوفى سنة ٨٧١] ١٤١١٦ نهج الدماثة نظم فى قراءات الثلثة للشيخ الامام برهان الدين ابراهيم بن عمر الجعبرى المتوفى سنة ٧٣٢ اوله حمدت الهى وابتدئ اولا الخ قال انى نظمت قراءات الثلثة فى نهج عظيم عجيب لمن حفظ كتاب حرز الامانى واراد ضمّ الثلثة اليه ليكمل العشرة وهى عند حذاق القرّاء داخلة فى الاحرف السبعة كما برهنت فى كتابى النزهة ولما كان للحرز نظمته على بحره ورويّه ثم شرحها وسمّاه خلاصة الابحاث فى شرح نهج القراءات الثلاث اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ ١٤١١٧ نهج الرضاعة لاولى الخلاعة لابى الحكم عبيد الله بن المظفر الباهلى المتوفى سنة ١٤١١٨ نهج الطريق فى علم التوريق للقاضى عماد الدين

---

ab eoque petierunt, ut librum componendum susciperet, qui delectum ex *Ali* dictis comprehenderet. Optato satisfecit, et cum *Ali* dicta circa tria objecta versari videret, allocutionem, scriptionem et sapienter dicta, eum in tres partes respondentes distribuit. — 14115. [**Nehj el-demáthet**, munitio viae mollis de iis, quae de praestantia trium templorum Islamismi, Mekkani, Medinensis et Hierosolymitani propagata sunt, auctore *Tacki-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ibn Fahd Mekki*, anno 871 (inc. 13. Aug. 1466) mortuo]. — 14116. **Nehj el-demáthet**, munitio viae mollis. Carmen de trium lectorum Corani recensionibus, auctore Sheikh et Imám *Borhán-ed-din Ibráhím Ben Omar Ja'beri*, anno 732 (inc. 4. Oct. 1031) mortuo. Incipit ita: Laudo Deum meum et incipio primum etc. — Metrice, inquit, recensionem trium lectorum Corani ratione magnifica et admirationem ei creante composui, qui librum *Hirz el-amáni* memoria tenuerit. Jam septem recensionibus in *El-Hirz* tractatis tres reliquas adjungere voluit, ut decem explerentur, quae ex sententia acutorum Corani lectorum omnem septem Corani dialectorum materiem absumunt, ut in libro meo *Nuzhet* demonstravi, et propter formam libro *Hirz* datam hoc carmen eodem metro eademque praecipua rhythmi litera usus condidi. — Postea illud commentario *Khilúset el-abháth fi sharh Nehj el-ckiráát el-theláth* inscripto instruxit, qui ita incipit: Laus Deo, qui servo suo librum augustum revelavit etc. — 14117. **Nehj el-ridháat**, via suctus iis patens, qui vitam dissolutam agunt, auctore *Abu'lhakem Obeidallah Ben-elmotzaffer Báhili*, anno . . . mortuo. — 14118. **Nehj el-taríc**, munitio viae apertae ad doctrinam syngraphas scribendi, auctore

ابى محمد عبد الرحمن ابن سالم بن نصر الله الدمشقى مختصر اوله الحمد لله الذى علّم بالقلم علّم الانسان الخ ذكر انّ كتابة الشروط والسجلات من المهمّات وهى مختلفة باختلاف اوضاع البلدان وعرف كلّ زمان فالّف على وضع اهل الشأم وعُرْفهم ١٤١١٩ نهج العبادات

١٤١٢٠ نهج المسلوك فى سياسة الملوك للشيخ عبد الرحمن رتّبه على عشرين بابًا وهو كتاب لطيف مفيد ١٤١٢١ نهج الواضح فى الطبّ لابى الحسن بن غزال امين الدولة الصاحب المتوفى سنة ٦٤٨ وهو اجلّ كتب صنّف فى الطبّ على خمسة كتب آ فى الامور الطبيعيّة والتحلات للابدان ب فى الادوية المفردة ج فى المركّبة د فى تدبير الاصحّاء وعلاج الامراض الظاهرة ه فى الامراض الباطنة وعلاجها كذا فى عيون الانباء ١٤١٢٢ نهج الوصول فى علم الاصول لابن القليوبى شارح التنبيه ١٤١٢٣ النهجة السويّة فى الاسماء النبويّة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله وسلام على عباده الخ لخّصه

Cádhi *Imád-ed-dín Abu Mohammed Abd-el-rahman Ibn Sálim Ben Nasrallah Dimeshki.* Compendium, quod ita incipit: „Laus Deo, qui docuit (scripturam) per calamum, docuit hominem etc. Auctor commemorat, documenta et acta publica scribere in rebus magni ponderis numerari, illa autem secundum instituta terrarum diversa et consuetudinem singulorum temporum receptam diversa esse. Composuit autem secundum institutum et morem receptum incolarum Syriae. — 14119. **Nehj el-Ibádát**, institutio plana officiorum cultus. — 14120. **El-Nehj El-Meslúk**, via aperta et trita de regum administratione salutis publicae, auctore Sheikh *Abd-el-rahman*. Liber elegans, adnotationibus utilibus plenus et in viginti capita dispositus. — 14121. **El-Nehj El-Wádhih**, institutio plana et clara de medicina, auctore *Abu'lhasan Ben Ghazzál Emín-ed-dewlet* Weziro, anno 648 (inc. 5. Apr. 1250) mortuo. — Unum excellentissimorum operum est de medicina scriptorum et in quinque libros dispositum, quorum primus de quaestionibus physicis et corporum affectionibus, secundus de remediis simplicibus, tertius de remediis compositis, quartus de regimine sanorum et morborum externorum sanatione, quintus de morbis internis eorumque sanatione agit. — Ita certe in *Oyún el-enbá* legitur. — 14122. **Nehj el-wosúl fi ilm el-osúl**, via ad propositum perveniendi de doctrina principiorum. Scripsit *Ibn-elcaliyúbi*, auctor commentarii in *El-Tenbih*. — 14123. **El-Nehjet El-Sewíyet**, via aperta et plana de nominibus prophetae, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jan. 1505) mortuo. Extraxit hanc epitomen, quae ita incipit: Laus Deo et salus super ejus servis etc., ex suo

من كتابه الرياض الانيقة ١٤١٢٤ النهر الفائق في شرح كنز الدقائق مرّ ١٤١٢٥ النهر
لمن رام البروز على شاطئ النهر للسيوطي ذكره في فهرس مؤلّفاته في فنّ الفقه وهو قصيدة
رائيّة ١٤١٢٦ نهر المادّ من البحر في التفسير لابي حيّان محمد بن يوسف الاندلسي اوله
بحمدك اللهم استفتح وبنورك استوضح الخ ذكر فيه انّه لما كان البحر طويلا اختصر منه
فقال وربما نشأ في هذا النهر ما لم يكن في البحر وذلك لتجدّد نظر المستخرج للادلّة ونكتب
فيه عمّا ذكرنا في البحر من اقوال اضطربت بها الحجة واعراب متكلّف تقاصرت عنه حججه
١٤١٢٧ نه سپهر فارسي منظوم اربعة الاف بيت لامير خسرو الدهلوي من خمسة ١٤١٢٨
النهل والعلل في تحقيق الاسماء العلل لطاشكبري زاده اوله الحمد لله التامّ فاعليّته لجميع
الموجودات الخ ١٤١٢٩ نهلة الوارد الظمآن في تفسير غريب القرآن ١٤١٣٠ نهوض حثيث
النهوض الى دحوض خبيث اليهود ردّ فيه تنقيح الابحاث في البحث عن الملل الثلاث لابن

libro *El-Riyádh El-Anícat.* — 14124. El-Nahr El-Fáic, fluvius praestans. Commentarius in librum *Kanz el-decáic*, de quo supra mentio facta est. — 14125. El-Nahr li man ráma el-borúz ala sháti El-Nahr, objurgatio ejus, qui prodire cupit ad ripam Nili. *Casída Soyútí*s in literam *Rá* desinens, quam in indice scriptorum suorum juridicorum recenset. — 14126. El-Nahr El-Mádd, fluvius abundanter ex Mari profluens, auctore *Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi.* Commentarius in Coranum, qui ita incipit: A laude Tua, o Deus, incipio et luce Tua discernere studeo etc. — Auctor ibi commemorat, cum liber *Bahr* (Mare) longior esset, se hunc (Fluvium) ex illo excerpsisse. Saepius, inquit, in hoc Fluvio emanat, quod in Mari non invenitur, idque ob novas sententias, quas mentis ubertas suo Marte suppetebat et scripto hic ea tantum ex dictis in libro *Bahr* a nobis prolatis consignavimus, quibus argumentatio non turbabatur, et omisimus praeterea syntaxin flexionum finalium spinosam, cui argumentationes libri impares erant. — 14127. Nuh Sipehr, novem coeli. Carmen persicum quatuor mille versuum, auctore Emír *Khosrew Dehlewi.* Pertinet ad ejus carminum pentada. — 14128. El-Nehel we El-Alel, primus et secundus potus de vera partium caussarum cognitione, auctore *Tashköprizádeh.* Liber ita incipit: Laus Deo, qui caussa efficiens perfecta est omnium rerum existentium etc. — 14129. Nehlet el-wárid el-tzam'án, haustus unus aquatoris sitientis de explicandis verbis Corani rarioribus et obscurioribus. — 14130. Nehúdh hathíth el-nehúd, consurrectio oppugnatoris excitati invadentis in locum lubricum turpis sectae Judaeorum. Refutatio libri *Tenckíh el-abháth* ab *Ibn Kemmúne* editi, qui

كمونه وقد سبق فى التاء ١٤١٣١ نيّر الجلى فى قراءة زيد بن على لابى على الاهوازى المقرى

١٤١٣٢ نير فى العربيّة لابى الفتح عثمان بن عيسى البلطى المتوفى سنة ٥٩٩

١٤١٣٣ علم النيرنجيات

١٤١٣٤ نيل الاشواق فى علم آثار الآفاق ذكر فى الجفر ١٤١٣٥ نيل الرائد فى النيل الزائد للشيخ شهاب الدين احمد الحجازى اوله الحمد لله الذى انزل من السماء ماء الخ

١٤١٣٦ [ نيل الرشاد فى امر الجهاد تركى للمولى الفاضل محمد سالم افندى بن شيخ الاسلام ميرزا مصطفى افندى صنّفه باسم السلطان محمود بن مصطفى خان فى فضل الجهاد ورتّبه على عشرة فصل قال وقع الفراغ من تبييضه فى شهر ذى الحجة سنة ١١٤٥ ]

١٤١٣٧ نيل العلاء فى العطف بلا للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى

---

disquisitionem trium sectarum continet et supra in litera *Tá* commemoratus est. — 14131. El-Neyyir El-Jeli, lux clara de recensione coranica *Zeidi Ben Ali*, auctore *Abu Ali Ahwázi* Corani legendi magistro. — 14132. El-Neyyir fi el-arabíyet, lux de lingua arabica, auctore *Abu'lfat'h Othmán Ben Isa Beleti*, anno 599 (inc. 20. Sept. 1202) mortuo. —

14133. Ilm el-nírenjíyát. Doctrina conjunctionis reciprocae inter vires efficientes et effectas, quibus incantationes producuntur.

14134. Neil el-ashwác, acquisitio desideriorum de doctrina figurarum regionum horizontis ab astrologo ad futura praesagienda pictarum. Commemoratur in *El-Jefr*. — 14135. Neil el-ráid fi El-Níl el-záid, acquisitio quaerentis de Nilo crescente, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Hijázi*. Liber ita incipit: Laus Deo, qui coelitus pluviam demittit etc. — 14136. [ Neil el-reshád, acquisitio viae salutis de merito belli sacri. Liber turcicus, quem Molla bene meritus *Mohammed Sálim Efendi Ben* Sheikh el-islám *Mírza Mustafa Efendi* ex mandato Sultani *Mahmúd Ben Mustafa Khán* de merito belli sacri composuit et in decem sectiones distribuit. Nitidam ejus exscriptionem mense Dzu'lhijjet anni 1145 (inc. 13. Jun. 1732) se absolvisse dicit ]. — 14137. Neil el-alá, acquisitio celsitudinis de particula conjunctiva *bilá*, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno

المتوفى سنة ٧٥٦ ١٤١٣٨ نيل المرام فى الفروع على مذهب الامامية لعبد الرحيم ابن معروف

---

756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 14138. Neil el-merám, acquisitio expetiti de articulis juris derivatis secundum disciplinam sectae Imámiyet, auctore *Abd-el-rehím Ben Ma'rúf.*

*

## باب الواو

١٤١٣٩ الوابل الصيّب في الكلم الطيب للشيخ الامام شمس الدين محمد بن ابي بكر ابن قيم الجوزية ١٤١٤٠ واردات في التصوّف للشيخ بدر الدين محمود بن اسرائيلي المعروف بابن قاضي سماونة المتوفى سنة ٨١٨ تقريبًا وهو مختصر اوله اعلم ان امور الآخرة ليست كما زعم الجهّال الخ وشرحها الشيخ عبد الله الالهي اوله الحمد لله المحتجب بكبريآئه وعنايته الخ وسمّاه كشف الواردات لطالب الكمالات وهو شرح ممزوج والشيخ محيي الدين محمد بن مصطفى الاسكليبي المتوفى سنة ٩٢٠ والشيخ مصلح الدين مصطفى المعروف بنور الدين زاده المتوفى سنة ٩٨١ اعترض فيه على المصنّف كثيرًا ذكر في الشقائق ان المولى علآء الدين على العربي كان ممّن جمع بين علمي الظاهر والباطن يحكي عنه انّه سكن فوق جبل المغنيسا في

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA WÁW INCIPIUNT.

14139. **El-Wábil El-Sayyib**, imber multam pluviam fundens de „sermone bono", auctore Sheikh et Imám *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Cayyim-eljauziyet.* — 14140. **Wáridát**, revelationes supernaturales de disciplina theosophica, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Israíli*, vulgo *Ibn Cádhi Simawna* dicto, et prope annum 818 (inc. 13. Mart. 1415) mortuo. In hoc compendium, quod ita incipit: Scias, res futurae vitae non tales esse, quales ignorantes putant etc., commentarios scripserunt Sheikh *Abdullah El-Ilahi*, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo majestate et gratia sua involuto etc., textum admixtum habet et *Kashf El-Wáridát li tálib el-kemálát* inscriptus est — Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Mustafa Askelibi*, anno 920 (inc. 26. Febr. 1514) mortuus — Sheikh *Moslih-ed-dín Mustafa*, vulgo *Núr-ed-dínzádeh* dictus et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuus, qui multis locis auctorem impugnat. — In *El-Shecáic* narratur, Mollam *Alá-ed-dín Alí El-Arabi* inter eos esse, qui doctrinam legis exterioris et interioris conjungerent, et, ut ipse narrasse dicitur, in summo monte prope Magnesiam per

ايام الصيف فزاره يومًا واحد من ائمّة بعض القرى فقال له المولى المذكور انى اجد منك
رائحة النجاسة ففتش الامام ثيابه ولم يجد شيئًا فلمّا اراد ان يجلس سقط من حضنه رسالة
فى واردات الشيخ بدر الدين فنظر فيها المولى المذكور فوجد فيها ما يخالف الاجماع وكان
الرائحة المذكورة لهذه فامره باحراقها وخالفه الامام ولم يرض بذلك وقال له المولى المذكور
عليك باحراقها ولا يحصل لك منها الخير وبيناهما فى ذلك الكلام ظهر من بعيد اثر النار
فنظر الامام وقال انها فى بيتى فتوجه الامام الى بيته نادمًا على مخالفته قال لطفى بيك زاده
اكثر الكلمات التى اوردها مخالفة للشرع ولهذا قد يتصدّى بعض الصوفية الى توجيهها

١٤١٤١ الواضح فى اصول الفقه للامام ابى الوفاء على بن عقيل وهو كتاب جامع لاصول الفقه ثلث
مجلّدات ١٤١٤٢ الواضح فى التأريخ لابى الفضل محمد بن جعفر الجرجانى المتوفى سنة ٤٠٨
١٤١٤٣ الواضح فى الرمى والنشاب للطبرى ١٤١٤٤ واضح فى الصنعة ١٤١٤٥ واضح فى العربيّة لابى

---

aestatem habitabat. Ibi aliquando unus ex Imamis cujusdam vici vicini eum visitavit, cui Molla laudatus: Equidem sentio, inquit, odorem impuritatis a te diffusum. — Imamus igitur vestes suas diligenter investigavit, neque quidquam invenit. Quo facto cum considere vellet, ex sinu tractatus decidit, qui revelationes Sheikhi *Bedr-ed-din* continebat. Quo inspecto Molla commemoratus ibi plura legi vidit, quae communi orthodoxorum consensui contraria essent; et odor ille, de quo narratum est, tractatui inhaesebat. Jussit igitur eum igne deleri, cui mandato Imamus restitit neque deletioni assensit. Tum Molla laudatus: Commendo tibi ejus cremationem, nullus enim inde fructus tibi redundabit. Et dum ambo sermones eos conferunt, e longinquo vestigium ignis apparet. Imamus prospectat, et clamans: „Ardet domus mea“, ad eam recurrit poenitentia controversiae suae plenus. — *Lutfibegzâdeh:* Plurima, ait, quae revelatione acceptâ auctor affert, legi repugnant, eamque ob caussam nonnulli Theosophi iis duplicem sensum obtrudere susceperunt. — 14141. **El-Wâdhih fi osûl el-fic'h**, institutio evidens de principiis juris, auctore Imâm *Abu'lwefâ Ali Ben Ackîl.* Opus principia juris omnia complectens et tribus voluminibus comprehensum. — 14142. **El-Wâdhih fi el-tarîkh**, institutio evidens de historia, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Ja'far Jorjâni,* anno 408 (inc. 30. Mai. 1017) mortuo. — 14143. **El-Wâdhih fi el-ramyi we el-noshshâb**, institutio de sagittis jaculandis et de sagittis, auctore *Taberi.* — 14144. **El-Wâdhih fi el-san'at**, institutio evidens de alchymia. — 14145. **El-Wâdhih fi el-arabîyet**, institutio evidens de lingua arabica, auctore *Abu Bekr*

بكر محمد بن الحسن الزبيدى المتوفى سنة ... ١٤١٤٦ واضح فى مختصر مفاتيح الغيب مر ١٤١٤٧ واضح المبين فيمن مات من المحبين لعلاء الدين مغلطاى مات سنة ٧٦٢ ١٤١٤٨ الواضح النفيس فى مناقب الامام ابن ادريس ١٤١٤٩ الواضح الوجيز فى تفسير القرآن العزيز للشيخ الامام ابى الحسن محمد بن عبد الرحمن البكرى الصديقى الشافعى المتوفى سنة نيف وخمسين وتسعمائة اوله الحمد لله الذى انزل كتابه الخ وكان سنه حين الفراغ منه ثمانية وعشرين سنة كما قال والده فى آخره ١٤١٥٠ الواضحة فى اعراب الفاتحة نحو عشرين كراسة لموفق الدين عبد اللطيف البغدادى المتوفى سنة ٦٢٩ ١٤١٥١ واضحة فى تجويد الفاتحة منظوم قصيدة دالية فى اثنين وعشرين بيتا اوله

بحمدك ربى اول النظم ابتدى

للشيخ برهان الدين ابراهيم بن عمر الجعبرى المتوفى سنة ٧٣٢ اختصره فضل بن سلمة ١٤١٥٢

---

*Mohammed Ben-elhasan Zobeidi*, anno . . . mortuo. — 14146. **El-Wádhih fi mokhtasar Mefátíh el-gheib**, institutio evidens. Epitome ex libro *Mefátíh el-gheib*, cujus supra mentio facta est. — 14147. **El-Wádhih El-Mobín**, institutio evidens et clara de iis amantibus, qui (ex amore) mortui sunt, auctore *Alá-ed-dín Maghletái*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 14148. **El-Wádhih El-Nefís**, institutio evidens et pretiosa. Panegyricus Imámi *Ibn Idrís*. — 14149. **El-Wádhih El-Wejíz**, institutio evidens et brevis, auctore Sheikh et Imám *Abu'lhasan Mohammed Ben Abd-el-rahman Bekri Sadícki* Shafiita, anno 950 (inc. 6. Apr. 1543) et supra mortuo. Commentarius in Coranum augustum, qui ita incipit: Laus Deo, qui librum suum augustum coelitus demisit etc. — Ut pater auctoris ad finem dicit, hic, cum volumen illud absolvisset, annum vicesimum octavum expleverat. — 14150. **El-Wádhihat fi i'ráb El-Fátihat**, institutio evidens de analysi grammaticali primae Suratae, auctore *Mowaffac-ed-dín Abd-el-latíf Baghdádi*, anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuo. Viginti circiter quinque plagularum fasciculi. — 14151. **El-Wádhihat fi tejwíd El-Fátihat**, institutio evidens de arte primam Suratam bene legendi. *Casída* viginti duorum versuum in *Dál* desinens, quae ita incipit:

A laude Tua, o mi domine, initium facio carminis —

auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Omar Ja'beri*, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuo. — *Fadhl Ben Salama* eam in epitomen contraxit. — 14152. El-

واضحة فى اعراب القرآن لعبد الملك بن حبيب المالكى القرطبى المتوفى سنة ٢٣٩ ١٤١٥٣ الواعى فى حديث على رضى الله عنه للامام عبد الحقّ بن عبد الرحمن الاشبيلى المتوفى سنة ٥٨٢ ١٤١٥٤ الوافى بالطبّ الشافى فى مختصر من الشفآء فى الطبّ المسند عن المصطفى

١٤١٥٥ وافى بالوفيات لصلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى المتوفى سنة ٧٦٤ جمع فيه تراجم الاعيان ونجبآء الزمان ممّن وقع عليه اختياره [فلا يغادر اعيان] من الصحابة والتابعين والملوك والامرآء والقضاة والعمال والقرآء والمحدّثين والفقهآء والمشايخ والصلحآء والاوليآء والنحاة والادبآء والشعرآء والاطبآء والحكمآء واصحاب النحل والبدع والآرآء واعيان كلّ فنّ من اشتهر او اتقن وذكر كلّ من فتح فتحًا يسّره او خبرًا قرّره او حديثًا ارسله او رأيًا اعمله او حسنةً اسداها او سيئةً ابداها او بدعةً سببها وزخرفها او كتابًا وضعه او تأليفًا جمعه او

---

**Wádhihat fi i'ráb El-Cor'an**, institutio evidens de analysi grammaticali Corani, auctore ***Abd-el-melik Ben Habîb Cortubi*** Malikita, anno 239 (inc. 12 Jun. 853) mortuo. — 14153. **El-Wáí fi hadíth Ali**, liber memorialis de ***Alii*** traditionibus, auctore Imám ***Abd-el-hacc Ben Abd-el-rahman Ishbíli***, anno 582 (inc. 24. Mart. 1186) mortuo. — 14154. **El-Wáfi bi'l-tibb el-sháfi**, liber sufficienter de medicina salubri agens. Epitome ex libro ***Shefá*** de medicina, quae in auctoritate prophetae electi nititur. — 14155. **El-Wáfi bi'l-wefayát**, perfectus necrologus, auctore ***Saláh-ed-dín Khalîl Ben Ibek Safedi***, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuo. Collegit hic biographias virorum spectatorum et honorabilium temporis, in quos praeoptatio ejus cecidit; [neque viros spectatos] inter socios prophetae, horum asseclas, principes, Emiros, judices, praefectos, Corani lectores, traditionarios, jurisconsultos, Sheikhos, viros pietate et sanctitate conspicuos, grammaticos, philologos, poetas, medicos, philosophos, disciplinarum philosophicarum asseclas, rerum novarum studiosos, rationalistas et omnino viros quovis genere eruditionis claros praetermisit, qui nominis celebritate inclaruerant aut doctrinam firmiter callebant. Praeterea quemque commemoravit, qui auctor exstitit rei ignotae a Deo reclusae, ad quam aliis aditum paravit, aut relationis, quam confirmavit, aut traditionis, quam longe lateque diffudit, aut consilii, cui effectum dedit, aut boni operis, quod perfecit, aut malae actionis, quam primus cogitavit, aut novarum rerum, quas finxit et fucavit, aut libri, quem primus composuit, aut compositionis, quam collegit, aut carminis, quod condidit, aut scripti pedestris, quod solide confecit;

شعرًا نظمه او نثرًا احكمه فاراد النفع به للمحدّث وللاديب ١٤١٥٦ الوافى فى تعداد القوافى
فارسى مختصر للشيخ محمد العصّار اوله افتتاح هر كتاب الخ ١٤١٥٧ الوافى فى العروض
ليونس بن محمد الرفراوندى المتوفى سنة ... ١٤١٥٨ الوافى فى علم القوافى لابى الحسن على
ابن اسمعيل المعروف بابن سيدة اللغوى المتوفى سنة ٤٥٨ ١٤١٥٩ الوافى فى الفروع للامام ابى
البركات عبد الله بن احمد حافظ الدين النسفى الحنفى المتوفى سنة ٧١٠ وهو كتاب مقبول
معتبر اوله الحمد لمن منّ على عِبَاده وعُبّاده الخ قال كان يخطر ببالى ايّانَ فراغى ان اؤلّف
كتابًا جامعًا لمسائل الجامعَيْن والزيادات حاويًا لما فى المختصر ونظم الخلافيّات مشتملًا على
بعض مسائل الفتاوى والواقعات واتممته فى اسرع وقت وسمّيته بالوافى ولو وفقت لشرحه
فارسمه بالكافى واكتفيت بالعلامات فالحآء ابى حنيفة والسين ابى يوسف والميم محمد والرآء
زفر والفآء للشافعى والكاف مالك والواو رواية اصحابنا ثم شرحه وسمّاه الكافى ذكر الاتقانى

et voluit, ut liber traditionario et philologo fructum ferret. — 14156. **El-Wáfi fi ta'dád el-cawáfi**, institutio perfecta de enumeratione homoeoteleutorum metricorum, auctore Sheikh ***Mohammed El-Assár.*** Compendium persicum, quod ita incipit: Initium libri cujusvis etc. — 14157. **El-Wáfi fi el-arúdh**, institutio perfecta de arte metrica, auctore ***Yunus Ben Mohammed Refráwendi***, anno ... mortuo. — 14158. **El-Wáfi fi ilm el-cawáfi**, institutio perfecta de doctrina homoeoteleutorum versus, auctore ***Abu'lhasan Ali Ben Ismaíl*** Lexicologo, vulgo ***Ibn Sída*** dicto et anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuo. — 14159. **El-Wáfi fi el-forú'**, institutio perfecta de partibus juris derivatis, auctore Imám ***'Abu'lberekát Abdullah Ben Ahmed Háfitz-ed-dín Nesefi*** Hanefita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. Liber probatus et magnae auctoritatis, qui ita incipit: Laus Deo, qui hominibus suis servis et adoratoribus benefacit etc. — Incidebat, ait, in mentem tempore otii mei, ut librum componerem, qui quaestiones duorum ***Jámi'*** et libri ***Ziyádát*** conjungeret, ea, quae in ***El-Mokhtasar*** et ***Natzm el-khiláfiyát*** legerentur, comprehenderet, et nonnullas quaestiones librorum ***Fetáwi*** et ***Wáckiát*** i. e. ex responsis juridicis et casibus forensibus contineret. Quem cum intra brevissimum temporis spatium perfecissem, ei titulum ***El-Wáfi*** dedi, et si a Deo ad commentarium scribendum dispositus ero, eum titulo ***El-Káfi*** insigniam. Contentus fui siglis ita uti, ut litera ***Há Abu Hanífa***, litera ***Sín Abu Yusuf***, litera ***Mím Mohammed***, litera ***Rá Zofar***, litera ***Fá Sháfii***, litera ***Káf Málik***, litera ***Wáw*** disciplinae Hanefiticae assectarum relationes significarem. Postea commentarium composuit eique titulum ***El-Káfi*** dedit. — ***Itticáni***

فى غاية البيان انّه لما نوى ان يشرح الهداية سمع تاج الشريعة وهو من اكابر عصره فقال لا يليق بشأنه فرجع عما نواه وشرع فى ان يصنّف كتابًا مثل الهداية فألّف الوافى على اسلوب الهداية ثم شرحه وسمى بالكافى فكانّه شرح الهداية وهو فاضل كامل محرّر مدقّق النهى وشرحه بهآء الدين ابو البقآء محمد بن احمد بن الضيآء المكى المتوفى سنة ٨٥٤ مبسوطًا ومختصرًا     ١٤١٦٠. الوافى فى مختصر التنبيه مرّ     ١٤١٦١ الوافى فى النحو لمحمد بن عثمان بن عمر البلخى المتوفى سنة .. اوله الحمد لله الذى بيده تصريف الاحوال الخ شرحه الشيخ الامام محمد بن ابى بكر الدمامينى المتوفى سنة ٨٢٨ لما سافر الى الهند ورأى ان اهل كجرات مشغولون به فاهداه لملك الهند المستنصر بالله شهاب الدين احمد وسمّاه المنهل الصافى اوله الحمد لله على احسانه الخ قال وكان تأليف المتن بجزيرة مهابور من الهند فى مدّة اولها اواخر رمضان سنة ٨٢٥ وآخرها ذى الحجة من السنة المذكورة وبيّضه فى صفر

---

in libro *Ghâyet el-beyân* narrat, cum propositum haberet, ut librum *Hidâyet* commentario instrueret, *Tâj-elsherîat*, qui ex doctoribus sui temporis illustrissimis erat, dicentem se audivisse: „Liber *Hidâyet* non ita comparatus est, ut commentario dignus sit"; se igitur proposito renuntiasse et librum componere incepisse operi *Hidâyet* similem. Quo factum est, ut librum *Wâfi* ad rationem operis *Hidâyet* scriberet. Hunc deinde tali commentario titulo *El-Kâfi* ornato instruxit, ut quasi commentarius in *El-Hidâyet* esset. Excellit autem eruditione, perfectione, polita dictione et subtilitate. — Haec ille. — Praeterea *Behâ-ed-dîn Abu'lbecâ Mohammed Ben Ahmed Ben Dhiyâ-ed-dîn Mekki*, anno 854 (inc. 14. Febr. 1450) mortuus, commentarium ampliorem et breviorem in *El-Wâfi* edidit. — 14160. El-Wâfi, institutio perfecta. Epitome libri *Tenbîh*, cujus supra mentio facta est. — 14161. El-Wâfi fi el-nahw, institutio perfecta de grammatica, auctore *Mohammed Ben Othmân Ben Omar Balkhi*, anno . . . mortuo. — In hanc institutionem, quae ita incipit: Laus Deo, in cujus manu dispositio statuum est etc., Sheikh et Imâm *Mohammed Ben Abi Bekr Demâmîni*, anno 828 (inc. 23. Nov. 1424) mortuus, commentarium composuit, cum itinere in Indiam facto incolas urbis Gujerat in *El-Wâfi* legendo occupatos vidisset, eumque Indorum principi *El-Mostansir billah Shehâb-ed-dîn Ahmed* obtulit. — Commentarius titulum *El-Menhel El-Sâfi* prae se fert et ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis etc. — Textus, ait, in insula Indiae Mahâpur compositus est intra spatium a principio ultimae decadis mensis Ramadhân anni 825 (inc. 26. Dec. 1421) usque ad finem mensis Dzu'lhijjet anni laudati, nitide autem exaratus

١٤١٦٢ الوافية فى شرح الكافية الشافية مرّ ١٤١٦٣ الوافية فى نظم الكافية للمصنّف وفى مختصرها وفى شرحها يقال له المتوسّط مرّ ١٤١٦٤ واقعات ابى اليُسْر ١٤١٦٥ واقعات بابرى فارسى منظوم فى الوقائع للخوارزميّة لمجد الدين البابرى قيل فى حاشية تاريخ الاكبرى وواقعات بابرى كه كتابيست تركى نكاشتهٔ خامهٔ صدق نكار آن حضرت ١٤١٦٦ واقعات الحسامى للصدر الشهيد حسام الدين عمر بن عبد العزيز البخارى الحنفى المتوفى سنة ٥٣٦ جمع فيه بين النوازل لابى الليث والواقعات للناطفى واخذ من فتاوى ابى بكر محمد بن الفضل وفتاوى اهل سمرقند ورتّب الكتب كالمختصر المنسوب الى الحاكم الشهيد والابواب كالنوازل واشار بالعين الى مسائل العيون والواو الى الواقعات والباء الى الشيخ ابى بكر والسين الى فتاوى سمرقند ومنتخبه للشيخ الامام محمد بن محمد الرشيد الكاشغارى المتوفى سنة ٦٨٧ باربل وله تهذيب الواقعات ورتّبه محمود بن احمد بن عبد العزيز البخارى وزاد على كلّ جنس ما يجانسه

---

mense Safer. — 14162. El-Wáfiyet fi sharh El-Káfiyet, institutio perfecta. Commentarius in *El-Káfiyet El-Sháfiyet*, de qua supra dictum est. — 14163. El-Wáfiyet fi natzm El-Káfiyet, institutio perfecta. Hunc titulum prae se ferunt auctoris circumscriptio metrica libri *Káfiyet*, epitome ex eo et commentarius, intermedius dictus. — Vide supra. — 14164. Wáckiát Abi'lyosr, casus forenses *Abu'lyosri*. — 14165. Wáckiát Báberi, commentarii *Báberii*. Carmen persicum de rebus in Khowarezmia gestis, auctore *Majd-ed-din El-Báberi*. — In glossis marginalibus ad Historiam (*Tarikh*) *Akberii* legitur: *Wákiát Báberii*, qui liber est turcicus et a calamo veritatem pingente illius majestatis scriptus. — 14166. Wáckiát El-Hosámi, casus forenses *Hosám-ed-dini*, auctore *El-Sadr El-Shehíd Hosám-ed-din Omar Ben Abd-el-azíz Bokhári* Hanefita, anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) mortuo. Conjunxit hic *Abu'lleithi* librum *Newázil* et *Nátifii Wáckiát*, et praeterea ex *Fetáwi Abu Bekri Mohammed Ben-elfádhl* et *Fetáwi* virorum doctorum urbis Samarcand petiit, inque ordinem libros disposuit, ut Compendii *Hákimo El-Shehíd* tributi, et capita ut libri *Newázil*, et litera *Aín Mesáil el-oyún*, litera *Wáw El-Wáckiát*, litera *Bá* Sheikh *Abu Bekr*, et litera *Sín Fetáwi Samarcand* designavit. — Meliora ex eo cum delectu excerpta Sheikh et Imám *Mohammed Ben Mohammed El-Reshíd El-Káshghári*, anno 687 (inc. 6. Febr. 1288) in urbe Irbil mortuus, edidit. — Idem recensionem libri *Wáckiát* recognitam composuit. — Praeterea *Mahmúd Ben Ahmed Ben Abd-el-azíz Bokhári* librum in (meliorem) ordinem digessit et cuique generi homogenea et convenientia addidit; et idem, ut

ويوافقه ورتبه ايضا الشيخ نجم الدين يوسف بن احمد الخاصي ذكره ابن طولون ١٤١٦٧
واقعات سير ١٤١٦٨ واقعات في الفروع لشمس الائمة الحلواني الحنفي المتوفى سنة وطاهر
[ابن محمد] بن احمد البخاري صاحب الخلاصة المتوفى سنة وحسين بن محمد المعروف
بالناجم الحنفي ولابي اليسر وللامام فخر الدين حسين بن منصور المعروف بقاضي خان
المتوفى سنة ٥٩٢ ١٤١٦٩ واقعات قره چلبي المولى محيي الدين محمد بن حسام الدين
المتوفى سنة ٩٦٥ جمع فيها مسائل مهمة وللجصاص ايضا ١٤١٧٠ واقعات الناطفي في مجلد
فيه وهو ابو العباس احمد بن محمد [بن عمر] الحنفي المتوفى سنة ٤٤٦ ١٤١٧١ وامق
وعذرا تركي منظوم ترجمة لمحمود بن عثمان المعروف بلامعي المتوفى سنة ٩٣٨ ولمعيدي من
بلاد قلقان دلى صاحب الخمسة المتوفى سنة وفارسي منظوم لفصيحي المتوفى سنة وضميري
المتوفى سنة وعنصري المتوفى سنة وهو غير مشهور لامعينك كتابي عنصرينك وامق وعذرا
ترجمه سيدر كه سلطان سليمان ترجمه سن مراد ايندكده قاضيعسكر قادري چلبي بونلرى

---

*Ibn Túlún* narrat, Sheikh *Nejm-ed-dín Yusuf Ben Ahmed Kháṣṣi* fecit. — 14167. Wáckiát seir, casus forenses juris bellici. — 14168. El-Wáckiát fi el-forú', casus forenses de partibus juris derivatis. De his scripserunt *Shems-elaïmmet Holwáni* Hanefita, anno . . . mortuus — *Táhir* [*Ben Mohammed*] *Ben Ahmed Bokhári*, auctor libri *Khiláset*, anno . . . mortuus — *Hosein Ben Mohammed* Hanefita, vulgo *Nejm-ed-dín* dictus — *Abu'lyosr* — Imám *Fakhr-ed-dín Hosein Ben Mansúr*, vulgo *Cádhi Khán* dictus et anno 592 (inc. 6. Dec. 1195) mortuus. — 14169. Wáckiát Carah Jelebi, casus forenses. Molla *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Hosám-ed-dín*, vulgo *Carah Jelebi* dictus et anno 965 (inc. 24. Oct. 1557) mortuus, in hoc libro quaestiones graviores collegit. — Similem librum *El-Jaṣṣáṣ* edidit. — 14170. Wáckiát El-Nátifi, casus forenses. Volumen similis argumenti, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Omar*] Hanefita, vulgo *El-Nátifi* dicto et anno 446 (inc. 12. Apr. 1054) mortuo. — 14171. Wámic we Adzrá, *Wámic* (amans) et *Adzrá* (virgo), turcice. Carmen, quod *Mahmúd Ben Othmán*, vulgo *Lámii* dictus et anno 938 (inc. 15. Aug. 1531) mortuus, transtulit. Carmen ejusdem tituli auctor pentadis carminum *Moídi*, ex Calcán Delen oriundus et anno . . . mortuus, composuit. Carmina persica ejusdem tituli ediderunt *Fasíhi*, anno . . . mortuus, *Dhemíri*, anno . . . mortuus et *Anṣári*, anno . . . mortuus. Hujus carmen parum est cognitum; et *Lámiïi* liber interpretatio est carminis *Anṣarii Wámic we Adzrá*. Quam cum Sultan *Soleimán* vehementer desideraret,

سوى ابلدى التى آيده بحر رملده ترجمهٔ تكميل ابتدى اوله استعيذ بالله من كيد الرجيم الخ   ١٤١٧٢ واهب المواهب فى المقامات والمراتب للشيخ عبد اللطيف بن غانم المقدسى المتوفى سنة شرحه ابن يونس   ١٤١٧٣ وترية قصائد فى مدح خير البرية على حروف المعجم لابى عبد الله محمد بن [ابى بكر بن] رشيد البغدادى الشافعى الواعظ المتوفى سنة ٦٦٢ وهى قصائد عظيمة [كل اول ابياتها على حرف القافية فى كل حروف المعجم اولها

اصلى صلوة تملأ الارض والسماء

على من له اعلا العلا متبوء

وعليها شرح للعارف عبد الغنى بن عبد الجليل الحنفى شرع فى شرحه فى رمضان سنة ٨٩٣] خمسها ضياء الدين على بن سليم سعد الدين الاذرعى فى مجلد وتوفى سنة ٧٣١ وقدم ديباجة مفصلة اوله الحمد لله الواحد الاحد الخ وسماه ذريعة الوصول الى زيارة جناب حضرة الرسول ذكر انه رأى المادحين قد اكثروا مدحه نظمًا ونثرًا بقصائد على حروف الهجاء وعزموا

Cádhiasker *Cádiri Jelebi* ad carmen in Turcicum vertendum impulit. Per sex mensium spatium poeta metro Remel versionem ad finem perduxit. Incipit ita: Confugio ad Deum averruncum a dolis Satani lapidibus obruendi etc. — 14172. **Wáhib el mewáhib**, largitor donorum de dignitatis gradibus et ordinibus, auctore Sheikh ***Abd-el-latif Ben Ghánim Mocaddesi***, anno ... mortuo. — Commentarium in hunc librum ***Ibn Yunos*** scripsit. — 14173. **Witríyet**, *Casídae* singulae de laude hominum creatorum optimi secundum literas alphabeti ordinatae et ab ***Abu Abdallah Mohammed Ben [Abi Bekr Ben] Reshid Baghdádi*** Concionatore Shafiita, anno 662 (inc. 4. Nov. 1263) mortuo, compositae. Sunt *Casídae* magnae, [quarum versus singuli ab initio literam homoeoteléuti per omnes alphabeti literas sequuntur. Incipiunt autem ita:

Precor precationem, quae terram et coelum implet,

Pro eo, qui dominus est supremam celsitudinem possidens.

In eas vir mysticus ***Abd-el-ghani Ben Abd-el-jelil*** Hanefita commentarium composuit, quem mense Ramadhán anni 893 (inc. 17. Dec. 1487) scribere incepit], et ***Dhiyá-ed-dín Ali Ben Selim Sa'd-ed-dín Adzrei***, anno 731 (inc. 15. Oct. 1330) mortuus, in volumine eas quinquiplicatas reddidit, et praefationem ornatam et in sectiones distributam praemisit, quae ita incipit: Laus Deo unico, uni etc. — Haec recensio titulum prae se fert ***Dzeríat el-wosúl ila ziyáret jenáb hadhret el-resúl.*** Se vidisse narrat laudatores multas laudes prophetae effudisse ligata et soluta oratione, et quidem in *Casídis* ad ordinem alphabeticum dispositis, et carmina componere tetendisse

الى المعشرات والعشرينيات ولم يتعرّضوا للوتر والله تعالى وتر يحبّ الوتر فعمل على احد وعشرين بيتا فى كلّ حرف قصيدة واعرض عن اللغات الغريبة واتى بالمواعظ والنصح ما امكن [ واكثرها ما يتعلّق بالسير النبوى ] فرأى رسول الله صلعم ليلة من ليلة وهى فى يده والناظم بغرناطة سنة اثنتين وخمسين وستمائة ثم رأى بعد ثلث سنين فغيّر شيئا منها ممّا نظمه اولا ثم رأى بعد ست سنين ايضا ووعد شفاعته اوله الحمد لله الذى فضّل بعض النبيين على بعض الخ وخمسها ايضا حجّة الدين محمد بن عبد العزيز بن الوراق واحسن فيه واجاد وكان شروعه فيه اولا باشارة منه ١٤١٧٤ وثائق لاسمعيل بن يحيى المزنى المتوفى سنة ولابى زيد [احمد بن زيد] الشروطى الحنفى المتوفى سنة وهى على اربعة ابواب اوله الحمد لله الذى ارشد خواصّ العباد الخ آ فى البيع وما يتبعه ٢ فى الاجارة ٣ فى الهبة والوقف ٤ فى الاحياء ١٤١٧٥ الوجازة فى الاجازة للوليد بن بكر ١٤١٧٦ وجيزة المعانى فى قوله صلعم من

---

decem et viginti versuum, contra eos singulare non aggressos esse, Deum autem esse singularem et amare singulare. Itaque *Casídas* viginti unius versus per literas omnes composuit, *dictiones minus usitatas evitavit, et paraenetica et monita attulit* quantum potuit; [longe plurima autem eorum pars vitam et res gestas prophetae spectat]. — Deinde poeta nocte quadam anni 652 (inc. 21. Febr. 1254) legatum divinum vidit *Casídas* has manu tenentem, dum Granatae versabatur. Quo post tres annos iterum viso, aliquid versuum ex iis, quae primum composuerat, mutavit. — Deinde post sex annos denuo prophetam vidit, qui ei intercessionem suam promisit. Incipit haec recensio ita: Laus Deo, qui alios prophetas aliis praetulit etc. — Eadem ratione *Hojjet-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-azíz Ben-elwerrác* recensionem quinquiplicatam edidit, quae egregia pulchritudine excellit. Eam ex mandato auctoris primum scribere incepit. — 14174. **Wetháic**, pacta firma. De iis scripserunt *Ismaíl Ben Yahya El-Mozeni*, anno . . . mortuus, et *Abu Zeid* [*Ahmed Ben Zeid*] *El-Shorúti* Hanefita, anno . . . mortuus, cujus liber ita incipit: Laus Deo, qui eos inter cultores bene dirigit, quos in familiaritatem suam admittit etc., et quatuor capita complectitur, quorum primum de emtione venditioneque et iis agit, quae ei subjecta sunt, secundum de locatione, tertium de donatione et legatis, et quartum de terra inculta, cui cultura adhibetur. — 14175. **El-Wejázet**, brevis institutio de licentia concedenda, auctore *Welíd Ben Bekr*. — 14176. **Wejízet el-meáni**, brevis expositio sententiarum in dicto prophetico: „Qui me per somnium vidit, re vera me vidit", auctore *Mohibb-*

رآنى فى المنام فقد رآنى لمحبّ الدين احمد بن عبد الله الطبرى المكى المتوفى سنة ٦٩٤ ١٤١٧٧

الوجوه المسفرة عن تيسّر اسباب المغفرة للقاضى ناصر الدين محمد بن عبد الدآئم المعروف بابن الميلق ١٤١٧٨ الوجوه والنظائر للامام النيسابورى المتوفى سنة ولابن عبد الصمد قال السيوطى فى اتقانه صنّف فيه قديما مقاتل بن سليمان ومن المتأخّرين ابن الجوزى وابن الدامغانى وابو الحسين محمد بن عبد الصمد المصرى وابن فارس وقد افردت الوجوه كتاباً سمّيته معترك الاقران فى مشترك القرآن انتهى

### ١٤١٧٩ علم الوجوه والنظائر

من فروع التفسير ومعناه ان يكون الكلمة واحدة ذكرت فى مواضع من القرآن على لفظ واحد وحركة واحدة واريد بكلّ مكان معنى غير الآخر فلفظ كلّ كلمة ذكرت فى موضع نظير

---

*ed-dín Ahmed Ben Abdallah Taberi Mekki*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo. — **14177. El-Wojúh El-Mosfiret**, variae rationes viam retegentes praesidia condonationis facilia reddendi, auctore Cádhi *Násir-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-dáim*, vulgo *Ibn-elmeilac* dicto. — **14178. El-Wojúh we El-Netzáir**, explicatio earundem dictionum coranicarum, quae grammatice et logice variis locis varios sensus admittunt, auctoribus Imám *Nisábúri*, anno . . . mortuo, et *Ibn Abd-el-samed*. — *Soyúti* in *El-Itcán:* De hac doctrina, inquit, priori tempore *Mocátil Ben Soleimán* scripsit, et inter recentiores *Ibn-eljauzi*, *Ibn-eldámeghání*, *Abu'lhosein Mohammed Ben Abd-el-samed Misri* et *Ibn Fáris*, et ego quoque singularem librum de varia earundem dictionum explicatione logica edidi *Mo'terak el-acrán fi moshterik El-Cor'an* inscriptum. — Haec ille. —

### 14179. Ilm el-wojúh we el-netzáir. Doctrina de explicatione earundem dictionum coranicarum, quae grammatice et logice variis locis varios sensus admittunt.

Pertinet ad doctrinas interpretationis coranicae secundarias et sensum habet hunc: Dictio est una, quae variis Corani locis iisdem vocibus et iisdem vocalibus expressa est, agitur autem id, ut locis omnibus sensus a ceteris diversus efficiatur. Voces igitur dictionis cujusvis loco aliquo positae similes vocibus dictionis alio loco allatae

للفظ الكلمة المذكورة في الموضع الآخر وتفسير كلّ كلمة بمعنى غير معنى الاخرى هو الوجوه فاذا النظائر اسم الالفاظ والوجوه اسم المعاني صنّف فيه جماعة منهم الشيخ جمال الدين ابو الفرج عبد الرحمن بن على بن محمد ابن الجوزى فانّه جمع اجود ما جمعوه في مختصره سمّاه نزهة الاعين في علم الوجوه والنظائر ورتّب على الحروف قال وقد نسب كتاب فيه الى عكرمة عن ابن عباس وكتاب آخر الى على بن ابى طلحة عن ابن عباس ومقاتل بن سليمان وابو الفضل العباس بن الفضل الانصارى وروى مطروح بن محمد بن شاكر عن عبد الله بن هارون الحجازى عن ابيه كتابًا فيه وابو بكر محمد بن الحسن النقاش وابو على بن البنا وابو الحسن على بن عبيد الله بن الزاغونى انتهى كلام ابن الجوزى

١٤١٨٠ [وجوه النواظر في الوجوه والنظائر لابى الفرج ابن الجوزى ذكر فيه وجوه الآيات المفسّرة في مجلس الوعظ ونظائرها قال وفيه غنية عن كلّ كتاب صنّف في ذلك ١٤١٨١ وجه النظر

inveniuntur, et interpretatio dictionis cujusvis sensum efficere debet a sensu alterius dictionis diversum. Haec est prior doctrinae pars sive *Ilm el-wojúh*. — Verbum *netzáir* enim usurpatur, ut voces, verbum *wojúh*, ut sensus insigniantur.

De hac doctrina plures scripserunt, ut Sheikh *Jemál-ed-dín Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ben Mohammed Ibn-eljauzi*, qui certe praestantiora, quae de ea collegerunt, in compendio *Nuzhet el-a'yan fi ilm el-wojúh we el-netzáir* inscripto et alphabetice disposito congessit. — Refertur, inquit, liber ea de re compositus ad *Akruma*, qui auctoritatem *Ibn Abbási* sequebatur, et alius liber ad *Ali Ben Abi Talha*, qui eandem *Ibn Abbási* auctoritatem sequebatur — porro *Mocátil Ben Soleimán* — *Abu'lfadhl El-Abbás Ben-elfadhl El-Ansári* — et *Matrúh Ben Mohammed Ben Shákir* ex auctoritate *Abdallae Ben Hárún Hijázi*, qui ex ore patris hausit, de eodem argumento librum retulit — et denique *Abu Bekr Mohammed Ben-elhasan El-Naccásh* — *Abu Ali Ben-elbenná* — et *Abu'lhasan Ali Ben Obeidallah Ben-elrághúni*. — Hactenus *Ibn-eljauzi*. —

14180. [El-Wojúh El-Newádhir, facies nitentes de expositione logica et grammatica earundem dictionum coranicarum, quae variis locis varios sensus admittunt, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi*. Affert ibi varias sensus versuum coranicorum explicationes logicas et grammaticas, quae in consessu literario de quaestionibus paraeneticis instituto proponebantur. Hujus libri beneficio, ait, omnibus libris de hoc argumento scriptis supersedere potes. — 14181. Wajh el-natzar, directio adspectus de

في ترجيح نبوة الخضر لجلال الدين السيوطي ‎]‎ ١٤١٨٢ الوجيز الجامع لمسائل الجامع للقاضي صدر الدين سليمان بن ابي العزّ الحنفي المتوفى سنة ٦٧٧ ١٤١٨٣ وجيز في الاصول لابي الفتح احمد بن علي المعروف بابن برّهان الشافعي المتوفى سنة ... وللمولى يوسف بن حسين الكرماستي الحنفي المتوفى في حدود سنة ٩٠٦ اوله الحمد لله الذي اقتدر عباده المجتهدين الخ وهو مختصر منحصر في مقدّمة وابواب وهو مختصر من متنه المسمّى بزبدة الفصول ورضي الدين محمد بن محمد الحنفي ١٤١٨٤ وجيز في الانساب لابن السائب هشام ابن محمد الكلبي ١٤١٨٥ وجيز في التصريف لكمال الدين ابي البركات عبد الرحمن بن محمد الانباري المتوفى سنة ٥٧٧ اوله الحمد لله على ما اولى من آلائه الخ ١٤١٨٦ وجيز في التعبير لمحمد بن شاهويه ١٤١٨٧ وجيز في التفسير للامام ابي الحسن علي بن احمد الواحدي المتوفى سنة ٤٦٨ ١٤١٨٨ وجيز في طبقات الفقهاء الشافعيّة للسيوطي ذكر في

---

prophetia Eliae praeferenda, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*]. — 14182. El-Wejíz El-Jámi', compendium breve quaestiones libri *Jámi'* collectas continens, auctore Cádhi *Sadr-ed-dín Soleimán Ben Abi Izz-ed-dín* Hanefita, anno 677 (inc. 25. Mai. 1278) mortuo. — 14183. El-Wejíz fi el-osúl, compendium breve de principiis. Scripserunt *Abu'lfat'h Ahmed Ben Ali* Shafiita, vulgo *Ibn Berhán* dictus et anno . . . mortuus — Molla *Yusuf Ben Hosein El-Kermáseti* Hanefita, circa annum 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuus, cujus compendium ita incipit: Laus Deo, qui cultores suos summo studio inquirentes potentes reddit etc., arctis finibus circumscriptum est et in praefationem et capita distributum. Epitome est ex ejus textu *Zubdet el-fosúl* inscripto excerpta — et *Redhi-ed-dín Mohammed Ben Mohammed* Hanefita. — 14184. El-Wejíz fi el-ansáb, compendium breve de genealogiis, auctore *Hishám Ben Mohammed Kelbi*, vulgo *Ibn-elsáïb* dicto. — 14185. El-Wejíz fi el-tesríf, compendium breve de flexu formarum, auctore *Kemál-ed-dín Abu'lberekát Abd-el-rahman Ben Mohammed El-Anbári*, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. Incipit ita: Laus Deo pro iis beneficiis, quae contulit etc. — 14186. El-Wejíz fi el-ta'bír, compendium breve de arte somnia interpretandi, auctore *Mohammed Ben Sháhoweih*. — 14187. El-Wejíz fi el-tefsír, commentarius brevis in Coranum, auctore Imám *Abu'lhasan Ali Ben Ahmed El-Wáhidi*, anno 468 (inc. 10. Aug. 1075) mortuo. — 14188. El-Wejíz fi tabacát el-focahá El-Sháfiíyet, compendium breve de classibus Jurisconsultorum Shafiiticorum. Scripsit

فهرسه فی التاریخ ١٤١٨٩ وجیز فی علم الشروط ١٤١٩٠ وجیز فی الفتاوی وهو للامام العلّامة برهان الدین محمود بن احمد صاحب المحیط البرهانی وقیل هو لصاحب المحیط الرضوی اوله بحمد الله ابتدأ وبنوره استشهد الخ قال لما فرغت من تصنیف المحیط والوسیط صرفت العنان الی تصنیف الوجیز وهو مرتّب علی ترتیب الهدایة ١٤١٩١ وجیز فی الفروع للامام حجة الاسلام ابی حامد محمد بن محمد الغزالی الشافعی المتوفی سنة ٥٠٥ اخذه من البسیط والوسیط له وزاد فیه امورًا وهو کتاب جلیل عمدة فی مذهب الشافعی وقد اعتنی علیه الائمّة فشرحه الامام فخر الدین محمد بن عمر الرازی المتوفی سنة ٦٠٦ والقاضی سراج الدین ابو الثناء محمود بن ابی بکر الارموی المتوفی سنة ٦٨٢ وعماد الدین ابو حامد محمد بن یونس الاربلی المتوفی سنة ٦٠٨ وابو الفتوح اسعد بن محمود العجلی المذکور فی الابانة صنّف کتابًا فی شرح مشکلات الوجیز والوسیط تکلّم فی المواضع المشکلة فیهما ونقل

---

*Soyúti*, qui illud in indice suo inter scripta historica refert. — 14189. El-Wejíz fi ilm el-shorút, compendium breve de doctrina documentorum juridicorum. — 14190. El-Wejíz fi el-fetáwi, *compendium breve de responsis juridicis.* Scripsit Imám doctissimus *Borhán-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed*, auctor libri *El-Mohít El-Borháni*, aut, ut alii volunt, auctor libri *El-Mohít El-Redhewi.* Compendium ita incipit: A laude Dei incipio ejusque lucem testem adhibeo etc., et auctor: Libros *El-Mohít* et *El-Wesít*, inquit, cum absolvissem, curam in *El-Wejíz* componendum contuli, quod eidem compositionis ordini adstrinxi, quem liber *Hidáyet* sequitur. — 14191. El-Wejíz fi el-forú', compendium breve de partibus juris (Shafiitici) derivatis, auctore Imám *Hojjet el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli* Sháfiita, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — Argumentum, cui nova addidit, ex suis *Besít* et *Wesít* repetiit. Liber evasit magni pretii et auctoritatis summae inter sectae Shafiiticae asseclas, in quem Imami curam contulerunt commentariosque scripserunt, ut Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuus — Cádhi *Siráj-ed-dín Abu'lthená Mahmúd Ben Abi Bekr El-Ormewi*, anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) mortuus — *Imád-ed-dín Abu Hámid Mohammed Ben Yunos El-Irbili*, anno 608 (inc. 15. Jun. 1211) mortuus — *Abu'l-fotúh As'ad Ben Mahmúd El-Ijli*, de quo in *El-Ibánet* dictum est. Hic librum ad explicandas librorum *El-Wejíz* et *El-Besít* difficultates edidit deque locis utriusque obscurioribus disseruit, et ex scriptis amplioribus, quae illos spectarent,

من الكتب المبسوطة عليهما والامام ابو القاسم عبد الكريم بن محمد القزويني الرافعي الشافعي المتوفى سنة ٦٢٣ شرحًا كبيرًا سمّاه فتح العزيز على كتاب الوجيز وقد تورّع بعضهم عن اطلاق لفظ العزيز مجرّدًا على غير كتاب الله فقال فتح العزيز وهو الذي لم يصنّف في المذاهب مثله وله شرح اخر اصغر منه واخصر وقد اختصر الشيخ محيي الدين يحيى بن شرف النووي المتوفى سنة ٦٧٦ كتابه الروضة من شرح الرافعي كما ذكر في تهذيبه وقد اختصر الشيخ الامام ابراهيم بن عبد الوهاب الزنجاني المتوفى سنة الشرح الكبير وسمّاه نقاوة العزيز فرغ عنه في شعبان سنة ٦٢٥ قال فيه بعد مدح الرافعي وشرحه لكنه قد بسط فيه الكلام وكاد يفضي بالناظر فيه الى الملال اردت اختصاره مع جواب ما اورده من السؤالات والاشارات الى حلّ اشكاله انتهى وكان بدأ في تصنيفه في حيوة الرافعي واختصره ايضا ابن عقيل عبد الله بن عبد الرحمن المصري [الهاشمي العقيلي] المتوفى سنة ٧٦٩ وعليه حاشية مسمّاة بالدرّ النظيم المنير في شرح الكمال الكبير لمحمد بن احمد المعروف بابن الربوة المتوفى سنة ونشر العبير

---

sumsit -- Imám *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Mohammed Cazwíni Ráfii* Shafiita, anno 623 (inc. 2. Jan. 1226) mortuus, cujus commentarius magnus *Fat'h el-azíz ala kitáb El-Wejíz* inscriptus est. Nonnulli vero a voce *azíz* in universum usurpanda abstinuerunt, contendentes, vocem hanc nonnisi de libro Dei augusto usurpari posse. Ille contra: *Fath el-azíz* significare librum, cui similis de disciplinis orthodoxis non sit compositus. Idem alium commentarium illo minorem et contractiorem edidit. — Praeterea Sheikh *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Sheref Newewi*, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuus, librum *Raudhat* e commentario *Ráfii*i extraxit, ut in suo *Tehdzíb* commemorat. Pariter Sheikh et Imám *Ibráhím Ben Abd-el-wehháb Zenjáni*, anno . . . mortuus, commentarium *Ráfii*i magnum in epitomen contraxit *Nocáwet el-azíz* inscriptam, quam mense Sha'bán anni 625 (inc. 12. Dec. 1227) absolvit. Ibi laude *Ráfii* ejusque commentarii praemissa: Attamen, inquit, nimia in eo facit verba, et parum abest, quin lectori taedium afferat; commentarium igitur in brevius contrahere volui adjectis responsis ad quaestiones ab eo propositas indiciisque ad locos obscuriores ejus explicandos. — Haec ille. — *Ráfii*o adhuc superstite ejus compositionem inceperat. — Praeterea *Abdallah Ben Abd-el-rahman Misri* [*Háshimi Ackíli*], vulgo *Ibn Ackíl* dictus et anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuus, eum in epitomen contraxit, ad quam *Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *Ibn-elrubwa* dictus et anno . . .

في تخريج احاديث الشرح الكبير لجلال الدين السيوطي المتوفى سنة ٩١١ وصنف شمس الدين محمد بن محمد الاسدى المقدسي المتوفى سنة ٨٠٨ تعليقة سمّاها الظهير في فقه الشرح الكبير ووصف مصباح المنير لغريب الشرح الكبير اولا كما مرّ في الميم وخرج ابن الملقن عمر بن على المتوفى سنة ٨٠٤ احاديثه في كتاب سمّاه البدر المنير في سبع مجلّدات ثم لخّصه في اربع مجلّدات وسمّاه الخلاصة ثم انتقاه وسمّاه المنتقى في جزء ولخّصه ابن حجر العسقلاني ذكر في تخريج الاحاديث التي ضمنها شرح الوجيز للرافعي توفى سنة ٨٥٢ وخرج ايضا بدر الدين ابن جماعة المتوفى سنة ٧٦٧ وبدر الدين محمد بن عبد الله الزركشي المتوفى سنة وشهاب الدين احمد بن اسمعيل المتوفى سنة ٨١٥ خرجه ايضا وشرح الوجيز الامام ابو حامد محمد بن ابراهيم السهلي الحاجري المتوفى سنة ٦١٠ في مجلّدين سمّاه ايضاح الوجيز احسن فيه وتاج الدين عبد الرحيم بن محمد [ابن منعة] الموصلي المتوفى سنة ٦٧١

---

mortuus, glossas edidit *El-Dorr El-Netzim El-Monír fi sharh El-Kemál El-Kebír* inscriptas, et *Jelál-ed-dín Sayúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, traditiones commentarii magni in libro *Nashr el-u'bír fi takhríj ahádíth El-Sharh El-Kebír* enucleavit. — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Asedi Mocaddesi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuus, scholia scripsit titulo *El-Tzahír fi fic'h El-Sharh El-Kebír* insignita. Huc pertinet liber *El-Misbáh El-Monír li gharíb El-Sharh El-Kebír* antea descriptus, qui voces minus usitatas commentarii magni explicat, ut supra in litera *Mím* dictum est. — Deinde *Omar Ben Ali*, vulgo *Ibn el-molaccin* dictus et anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, traditiones commentarii in libro septem voluminum *El-Bedr El-Monír* inscripto enuclavit. Postea ex eo potiora in quatuor voluminibus excerpsit, quibus titulum *El-Khilâset* dedit. Deinde denuo medullam in fasciculo selegit *El-Munteká* inscripto. — Porro *Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus, meliora ejus excerpsit, ut in libro *Takhríj el-ahádíth* de enucleatis traditionibus, quas *Ráfií* commentarius in *El-Wejíz* continet, commemoratur. — Eodem modo traditiones enuclearunt *Bedr-ed-dín Ibn Jemáa*, anno 767 (inc. 18. Sept. 1365) mortuus — *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Zerkeshi*, anno . . . mortuus — et *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Ismaíl*, anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuus. — Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Ibráhím Sahli Hájiri*, anno 610 (inc. 23. Mai. 1213) mortuus, commentarium egregium duorum voluminum in *El-Wejíz* composuit *Idháh El-Wejíz* inscriptum, et *Táj-ed-dín Abd-el-rehím Ben Mohammed [Ben Man'a'] Mausili*, anno 671 (inc. 29. Jul. 1272) mortuus, *El-Wejíz*

اختصره وسمّاه التعجيز في مختصر الوجيز وهو كتاب اعتنى عليه جماعة كما مرّ في محلّه مع شروحه ونظمه الشيخ الامام عبد العزيز بن احمد المعروف بسعد الديرى المتوفى سنة ٦٩٧ وموسى بن على الرازى المتوفى سنة ٧٣٠ واختصره الامام سراج الدين عمر بن محمد الزبيدى وسمّاه الابريز في تصحيح الوجيز توفى سنة ٨٨٧ الذى قال انّه لم يسبق لمثله وقال السلغاق وقفت على سبعين شرحًا وقد قيل لو كان الغزالى نبيا لكان معجزته الوجيز وفي طالع السعيد انّ ابن دقيق العيد لمّا وصل اليه الشرح الكبير للرافعى اشتغل بمطالعته وصار يقتصر من الصلوات على الفرائض فقط ولعلّ المراد مع توابعها من جواهر العقدين ١٤١٩٢ الوجيز في قراءات الثمانية لابى على الحسن بن على بن ابراهيم الاهوازى نزيل دمشق المتوفى سنة ٤٤٦

١٤١٩٣ الوجيز في الهندسة لابى الصلت اميّة بن عبد العزيز الاندلسى المتوفى سنة ٥٢٩ الّفه للملك الافضل شاهنشاه فعرضه على منجّمه فقال هذا كتاب لا ينتفع به المبتدى ويستغنى

---

in epitomen contraxit *El-Ta'jîz fi mokhtasar El-Wejîz* inscriptam, in quam multi curam suam contulerunt, ut suo loco dictum est, ubi commentarii simul allati sunt. — Compendium *Wejîz* Sheikh et Imám *Abd-el-azîz Ben Ahmed*, vulgo *Sa'd El-Deiri* dictus et anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuus, et *Musa Ben Ali Râzi*, anno 730 (inc. 25. Oct. 1329) mortuus, versibus circumscripserunt. — Porro Imám *Sirâj-ed-dîn Omar Ben Mohammed Zebîdi*, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuus, *El-Wejîz*, cui ille similem librum non compositum esse dicit, in epitomen coegit *El-Ibrîz fi tas'hîh El-Wejîz* inscriptam. — *Salaghûni:* „Inspexi, inquit, septuaginta commentarios;" et dictum est „Si *Ghazâli* propheta fuisset, certe liber *Wejîz* ejus esset miraculum." — Deinde in *Tâli' el-said* legitur: „*Râfii* commentarius magnus cum *Ibno Dackîc el-îd* in manus venisset, in eo legendo ille ita occupatus erat, ut in solis precibus lege praescriptis acquiesceret", quod fortasse significat: cum omnibus praescriptis ab illis precibus dependentibus. — Haec ex *Jewâhir el-icdein* petita sunt. — 14192. **El-Wejîz fi ckirâát el-themâniyet**, compendium breve de octo Corani lectorum recensionibus, auctore *Abu Ali El-Hasan Ben Ali Ben Ibrâhîm El-Ahwâzi* Damasci inquilino, anno 446 (inc. 12. Apr. 1054) mortuo. — 14193. **El-Wejîz fi el-hendeset**, compendium breve geometricum. Composuit *Abu'lsalt Omayya Ben Abd-el-azîz Andalusi*, anno 529 (inc. 22. Oct. 1134) mortuus, *El-Meliko El-Afdhal Shâhinshâh*, qui illud astronomo suo proposuit. Hic: Ex isto, inquit,

عنه المنتهى ١٤١٩٤ وجيز القانون فى الطبّ ١٤١٩٥ الوجيزة الكافية فى العروض والقافية لابن المهاجر احمد بن عبد الله الواديآشى الحنفى المتوفى سنة ٧٣٩ فى كفاية المتحفظ ١٤١٩٦ الوجيز المنتقى والعزيز الملتقى مختصر فى الحكايات الغريبة على اصطلاح الطبّ اوله الحمد لله الذى بلطفه تصلح الاعمال الخ ١٤١٩٧ وجيز النظام فى اظهار موارد الاحكام مختصر للشيخ محيى الدين محمد بن سليمان الكافيجى المتوفى سنة ٨٧٩ اوله الحمد لله الذى هدانا لمدارك الاحكام الخ ذكر فيه طريقة السلف فى العلم والاجتهاد وطريقة الخلف ايضا وذكر انّ الامام احمد يقول ببقاء المجتهد فى مدّة الابد الى يوم القيامة والعلوم تزداد بتلاحق الافكار وذكر ما يجوز استنباطه للخلف ١٤١٩٨ وحدت نامه لابن المصرى هو الشيخ عبد الرحيم القره حصارى من خلفاء الشيخ آق شمس الدين وفرغ عن تأليفه سنة ٨٦٥ ⁂ مسئلة وحدت الوجود ⁂ قيل ان بعض كلمات خارجة عن طور العقل وظاهرها مخالف لمتبادر

---

libro tiro nullum capiet fructum, et provectior eo carere potest. — 14194. **Wejíz El-Cánún**, compendium Canonis de medicina. — 14195. **El-Wejízet El-Káfiyet**, expositio brevis sufficiens de arte metrica et homoeoteleutis, auctore *Ahmed Ben Abdallah El-Whádiyáshi* Hanefita, anno 739 (inc. 20. Jul. 1338) mortuo. Commemoratur in *Kifáyet el-motehaffitz*. — 14196. **El-Wejíz El-Munteká**, narratio brevis selecta et liber pretiosus bene exceptus. Compendium de narrationibus raris ad rationem dictionis, quae medicis propria est. Incipit ita: Laus Deo, cujus benignitate res bene geruntur etc. — 14197. **Wejíz el-nitzám**, compendium breve ordinis de fontibus statutorum practicorum aperiendis, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Soleimán El-Káfiji*, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. In hoc compendio, quod ita incipit: Laus Deo, qui nos ad perceptiones statutorum dirigit etc., auctor viam exponit, quam veteres et recentiores quoque in doctrina comparanda et studiosa inquisitione sequebantur, et Imamum *Ahmed* contendisse narrat, studiose in quaestiones inquirentem in sempiternum usque ad diem resurrectionis durare doctrinasque continua cogitationum actione incrementum capere, et eas cognitiones demonstrat, quas recentioribus ingenio elicere licitum sit. — 14198. **Wahdet-námeh**, liber unitatis, auctore Sheikh *Abd-el-rehím El-Carahhisári*, vulgo *Ibn-elmisri* dicto. Fuit hic unus vicariorum Sheikhi *Aç Shems-ed-dín*, et libri compositionem anno 865 (inc. 17. Oct. 1460) absolvit. — *Quaestio de unitate existentiae*. — Verba nonnulla fines menti praescriptos excedere eorumque sensum exteriorem contrarium dicunt esse iis, quae traditione semper propagata fuerint. Quo factum est, ut inter homines

النقل فصار سببًا بين الناس للفتنة خصوصًا هذه المسئلة وبسببها يكفّر بعض الناس بعضًا وامرها مورث بين الطوآئف عداوة وبغضًا بعض يقبلها وردّ مقابلها وبعض ينكرها ويكفر قائلها لكن الكثيرين فى فهمها على ظنّ وتخمين وبمعزل عن تحقيق ما ارادوا منها على اليقين فلا يكون الردّ والقبول مقبولًا ولا لها غير التناقض والتحاسد محصولًا وفيها تأليفات وتحريرات منها رسالة المولى الجامى ورسالة بهآء الدين زاده ١٤١٩٩ الوحيد فى سلوك اهل التوحيد للشيخ عبد الغفار بن عبد المجيد القوصي يشتمل على حكايات من صحبة واخبار من رآه وما بلغه عن الاقطاب والاوتاد فى كلّ اقليم من البلاد الّفه فى ربيع الاول سنة ٧٠٨ بثغر الاسكندرية كذا فى اوله ١٤٢٠٠ ودآئع لابى العباس ابن شريح احمد بن عمر الشافعى المتوفى سنة فى مجلّد متوسّط يشتمل على احكام مجرّدة عن الادلّة ١٤٢٠١ الودعانيّة من كتب الاربعينيّات ١٤٢٠٢ الوديك فى فضل الديك رسالة فى جزء لجلال الدين السيوطي المتوفى سنة ٩١١ ذكره

---

discordiae materiem darent, et maxime haec quaestio, ob quam alius hominum alium impietatis accusavit, ejusque argumentum inimicitiam et odium inter omnes hominum classes hereditate quasi propagavit. Alii eam approbabant et adversarium refutabant, alii improbabant ejusque propugnatorem impietatis accusabant. Multi tamen in ratione, qua intelligenda sit, nonnisi opinionem et conjecturam sequuntur sine ulla verae ejus naturae cognitione, quod utique ista quaestione significare velint. Neque eam refutare neque probare res est grata, et ejus propositione nihil comparatur nisi odium mutuum et invidia contraria. De ea scripta et dissertationes exstant, ut tractatus Mollae *Jámi* et tractatus *Behá-ed-dinzádeh*. — 14199. El-Wehíd fi solúk ahl el-tauhíd, liber unicus de via spiritali, qua asseclae cultus unius Dei (unitarii) incedunt, auctore Sheikh *Abd-el-ghaffár Ben Abd-el-mejíd Cúsi*. Continet hic liber, quem *Cúsi*, ut ab initio dicit, mense Rebi' I. anni 708 (inc. 21. Jun. 1308) in campo Alexandriae composuit, narrationes consortium et historias spiritalium, quos ipse in regionibus terrarum omnibus viderat, et ea, quae ex ore theosophorum Poli et Clavi dictorum perceperat. — 14200. Wedáyi', deposita, auctore *Abu'labbás Ben Shoreih Ahmed Ben Omar* Shafiita, anno . . . mortuo. Volumen intermedium, quod argumentis resectis statuta de depositis continet. — 14201. Wed'áníyet, *Wedánica*. Sylloge quadraginta traditionum ab *Ibn Wed'án* collecta. — 14202. El-Wedík fi fadhl el-dík, pinguis de praestantia galli gallinacei, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus fasciculo comprehensus,

فى ديوان الحيوان قال فقد الّف الحافظ ابو نعيم جزءا فى فضل الديك وفيه من الافادة ما فيه وزيادة على مقدّمة ومقصد وخاتمة ١٤٢٠٣ وِرد العلل فى فهم العلل للشيخ تقى الدين على ابن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ١٤٢٠٤ [ وِرد الورود وفيض البحر المورود للشيخ العلّامة عبد الغنى بن النابلسى المشهور الشامى هو شرح كتاب الصلوات المحمديّة للعارف محيى الدين ابن عربى ] ١٤٢٠٥ ورقات فى الاصول لامام الحرمين عبد الملك بن عبد الله الجوينى الشافعى المتوفى سنة ٤٧٨ سمّى به لانه قال فى اوله هذه ورقات قليلة تشتمل على معرفة فصول من اصول الفقه ينتفع بها المبتدئ انتهى شرحه تاج الدين ابن الفركاح عبد الرحمن بن ابراهيم المتوفى سنة ٦٩٠ اوله الحمد لله كما يليق بكمال وجهه الخ والشيخ احمد ابن قاسم العبّادى الشافعى المتوفى سنة شرحين كبيرًا وصغيرًا والشيخ جلال الدين محمد ابن احمد المحلّى الشافعى المتوفى سنة ٨٦٤ وهو شرح مختصر ممزوج وشرحه الشيخ الامام كمال

---

quem in *Diwán el-heiwán* commemorat. Jam, inquit, El-Háfitz *Abu Noeim* fasciculum de praestantia galli composuerat, qui institutionem utilem qualemcunque continet et additamentum in praefationem, consilium propositum et conclusionem dispositum. — 14203. **Wird el-alel**, portio determinata potuum secundorum de intelligentia caussarum, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 14204. [**Wird el-worúd**, accessus ad aquationem et abundantia maris, ad quod aquandi caussa descenditur, auctore Sheikh doctissimo *Abd-el-ghani Ben-elnábulusí*, vulgo *El-Shámi* dicto. Commentarius est in librum *El-Salawát El-Mohammediyet* a Theosopho *Mohyi-ed-din Ibn Arabi* editum]. — 14205. **Waracát fi el-osúl**, folia de principiis, auctore Imám el-haramein *Abd-el-melik Ben Abdallah Joweini* Shafiita, anno 478 (inc. 29. Apr. 1085) mortuo. Titulum *Waracát* liber accepit, quod auctor initio ejus dicit: Haec folia pauca cognitionem comprehendunt sectionum e juris principiis, unde tiro fructum capiet. — Haec ille. — In ea commentarios scripserunt *Táj-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ibráhím*, vulgo *Ibn-elfircáh* dictus et anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo talis, qualis perfectioni ejus substantiae convenit etc. — Sheikh *Ahmed Ben Cásim Abbádi* Shafiita, anno . . . mortuus, qui duplicem commentarium majorem et minorem edidit — Sheikh *Jelál-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Mahalli* Shafiita, anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) mortuus, cujus commentarius brevis est et textum admixtum habet — Sheikh et Imám *Kemál-ed-dín Mohammed*

الدين محمد [بن محمد بن عبد الرحمن] المعروف بامام الكاملية المتوفى سنة ٨٧٤ شرحًا ممزوجًا اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ والشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ وعليها ثلاثة شروح لابراهيم بن احمد بن المنلا جلبى المتوفى تقريبًا سنة ١٠٣٠ مطوّل اسمه جامع المتفرّقات من فوائد الورقات ومتوسّط اسمه التحارير الملحقات والتقارير المحقّقات ومختصر اسمه كفاية الرقاة الى معرفة غرف الورقات ونظمها شهاب الدين احمد بن محمد الطوخى الشافعى المتوفى سنة ٨٩٣ [ونظمها ايضا السيد محمد بن ابراهيم بن الفضل اليمنى الاصل المتوفى بشبام سنة ١٠٨٥ وهو فى غاية الحسن] ١٤٢٠٦ ورقات فى العمل بربع المقنطرات لجمال الدين ابى محمد عبد الله بن خليل بن يوسف الماردينى المتوفى سنة مشتملة على مقدّمة وعشرين بابًا اوله الحمد لله فاطر السموات ومبدع المخلوقات الخ اختصرها حفيده الشيخ محمد بن محمد الماردينى ١٤٢٠٧ ورقات فى الوثائق على مصطلح زمن الجراكسة والترك على عشرة فصول مختصر اوله الحمد لله الذى خلق الانسان الخ للشيخ شمس الدين

[*Ben Mohammed Ben Abd-el-rahman*], vulgo *Imám El-Kámiliyet* dictus et anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuus, cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — Sheikh *Cásim Ben Cotluboghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus — *Ibráhím Ben Ahmed Ben-elmenla Jelebi*, prope annum 1030 (inc. 16. Nov. 1620) mortuus, qui tres commentarios composuit, longiorem *Jámi el-moteferricát min fewáid El-Waracát* inscriptum, medium, cui titulus est *El-Tehárír El-Molhacát we El-Tecárír El-Mohaccacát*, et breviorem titulo *Kifáyet el-rocát ila ma'rifet ghoref El-Waracát* insignitum. — Metrice haec folia reddidit *Shehháb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed El-Túkhí* Shafiita, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, [itemque Seyyid *Mohammed Ben Ibráhím Ben-elfadhl* e terra Yemen oriundus et in urbe Shib'am anno 1085 (inc. 28. Mart. 1674) mortuus, cujus recensio metrica admodum est egregia]. — 14206. Waracát fi el-amal bi rob'i' el-mocantarát, folia de operatione cum quadrante circulorum parallelorum ad horizontem, auctore *Jemál-ed-dín Abu Mohammed Abdallah Ben Khalíl Ben Yusuf El-Márídíní*, anno . . . mortuo. Comprehendunt praefationem et viginti capita et incipiunt ita: Laus Deo coelorum creatori et primo rerum creatarum auctori etc. — Ea Sheikh *Mohammed Ben Mohammed El-Márídíní* auctoris nepos in epitomen coegit. — 14207. Waracát fi el-wethaic, folia de pactis ingenio aetatis convenientibus, qua Circassii et Turcae rerum potiti erant, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Shalacámí*. Compendium in decem sectiones distributum, quod ita incipit: Laus Deo,

الشافعى ١٤٢٠٨ ورقات فى الوفيات للسيوطى ذكره فى فهرسه فى التاريخ ١٤٢٠٩ ورقات المهرة فى تتمة قراءات الائمة العشرة لشهاب الدين احمد بن محمد بن محمد المعروف بابن عيّاش القارئ المتوفى سنة ١٤٢١٠ الوساطة بين المتنبى وخصومه ونقد شعره لابى الحسن على بن عبد العزيز الجرجانى [ المتوفى سنة ٣٩٢ ] ١٤٢١١ وسائد الانصاف فى علم الخلاف لمحمد بن محمد الاسدى المقدسى المتوفى سنة ٨٠٨ ١٤٢١٢ وسائل الى تحقيق الدلائل على مقدمة واقطاب اربعة مختصر فى المناظرات اوله الحمد لله المحمودة آلاؤه الممدوح نعماؤه الخ ١٤٢١٣ وسائل الى معرفة الاوائل للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله الاول فليس له آخر الخ لخص فيه اوائل العسكرى وزاد اضعافه ورتب ترتيب الفقه وختم بالعلم والامثال وفيه منظومة فى الرجز مسمّاة بالوسائل ١٤٢١٤ وسائل [ السائل ] الى معرفة الاوائل منظومة فى محاضرة الاوائل ١٤٢١٥ وسائل الالمعى فى

---

qui hominem creavit etc. — 14208. **Waracát fi el-wefayát**, *folia de defunctorum vitis*. Scripsit *Soyúti*, qui ea in indice scriptorum suorum historicorum recenset. — 14209. **Waracát el-maharet**, *folia ingeniosorum de Corani recensionibus decem Imamorum complendis*, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Mohammed* Corani Lectore, vulgo *Ibn Ayyásh* dicto et anno . . . mortuo. — 14210. **El-Wesátat**, intercessio inter *Motenebbi* ejusque adversarios et censura ejus poemata secernens et examinans, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Abd-el-azíz Jorjáni*, [anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuo]. — 14211. **Wesáid el-insáf**, cervicalia decisionis justae de doctrina theologiae controversae, auctore *Mohammed Ben Mohammed Asedi Macaddesi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. — 14212. **El-Wesáil ila tahckíc el-deláil**, praesidia accessum parantia ad veram argumentorum cognitionem. Compendium in praefationem et quatuor polos de disputationibus ad verum inveniendum distributum, quod ita incipit: Laus Deo, cujus beneficia laudibus efferenda et documenta gratiae praedicanda sunt etc. — 14213. **El-Wesáil ila ma'rifet el-awáil**, praesidia ad cognitionem initiorum rerum. In hac epitome, quae ita incipit: Laus Deo primo, qui alterum non habet etc., Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, *Askeri* librum *Awáil* potiorem partem selegit, quam duplo auxit, ad rationem librorum juridicorum disposuit et in extrema parte dissertatione de scientia et proverbiis instruxit. Ibi carmen legitur metro Rejez compositum et *El-Wesáil* inscriptum. — 14214. **Wesáil [el-sáil]**, praesidia [precantis] ad cognitionem initiorum rerum. Carmen de sermocinatione promta, quae in initiis rerum versatur. — 14215. **Wesáil el-elmaí**, praesidia perspicacis de

فضائل اصحاب الشافعي لابى الحسن بن ابى القاسم البيهقى المعروف بفندق المتوفى سنة       ١٤٢١٦ وسائل البيان فى مسائل القرآن منتخب من التفسير الكبير       ١٤٢١٧ وسائل السنية من المقاصد السخاوية والجامع والزيادة الاسيوطية للشيخ ابى الحسن على المالكى مختصر على ترتيب الجامع الصغير اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ انتخبها من المقاصد الحسنة والجامع الصغير وزيادته لشيخه السيوطى واجاز لبعض العلماء بروايته فى صفر سنة ٩٣٧       ١٤٢١٨ وسائل فى تخريج احاديث خلاصة الدلائل مرّ       ١٤٢١٩ وسائل فى فروق المسائل لابى الخير سلامة بن اسمعيل المعروف بابن الجماعة المقدسى الشافعى المتوفى سنة ٤٨٠ فى مجلّد ١٤٢٢٠ وسائل الوصول الى مسائل الاصول للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨       ١٤٢٢١ وسائل الوصول الى مسائل الفصول فى الطبّ لابراهيم الكشى المتوفى سنة شرحه عماد الدين عبد الرحيم الطبيب فرغ عنه فى رمضان سنة ٧٨٥       ١٤٢٢٢ وسيط فى التفسير

meritis asseclarum *Shâfii* praestantibus, auctore *Abu'lhasan Ben Abi'lcâsim Beihacki*, vulgo *Funduc* dicto et anno . . . mortuo. — 14216. Wesâil el-beyân, praesidia expositionis de quaestionibus Coranum spectantibus. Delectus ex commentario Corani magno. — 14217. El-Wesâil El-Seniyet, praesidia pretiosa ex *Sekhâwii Mecásid*, ex *Jâmi'* et Additamentis a *Soyûti* ad hunc librum editis, auctore Sheikh *Abu'lhasan Ali* Malikita. Compendium ad ordinem libri *El-Jâmi' El-Saghîr* dispositum, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. Auctor hoc cum delectu ex *El-Mecásid El-Hasanet*, ex *El-Jâmi' El-Saghîr* et Additamentis Sheikhi sui *Soyûti* ad hunc librum excerpsit, et viro cuidam docto veniam illud tradendi mense Safer anni 937 (inc. 25. Aug. 1530) dedit. — 14218. El-Wesâil, praesidia de enucleandis libri *Khulâset el-delâil*, de quo supra dictum est, traditionibus. — 14219. El-Wesâil fi furûc el-mesâil, praesidia de quaestionum discriminibus, auctore *Abu'lkheir Selâma Ben Ismail Mocaddesi* Shafiita, vulgo *Ibn-eljemâa* dicto et anno 480 (inc. 8. Apr. 1087) mortuo. — Volumen. — 14220. Wesâil el-wosûl ila mesâil el-osûl, praesidia ad quaestiones de principiis perveniendi, auctore Sheikh *Zein-ed-dîn Sorejjâ Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 14221. Wesâil el-wosûl ila mesâil El-Fosûl, praesidia ad quaestiones de Hippocratis aphorismis perveniendi, auctore *Ibrâhîm El-Keshshi*, anno . . . mortuo. Opus medicum, in quod *Imâd-ed-dîn Abd-el-rehîm* Medicus commentarium scripsit, quem mense Ramadhân anni 785 (inc. 6. Mart. 1383) absolvit. — 14222. El-Wesît fi el-tefsîr, liber medius. Commentarius in Coranum,

للامام ابى الحسن على بن احمد الواحدى المتوفى سنة ٤٦٨ ١٤٢٢٣ وسيط فى الطبّ ذكره صاحب المقنع ١٤٢٢٤ وسيط فى علم الشروط ١٤٢٢٥ وسيط فى الفروع للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى الشافعى المتوفى سنة ٥٠٥ وهو ملخّص من بسيطه مع زيادات واحد الكتب الخمسة المتداولة بين الشافعيّة التى تتداول كما ذكره النووى فى تهذيبه شرحه تلميذه محيى الدين محمد ابن يحيى النيسابورى الخبوشانى وسمّاه المحيط توفى سنة ٥٤٨ فى ستة عشر مجلّدا وقفه فى المدرسة الصلاحيّة فى جوار الشافعى والشيخ نجم الدين احمد ابن محمد [بن على بن مرتفع] المعروف بابن الرفعة المتوفى سنة ٧١٠ فى ستين مجلّدا سمّاه المطلب ولم يكمله ونجم الدين ابو العباس احمد بن محمد القمولى المتوفى سنة ٧٧٧ فى مجلّدات سمّاه البحر المحيط ثم لخّصه وسمّاه جواهر البحر ولخّص هذا التلخيص سراج الدين عمر بن محمد اليمنى المتوفى سنة ٨٨٧ وسمّاه جواهر الجواهر وموفق الدين حمزة

---

auctore Imám *Abu'lhasan Ali Ben Ahmed El-Wáhidi*, anno 468 (inc. 16. Aug. 1075) mortuo. — 14223. **El-Wesít fi el-tibb**, liber medius de medicina. Laudatur ab auctore libri *El-Mocni'*. — 14224. **El-Wesít fi ilm el-shorút**, liber medius de doctrina documentorum juridicorum. — 14225. **El-Wesít fi el-forú'**, liber medius de partibus juris secundariis, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli* Shafiita, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Epitome est potiora libri *Besít* cum additamentis continens et unus librorum quinque inter Shafiitas tritissimorum, quibus maxime utuntur, ut *Newewi* in suo *Tehdzíb* commemorat. In eam commentarios ediderunt auctoris discipulus *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Yahya El-Nisábúri El-Khobúshání*, anno 548 (inc. 29. Mart. 1153) mortuus, cujus commentarius *El-Mohít* inscriptus est et sedecim volumina complectitur. Legavit eum academiae *Saláhiya* in vicinitate (sepulchri) *Sháfi'i* — Sheikh *Nejm-ed-dín Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Ali Ben Murtefi'*], vulgo *Ibn-elrifa'* dictus et anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus, cujus commentarius *El-Mátlab* inscriptus sexaginta volumina continet; at imperfectus mansit — *Nejm-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed El-Camali*, anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuus, cujus commentarius plura volumina continet et *El-Bahr El-Mohít* inscriptus est. Tum meliora ejus in epitomen coegit, cui titulum *Jewáhir El-Bahr* dedit. Ex hac epitome *Siráj-ed-dín Omar Ben Mohammed Yemeni*, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuus, iterum potiora selegit, et hanc novam epitomen titulo *Jewáhir El-Jewáhir* ornavit — *Mowaffac-ed-dín Hamza*

ابن يوسف الحموى المتوفى سنة ٦٧٠ اجاب فيه عن اشكالات التى اوردت عليه وسمّاه منتهى الغايات وظهير الدين جعفر بن يحيى الترمنتى المتوفى سنة ٦٨٢ [ ومحمد بن عبد الحاكم المتوفى سنة ] ولم يكمّله [ والشيخ عزّ الدين عمر بن احمد النسائى المدلجى المتوفى سنة ٧١٦ ولم يكمله] وابو الفتوح سعد بن محمود العجلى المتوفى سنة ٦٠٠ وابن ابى الدم فى نحو الوسيط مرّتين وهو ابراهيم بن عبد الله الهمدانى الحموى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٢ مشتمل على نكت وعلّق ابو عمرو عثمان بن عبد الرحمن ابن الصلاح الشهرزورى المتوفى سنة ٦٤٣ على الربع الاول فى جزئين وابو الفضل محمد بن محمد القزوينى الحنفى المتوفى سنة وابن الاستاد كمال الدين احمد بن عبد الله الحلبى المتوفى سنة ٧٢١ فى اربع مجلّدات ويحيى بن ابى الخير اليمنى المتوفى سنة ٥٥٨ وعليه حواشى لعماد الدين عبد الرحمن بن على المصرى القاضى المتوفى سنة ٦٢٤ وشرح فرآئضه شرف الدين ابراهيم بن اسحق المتوفى سنة ٧٦٥ وخرج احاديثه سراج الدين عمر

---

***Ben Yusuf Hamawi***, anno 670 (inc. 9. Aug. 1271) mortuus, qui in commentario ***Muntehá el-ghâyát*** inscripto ad difficultates respondit, quibus librum obstruxerant — ***Tzahir-ed-din Ja'far Ben Yahya Turmenti***, anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) mortuus — [***Mohammed Ben Abd-el-hâkim***, anno . . . mortuus], qui commentarium non absolvit — [El-Sheikh ***Izz-ed-din Omar Ben Ahmed El-Nesáyi El-Medliji***, anno 716 (inc. 26. Mart. 1316) mortuus, cujus commentarius imperfectus mansit] — ***Abu'lfotúh Sa'd Ben Mahmúd El-Ijli***, anno 600 (inc. 10. Sept. 1203) mortuus — ***Ibráhím Ben Abdallah Hemdáni Hamawi*** Shafiita, vulgo ***Ibn Abi'ldemm*** dictus et anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus, cujus commentarius circiter altero tanto fortior est quam ***El-Wesít***, et adnotationes utiles continet. — ***Abu Amru Othmán Ben Abd-el-rahman Ibn Saláh-ed-dín El-Shahrezúri***, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, ad quartam partem primam scholia duobus fasciculis comprehensa scripsit. — Porro commentarios scripserunt ***Abu'lfadhl Mohammed Ben Mohammed Cazwíni*** Hanefita, anno . . . mortuus — ***Kemál-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Halebi***, vulgo ***Ibn-elostád*** dictus et anno 721 (inc. 31. Jan. 1321) mortuus, cujus commentarius e quatuor voluminibus constat — ***Yahya Ben Abi'lkheir El-Yemeni***, anno 558 (inc. 10. Dec. 1162) mortuus, ad cujus commentarium El-Cádhi ***Imád-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ali El-Misri***, anno 624 (inc. 22. Dec. 1226) mortuus, glossas edidit. In caput libri ***Wesít*** de jure hereditario ***Sheref-ed-dín Ibráhím Ben Is'hac***, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, commentarium edidit, et ***Siráj-ed-dín Omar Ben Ali*** Shafiita, vulgo ***Ibn-elmolacchin***

ابن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ وسمّاه تذكرة الاخيار بما فى الوسيط من الاخبار
فى مجلّد واختصره نور الدين ابراهيم بن هبة الله الاسناوى المتوفى سنة ٧٢١ وصحّح فيه ما
صحّحه الرافعى والنووى وشرح فرآئضه شرف الدين ابراهيم بن اسحق بن ابراهيم المناوى
المتوفى سنة ٧٦٧ شرحًا جيّدًا ١٤٢٢٦ وسيلة الاصابة فى صنعة الكتابة منظومة فى الخطّ لابى
الثنآء محمود بن محمد بن خطيب الدهشة الشافعى الحموى اولها الحمد لله على ان علمًا
الخ ثم شرحها اول الشرح الحمد لله على مرسوم توحيده الخ [وعدد الابيات مائة وخمسة
وهى ذيل الفيّة ابن مالك] ١٤٢٢٧ وسيلة الى انتقآء الفضيلة للشيخ الامام ناصر الدين محمد
ابن على بن رضوان الكاتب المعروف بابن الاسكاف ١٤٢٢٨ وسيلة تركى منظوم كالمحمديّة على
تسعة واربعين بابًا اوله الحمد لله الذى رسم فى صفحات مصنوعاته الخ وهى المحموديّة
سبق ١٤٢٢٩ وسيلة الحفى الى اصلاح اللحن الخفى تأليف هاشم بن احمد بن عبد
الواحد بن هاشم الخطيب الحلبى اوله الحمد لله بابلغ محامده الخ مختصر

---

dictus et anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, traditiones ex eo enucleavit, et huic volumini titulum *Tedzkiret el-akhyár bimá fi El-Wesít min el-akhbár* dedit. — *Núr-ed-dín Ibráhím Ben Hibatallah Esnáwi*, anno 721 (inc. 31. Jan. 1321) mortuus, eum in epitomen coegit, in qua argumentis certis comprobavit, quae *Ráfii* et *Newewi* emendaverant, et in caput, quod de jure hereditario agit, *Sheref-ed-dín Ibráhím Ben Is'hac Ben Ibráhím El-Monáwi*, anno 767 (inc. 18. Sept. 1365) mortuus, commentarium egregium scripsit. — 14226. Wesílet el-isábet, praesidium ad scopum attingendum de arte scribendi, auctore *Abu'lthená Mahmúd Ben Mohammed Ben Khatíb El-Dehshet Hamawi* Shafiita. Carmen de scriptura, quod ita incipit: Laus Deo pro eo, quod doctrinam etc. — Postea illud commentario instruxit, qui ita incipit: Laus Deo pro mandato doctrinae unum esse Deum etc. — Carmen est centum quinque versuum, qui appendicem ad *Ibn Máliki Alfíyam* constituunt]. — 14227. El-Wesílet ila inticá el-fadhílet, praesidium ad eligendam artem praestantia conspicuam, auctore Sheikh et Imám *Násir-ed-dín Mohammed Ben Alí Ben Ridhwán* Scriba, vulgo *Ibn-eliskáf* dicto. — 14228. El-Wesílet, praesidium. Carmen turcicum poemati *Mohammediyet* simile et quadraginta novem versus continens, quod ita incipit: Laus Deo, qui tabulis operum suorum inscripsit etc. Hoc est carmen *Mahmúdiyet*, de quo supra dictum est. — 14229. Wesílet el-hafí, praesidium gnari ad clandestinos et parum sensibiles in pronuntiando errores emendandos. Composuit *Háshim Ben Ahmed Ben Abd-el-wáhid Ben Háshim Halebi* Concionator hoc compendium, quod ita incipit: Laus Deo

١٤٢٣٠ وسيلة الطلّاب فى استخراج الاعمال بالحساب لعزّ الدين عبد العزيز بن محمّد المتوفى سنة ١٤٢٣١ وسيلة الظفر فى فضيلة السفر للواسطى شارح المقدّمات ١٤٢٣٢ وسيلة العارفين فارسى ذكره صاحب كزيده فى ترجمة الخاقانى ١٤٢٣٣ وسيلة فى الحساب للشيخ شهاب الدين احمد بن محمّد المعروف بابن الهائم المتوفى سنة ٨١٥ اختصره من كتاب المعونة فى علم الهوائى ورتّب كترتيبه على المقدّمة وثلاثة اقسام وخاتمة وبدأ بقوله الحمد لله جاعل قلوب اوليائه معادن الحكمة الخ قال المارديني فى آخر شرح اللمع ومن اراد الزيادة فعليه بالوسيلة لانّها من احسن المصنّفات فى هذا الفنّ ١٤٢٣٤ وسيلة القلوب ١٤٢٣٥ الوسيلة للغلط مزيلة للشيخ عبد اللطيف بن عبد الرحمن [بن احمد العبادى الخزرجى] المقدسى [المعروف بابن غانم] المتوفى سنة ٨٥٦ اوله لحمد لله الذى جعل الوسيلة عليه دليلا الخ جمع فيه اقسام العلوم وميّز بين اهلها وبين الخصوم اى اهل الظاهر ١٤٢٣٦ وسيلة المتعبّدين

laudationum, quibus dignus est, efficacissima etc. — 14230. **Wesílet el-tollâb**, praesidium studiosorum de operationibus arithmeticis eliciendis, auctore *Izz-ed-dín Abd-el-azíz Ben Mohammed*, anno ... mortuo. — 14231. **Wesílet el-tzafer**, praesidium victoriae de praestantia itinerum faciendorum. Scripsit *El-Wâsiti* Consessuum explanator. — 14232. **Wesílet el-árifín**, praesidium spiritalium. Opus persicum, quod auctor libri *Güzide* in biographia *Khâcâni* commemorat. — 14233. **El-Wesílet fi el-hisâb**, praesidium de arithmetica. Excerpsit Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed*, vulgo *Ibn-elhâim* dictus et anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuus, ex libro *El-Maûnet fi ilm (el-hisâb) el-hewâyi*, ad ejusdem ordinem in praefationem, tres partes et conclusionem disposuit, et ab ejus verbis incipit: Laus Deo, qui corda amicorum suorum fodinas sapientiae fecit etc. *Mâridíni* ad finem commentarii in *El-Lomao'*: Qui, inquit, ampliorem cognitionem quaerit, ei librum *El-Wesílet* commendamus; certe enim in praestantissimis scriptis de hac doctrina numerandus est. — 14234. **Wesílet el-colúb**, praesidium cordium. — 14235. **El-Wesílet lil-ghalat mozílet**, praesidium hallucinationes tollens, auctore Sheikh *Abd-el-latíf Ben Abd-el-rahman* [*Ben Ahmed Abbâdi Khazreji*] *Mocaddesi*, [vulgo *Ibn Ghânim* dicto et] anno 856 (inc. 13. Jan. 1452) mortuo. Collegit in hoc libro, qui ita incipit: Laus Deo, qui accessionem ad se argumentum esse voluit etc., doctrinarum partes, et inter viros doctos eorumque adversarios i. e. sectae exterioris asseclas distinxit. — 14236. **Wesílet el-moteabbidín**, praesidium Dei cultui

للشيخ الصالح عمر بن محمد الخضر الاربلي الملّاوية المتوفى سنة وهو الذى كانّه يعتقده نور الدين الشهيد ١٤٢٣٧ وسيلة المتلفّظ الى كفاية المتحفّظ نظم عماد الدين ابى الفدا اسمعيل بن محمد بن رسلان الحنبلي البعلي ١٤٢٣٨ وسيلة المظلوم الى تحصيل العلوم لمحيى الدين محمد بن ابراهيم يوسف التاذفي ١٤٢٣٩ وسيلة المقاصد فى لغة الفرس لخطيب رستم المولوى المتوفى سنة وعدد ما ذكر فيه من المصادر الف ومائة الّا خمسًا ومن الاسماء عشرة الاف ١٤٢٤٠ وسيلة النجاة رسالة فى بيان ماهيّة العلم لبعض العلماء ذكر انّه قدم من الهند فالّفها وسيلة الى السلطان بايزيد بن محمد خان اولها الحمد لله الذى اشرق بضياء العلم الخ ١٤٢٤١ وسيلة نزهة الالباب فى الحساب لمحمد بن عبد القادر الازهرى الفرضى رتّب على مقدّمة واحد عشر بابًا وخاتمة اولها الحمد لله الذى جمع قلوب اوليائه الخ ذكر فيه انّه وقف على مقدّمة لابيه عبد القادر وجعلها للنزهة كالوسيلة للمعونة لتكون

addictorum, auctore Sheikh pio *Omar Ben Mohammed El-Khidhr El-Irbili El-Molláwiya*, anno . . . mortuo. Hic ille est, in quem *Núr-ed-dín* martyr quasi fidem habuit. — 14237. **Wesílet el-motelaffitz**, praesidium pronuntiantis ad librum *Kifáyet el-motehaffitz*. Recensio metrica hujus libri ab *Imád-ed-dín Abu'lfedá Ismaíl Ben Mohammed Ben Raslán Ba'li* Hanbalita edita. — 14238. **Wesílet el-matzlúm**, praesidium oppressi ad doctrinas comparandas, auctore *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím Yusuf El-Tádsifi*. — 14239. **Wesílet el-mecásid**, praesidium propositorum, ad quae tendimus, de lexicologia persica, auctore *El-Khatíb Rustem El-Mewlewi*, anno . . . mortuo. Infinitivi sive nomina actionis, quae hic recensentur, centum et mille minus quinque sunt, et nominum decem milia. — 14240. **Wesílet el-neját**, praesidium salutis. Tractatus de expositione naturae doctrinae, auctore quodam viro docto. Se ex India venisse narrat et tum hunc librum composuisse, ut sibi aditum ad Sultanum *Báyezíd Ben Mohammed Khán* pararet. Ille ita incipit: Laus Deo, qui luce doctrinae manifestavit etc. — 14241. **Wesílet nuzhet el-albáb**, adjumentum oblectamenti cordium de arithmetica, auctore *Mohammed Ben Abd-el-cádir Azheri* juris hereditarii gnaro. Librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui corda amicorum suorum conjunxit etc., in praefationem, undecim capita et conclusionem disposuit, et se Prolegomena patris sui *Abd-el-cádir* legisse eumque illa pro *El-Nuzhet* idem esse voluisse dicit, quod *El-Wesílet* pro *El-Maúnet*, ut tironi

للمبتدى عليها معينة غير انّ بها مواضع محتاجة الى التتميم والتحرير وقواعد مفتقرة الى التمثيل والتقرير فاحببت ان الحقها ما يحتاج اليه ورتّبه كترتيبه على مقدّمة واحد عشر بابًا وخاتمة ١٤٢٤٢ وشاح دمية القصر ولقاح روضة العصر جمع فيه اشعار عصره بعد دمية القصر للباخرزى مجلّد لابى الحسن على بن زيد البيهقى المتوفى سنة وصنّفه على دمية القصر ١٤٢٤٣ وشاح فى الادب ١٤٢٤٤ وشاح فى فوآئد النكاح للسيوطى مختصر اوله سبحان الله خالق المفارش والمراشف والمشافر الخ ذكر فيه انّ الناس قد اكثروا من التصنيف فى فنّ النكاح فاحسن كتاب الّف فيه تحفة العروس وقد سوّدت فى مسوّدات متعدّدة فاول ما عملت فى ذلك كتاب الافصاح فى اسمآء النكاح وهو لغة صرف مبسوط ثم عملت اليواقيت الثمينة فى صفات السمينة ثم سوّدت مسوّدة كبرى سمّيتها مباسم الملاح ومباسم الصباح وبلغ نحو خمسين كراسًا فاستطال فاختصر منها هذا المختصر فى نحو عشرها ورتّب كترتيبه على سبعة فنون

---

liber esset auxiliaria. Attamen in illis locos exstitisse, qui complemento et recognitione egerent, et regulas fundamentales, quibus exemplis et confirmatione ampliore opus esset. Ad ea igitur quae necessaria essent addere volui. Disposuit autem librum ad dispositionem libri *Maúnet* in praefationem, undecim capita et conclusionem. — 14242. **Wisháh Dumyet el-casr**, balteus libri *Dumyet el-casr* et flos palmae horti seculi. Volumen, in quo *Abu'lhasan Ali Ben Zeid El-Beihacki*, anno ... mortuus, carmina temporis sui post librum *Dumyet el-casr* a *Bákharzi* editum collegit. Composuit illud tanquam appendicem ad *Dumyet el-casr*. — 14243. **El-Wisháh**, balteus de philologia. — 14244. **El-Wisháh fi fewáid el-nikáh**, balteus de institutionibus conjugii utilibus, auctore *Soyúti*. Compendium, quod ita incipit: Praedicatus laudibus sit Deus, creator stragulorum, instrumentorum sorbendi et labiorum etc. Commemorat ibi, viros doctos multa composuisse opera de matrimonio, et praestantissimus librorum de hoc argumento scriptorum est *Tohfet el-arús*, qui in pluribus adversariis primis lineis consignatis exaratus exstat. Primum autem scriptum, quod de hac materia confeci, fuit *Kitáb el-ifsáh fi asmá el-nikáh*, lexicon ampla formarum flexioni subjectarum expositione distinctum. Tum tractatum *El-Yewáckít El-Themínet fi sifát el-semínet* scripsi. Deinde magnum opus primis lineis exaravi *Mebásim el-miláh we Meyásim el-sibáh* inscriptum, quod fere quinquaginta plagularum quiniones continebat. Quod cum longius inveniret, hoc compendium *Wisháh* inde excerpsit decimam illius libri partem continens, et ad ejusdem modum in septem genera disposuit

ا في الحديث والآثار ٢ في اللغة ٣ في النوادر ٤ في السجع والاشعار ٥ في التشريح ٦ في
الطبّ ٧ في الباه له الوشيعة في منكر الشريعة ١٤٢٤٥ وشاح في المعاني والبيان للامام صدر
الشريعة عبيد الله بن مسعود الحنفي المتوفى سنة ٧٤٧ شرحه زين الدين عبد الرحمن بن
ابي بكر المعروف بابن العيني المتوفى سنة ٨٩٣ ١٤٢٤٦ وشي الاسماء ولؤلؤ المسمّى ذكره البوني
١٤٢٤٧ وشي الجلال ولؤلؤ الكمال في الاسماء ذكره البوني ١٤٢٤٨ وشي الحلي في تأكيد
النفي للشيخ تقي الدين علي بن عبد الكافي السبكي المتوفى سنة ٧٥٦ ١٤٢٤٩ وشي المرقوم
في حلّ المنظوم لضياء الدين نصر الله بن محمد [بن محمد] المعروف بابن الاثير الجزري
المتوفى سنة اوله احمد الله على فضيلة النطق وبيانه الخ رتّب على مقدّمة وثلثة فصول ا في
حلّ الشعر ٢ في حلّ آيات القرآن ٣ في حلّ الاخبار النبويّة كان في مواضع من المثل السائر
يحيل عليه ١٤٢٥٠ وشي المصون واللؤلؤ المكنون في علم الخطّ الذي بين الكاف والنون

quae sunt: 1. *traditiones propheticae ejusque sociorum effata* — 2. pars lexicologica — 3. narrationes ingeniosae et rarae — 4. specimina orationis rhythmicae et ligatae — 5. anatomia — 6. medicina — 7. doctrina stimulantium. — Idem librum *El-Weshiat fi monkir el-sheriat* composuit. — 14245. **El-Wishāh fi el-meāni we el-beyān**, balteus de doctrina sententiarum et expositionis, auctore Imám *Sadr el-sheriat Obeidallah Ben Mes'úd* Hanefita, anno 747 (inc. 24. Apr. 1346) mortuo. — *Zein-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr*, vulgo *Ibn-elaini* dictus et anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, commentarium in hunc librum edidit. — 14246. **Weshi el-asmá**, pictura nominum et margarita nominati. Commemoratur ab *El-Búni*. — 14247. **Weshi el-jelál we Lulu el-kemál**, pictura majestatis et margarita perfectionis de nominibus. — Commemoratur ab *El-Búni*. — 14248. **Weshi el-hali**, pictura mundi muliebris de negatione confirmanda, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 14249. **Weshi el-marcúm**, pictura signati de explicatione (carminis) ligati, auctore *Dhiyá-ed-din Nasrallah Ben Mohammed [Ben Mohammed] El-Jezeri*, vulgo *Ibn-elathír* dicto et anno . . . mortuo. — Liber ita incipit: Laudo Deum pro praestantia sermonis ejusque eloquentia etc., et in praefationem et tres sectiones dispositus est, quarum prima de explicatione carminum, secunda de explicatione versuum Corani, tertia de explicatione traditionum propheticarum agit. In pluribus libri *El-Mathal El-Sáir* locis ad hunc librum recurrebatur. — 14250. **El-Weshi El-Mesún we El-Lulu El-Meknún**, pictura asservata et margarita recondita de doctrina scripturae, quae inter literam *Káf* et *Nún* (*Kun*) obtinet.

لاحمد بن محمد الّفه للملك المظفر اوله الحمد لله المنفرد فى الازل بكلمة كن الخ وهو متضمّن علم الجفر والحروف وذكر ستمائة علم وثلثة وعشرون علمًا ١٤٢٥١ وشى المعْلم للحافظ ابى سعيد العلائى ذكره العراقى فى الالفيّة

١٤٢٥٢ علم الوصايا

١٤٢٥٣ وصايا ارسطو ١٤٢٥٤ وصايا بقراط وله الوصيّة المعروفة بترتيب الطبّ ١٤٢٥٥ وصايا السهروردية ١٤٢٥٦ وصايا عبد الخالق الغجدوانى شرحه ابو الخير فضل بن روزبهان المشتهر بخواجه مولانا الاصفهانى المتوفى سنة وقدم على الشرح ثلثة فصول ١ فى احوال الشيخ ٢ فى سلسلة المشايخ ٣ فى خلفائه ١٤٢٥٧ وصايا العلماء عند الموت لابن زهير ١٤٢٥٨ وصايا فيثاغورس الذهبية فسّرها برقلس الافلاطونى ١٤٢٥٩ وصايا القدسيّة للشيخ زين الدين ابى بكر محمد بن محمد [بن محمد] الخوافى المتوفى سنة ٨٣٨ حرّرها بالقدس فى اواخر

Scripsit *Ahmed Ben Mohammed El-Meliko El-Motzaffer* hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui in aeternitatem voce *Kun* (fiat) unicus est etc., et doctrinam ex tabula *Jefr* et viribus literarum arcanis divinandi continet. — Auctor sexcentas viginti tres doctrinas recenset. — 14251. El-Weshi El-Mo'lem, sericum notis pictum, auctore Háfitz *Abu Saíd El-Alági*. — Laudatur ab *El-Irácki* in *El-Alfiya*. —

14252. Ilm el-wesáyá. Doctrina praeceptorum.

14253. Wesáyá Aristu, Aristotelis praecepta. — 14254. Wesáyá Bucrát, Hippocratis praecepta. Idem librum Praeceptum inscriptum et vulgo „Artis medicae dispositio“ dictum composuit. — 14255. El-Wesáyá El-Soharawerdíyet, praecepta *Soharawerdii*. — 14256. Wesáyá Abd-el-khálic, praecepta *Abd-el-khálicki El-Ghojdewáni*, in quae *Abu'lkheir Fadhl Ben Ruzbehán Isfaháni*, vulgo *Khoja Mewláná* dictus et anno ... mortuus, commentarium composuit. Huic tres sectiones praemisit, quarum prima de iis agit, quae conditionem Sheikhi spectant, secunda de successione Sheikhorum concatenata, tertia de ejus vicariis. — 14257. Wesáyá el-olamá, monita et praecepta virorum doctorum tempore mortis, auctore *Ibn Zoheir*. — 14258. Wesáyá Fithaghúres, carmina Pythagorae aurea, quae Proclus Platonicus interpretatus est. — 14259. El-Wesáyá El-Codsíyet, praecepta Hierosolymitana, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Abu Bekr Mohammed Ben Mohammed* [*Ben Mohammed*] *El-Khawáfi*, anno 838 (inc. 7. Aug. 1434) mortuo.

سنة ٨٢٥ اولها اما بعد حمد الله تعالى الخ ١٤٢٦٠ وصايا لقمان الحكيم فارسى ترجمة الفانى العطار الشاعر من شعرآء عصر فاتح اكرى ١٤٢٦١ وصايا هوشنج وهو لغة فارسية ١٤٢٦٢ وصف الاتباع وبيان الابتداع لابن حبّان البستى من كتب الاحاديث ١٤٢٦٣ وصف الاهتدآء فى الوقف والابتدآء للشيخ برهان الدين ابى محمد ابراهيم بن عمر بن ابراهيم الربعى الجعبرى المتوفى سنة رتّب على بابين فى الاصول والفروع وفى الاول اثنى عشر فصلا اوله الحمد لله الذى انزل القرآن سورا وايات الخ قال تمّ تصنيفه فى شهر رمضان سنة ٧١٦ ١٤٢٦٤ وصف الجنة لضيآء الدين المقدسى المتوفى سنة ١٤٢٦٥ وصف الدواء فى كشف آفات الوبآء للشيخ عبد الرحمن بن مصطفى البسطامى المتوفى سنة رتّبه على مقدّمة واربعة ابواب وخاتمة ذكره فى كتابه الادعية المنتخبة فى الادوية المجرّبة اوله الحمد لله مجيب الدعآء الخ ١٤٢٦٦ وصف الذميم فى جهل اللئيم رسالة لبعض المتأخّرين اوله الحمد لله

Nitide ea Hierosolymis initio anni 825 (inc. 26. Dec. 1421) elaboravit, et ita orsus est: Praemissa laude Dei excelsi etc. — 14260. **Wesáyá Locmán**, praecepta *Locmáni* Philosophi, persice. Ea *El-Fáni El-Attár* Poeta transtulit, qui inter poetas temporis Expugnatoris urbis Agra floruit. — 14261. **Wesáyá Hushenj**, praecepta *Hushenki*. Lexicon persicum. — 14262. **Wasf el-itbá'**, descriptio rationis alios sequendi et expositio rationis res novas excogitandi, auctore *Ibn Hayyán El-Bostí*. — Pertinet ad scripta traditionaria. — 14263. **Wasf el-ihtidá**, descriptio ductus recti de locis, ubi in Corano legendo subsistendum et ubi denuo incipiendum est, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Abu Mohammed Ibráhím Ben Omar Ben Ibráhím El-Rib'í El-Ja'berí*, anno . . . mortuo. Disposuit librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui Coranum in Suratis et versibus revelavit etc., in duo capita de principiis et partibus juris derivatis. Prius caput duodecim sectiones continet, et auctor compositionem se mense Ramadhán anni 716 (inc. 26. Mart. 1316) absolvisse dicit. — 14264. **Wasf el-jennet**, descriptio paradisi, auctore *Dhiyá-ed-dín Mocaddesí*, anno . . . mortuo. — 14265. **Wasf el-dewá**, descriptio remedii de damnis pestilentiae detegendis, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mustafa El-Bistámí*, anno . . . mortuo. Librum, qui ita incipit: Laus Deo, preces audienti etc., in praefationem, quatuor capita et conclusionem disposuit et in opere suo *El-Ad'iyet El-Muntakhabet* de medicamentis probatis commemorat. — 14266. **Wasf el-dzemím**, descriptio vituperandi de actionibus hominis vilis, auctore quodam viro recentiore. Incipit tractatus ita:

وكفى الخ ١٤٢٦٧ وصف طريق المريد الى مقام التوحيد للشيخ ابي طالب محمد بن علي المكي المتوفى سنة ١٤٢٦٨ وصف الفارس والفرس لمحمد بن مرزبان الديري المتوفى سنة ولهُ وصف السيف والقلم ١٤٢٦٩ وصف المباني ١٤٢٧٠ وصف المعاب في فعل الغراب ١٤٢٧١ وصل الحبيب ونديم اللبيب ذكره القطب في الاعلام ١٤٢٧٢ الوصل والمنى في فضل منى للشيخ مجد الدين ابي طاهر محمد بن محمد بن يعقوب الفيروزابادي الشيرازي المتوفى سنة ٨١٧ ١٤٢٧٣ الوصلة الى الحبيب في وصف الطيبات والطيّب مختصر في المعاجين اوله الحمد لله الواحد القهّار الخ قال صاحبه ولم اضع فيه شيئاً الّا بعد ان ركبته مرارًا وتناولته مدرارًا بدأ فيه بالطيب لشرف قدره ١٤٢٧٤ وصلت نامه فارسي منظوم للشيخ عطار ١٤٢٧٥ وصول الى الاصول لابي الفتح بن برهان ذكره السيوطي في المزهر ١٤٢٧٦ وصول الى علم الاصول للشيخ علي بن محمد الشهير بمصنفك بني على مقدمة واصول وخاتمة اولها الحمد لله

Laus Deo et sufficit etc. 14267. Wasf taríc el-moríd, descriptio viae tironis ad stationem fidei in unum Deum aspirantis, auctore Sheikh *Abu Tálib Mohammed Ben Ali El-Mekki*, anno . . . mortuo. — 14268. Wasf el-fáris we el-feres, descriptio equitis et equi, auctore *Mohammed Ben Merzobán El-Deirí*, anno . . . mortuo. Idem descriptionem gladii et calami edidit. — 14269. Wasf el-mebáni, descriptio fundamentorum. — 14270. Wasf el-meáb, descriptio vitii de factis corvi. — 14271. Wasl el-habíb we Nedím el-lebíb, consuetudo amati et sodalis cordati. Commemoratur a *Cotb-ed-dín* in *El-I'lám.* — 14272. El-Wasl we El-Muna, conjunctio cum dilecto et desideria de praestantia vallis Mina prope Mekkam, auctore Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Mohammed Ben Ya'cúb Fírúzábádi Shírázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 14273. El-Waslet ila el-habíb, accessio ad amatum de descriptione rerum suavium et odoramentorum. Compendium de electuariis, quod ita incipit: Laus Deo unico, omnipotenti etc. — Auctor: Nullam libro, inquit, confectionem inserui, nisi postquam eam iterum atque iterum composui et copiose sumsi. Incepit autem ab odoramentis propter eorum pretii praestantiam. — 14274. Waslet-námeh, liber conjunctionis cum amato. Carmen persicum, auctore Sheikh *Attár.* — 14275. El-Wosúl ila el-osúl, accessio ad principia, auctore *Abu'lfat'h Ben Berhán.* Commemoratur a *Soyúti* in *El-Mizher.* — 14276. El-Wosúl ila ilm el-osúl, accessio ad doctrinam principiorum, auctore Sheikh *Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dicto. Liber hic, qui ita incipit: Laus Deo, qui principia esse voluit instrumentum perveniendi etc.,

الذى جعل الاصول وفصولا الخ ١٤٢٧٧ الوصول الى علم الاصول للمولى يوسف بن حسين الكرماستى المتوفى سنة ٩٠٦ وهو متن على عشرة ابواب ثم اختصره على مقدّمة وثمانية ابواب وسمّاه بالوجيز ١٤٢٧٨ الوصول الى الغرض المطلوب من جواهر قوت القلوب مرّ ١٤٢٧٩ الوصول الى قواعد الاصول للشيخ محمد بن عبد الله الغزى اوله حمدًا لمن وفق لبنآء اصول الشرع الشريف على اكمل اساس الخ قال فيه الفته على منوال تمهيد الاصول لجمال الدين الاسنوى الشافعي لما رأيت لم ينسج على منواله كتاب فى اصول الحنفيّة ١٤٢٨٠ الوصول الى معرفة الاصول لابى بكر محمد بن داود الظاهرى المتوفى سنة ٢٩٧ ولابى اسحق الشيرازى ١٤٢٨١ وصول الامانى باصول التهانى رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله وكفى وبعد فقد كثر السؤال عن ما اعتاده الناس عن التهنية بالعيد والعام والشهر والولايات ونحو ذلك هل له اصل فى السنة فجمعت هذا

in praefationem, sectiones et conclusionem dispositus est. — 14277. **El-Wosúl ila ilm el-osúl**, accessio ad doctrinam principiorum, auctore Molla *Yusuf Ben Hosein Kermáseti*, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Textus in decem capita dispositus, ex quo postea epitomen confecit in praefationem et octo capita dispositam et *El-Wejîz* inscriptam. — 14278. **El-Wosúl ila el-gharadh el-matlúb**, accessio ad finem quaesitum ex margaritis libri *Caut el-colúb*, de quo supra dictum est. — 14279. **El-Wosúl ila cawáid el-osúl**, accessio ad fundamenta principiorum, auctore Sheikh *Mohammed Ben Abdallah El-Ghazzi*. Liber ita incipit: Laudem ei, qui ad fundamenta legis augustae perfectissimo firmamento superstruenda adjuvat etc., et auctor ibi: Eum, inquit, ad modum libri *Temhíd el-osúl* a *Jemál-ed-dín Esnewi* Shafiita editi composui, cum ad ejus rationem nullum librum de principiis Hanefitarum compositum esse viderem. — 14280. **El-Wosúl ila ma'rifet el-osúl**, accessio ad cognitionem principiorum. Scripserunt *Abu Bekr Mohammed Ben Dawúd El-Tzáhiri*, anno 297 (inc. 20. Sept. 909) mortuus, et *Abu Is'hac Shirázi*. — 14281. **Wosúl el-amáni**, perceptio votorum per principia rerum gratulandarum, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo et sufficit. Deinde vero jam dudum de eo quaestio orta est, quod homines consuetudinem receperunt ineunte festo majori, anno, mense, in auspicando munere et aliis diebus solennibus congratulandi, num haec gratulatio Sunnae fundamento nitatur. Collegi igitur hunc fasciculum. — Haec

الجزء الثاني ١٤٢٨٢ وصول الغمر الى اصول قراءة ابى عمرو مختصر للشيخ علاء الدين ابى الحسن على بن الشيخ شرف الدين قاسم البطاحى الشافعى اوله الحمد لله الذى جعل صدور اوليائه اوعية لحفظ القرآن الخ ١٤٢٨٣ وصول فى شرح تنويع الاصول مرّ ١٤٢٨٤ وصية الامام ابى حنيفة رحمه الله وشرحها للشيخ محمد بن محمود اكمل الدين الحنفى المتوفى سنة ٧٨٦ اوله الحمد لله المتوحّد بوجوب الوجود والبقاء الخ جمع من كلام المشايخ فوائد ومن شروحه شرح مسمّى بتلخيص خلاصة الاصول اوله الحمد لله الذى ابدع الخلق واعاد الخ وذكر اسم الامير كوزل من امراء الجراكسة [ ولها شرح آخر لبعض الفضلاء اخذ وجمع من شرح المولى اكمل الدين وشرح المسمّى بخلاصة الاصول اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ولعلى القارى شرح عليها ] ١٤٢٨٥ الوصيّة للاحياء والاموات جمعها بعضهم ممّا ورد فيه الوصيّة من الاحاديث والآيات وكلام الاكابر اوله الحمد لله الذى امرنا ان نقى انفسنا واهلينا نارا الخ

auctor. — 14282. Wosúl el-ghomr, accessio inexperti ad principia lectionis coranicae *Abu Amrui*, auctore Sheikh *Alá-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben* El-Sheikh *Sheref-ed-dín Cásim El-Betáhi* Shafiita. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui pectora amicorum suorum repositoria ad Coranum memoria ferendum facit etc. — 14283. El-Wosúl fi sharh tenwí' el-osúl, accessio. Commentarius in librum *Tenwí' el-osúl*, de quo supra mentio facta est. — 14284. Wesíyet El-Imám Abu Hanífa, praeceptum et consilium Imami *Abu Hanifa*, quem Deus misericordia donet. — Sheikh *Mohammed Ben Mahmúd Akmal-ed-dín* Hanefita, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus, librum commentario instruxit, qui ita incipit: Laus Deo necessitate absoluta existentiae et perpetuitatis unico etc. Ex dictis Sheikhorum ibi adnotationes utiles collegit. Inter commentarios alius titulum prae se fert *Telkhís khiláset el-osúl*, et ita incipit: Laus Deo, qui res creatas primus produxit et refecit etc. Auctor Emirum *Guzel* ex Circassiorum Emiris ibi nominat. [Alium commentarium, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., vir quidam eruditione praestans composuit, e commentario Mollae *Akmal-ed-dín* et e commentario *Khiláset el-osúl* inscripto petiit et collegit. — Denique *Ali* Corani Lector commentarium in *El-Wesíyet* composuit]. — 14285. El-Wesíyet lil ahyá we el-amwát, mandatum vivis et mortuis datum. Vir quidam ex iis traditionibus, versibus coranicis et virorum magnorum dictis collegit, in quibus vox *Wesíyet* occurrit. Incipit liber ita: Laus Deo, qui nobis praecepit, ut animas nostras et familias nostras contra ignem servemus etc. —

١٤٢٨٦ علم الوضع

١٤٢٨٧ وضع الباهر في دفع اهل الظاهر لابن الصائغ محمد بن عبد الرحمن الزمردي الحنبلي المتوفى سنة ٧٧٧ ١٤٢٨٨ وظائف في ... لابي موسى محمد بن عمر بن المديني الحافظ المتوفى سنة ٥٨١ ١٤٢٨٩ وظائف في المنطق لشمس الدين المغربي المتوفى سنة اوله الحمد لله الهادي الى اقوم السبيل الخ فهذه وظائف يهتدي بها المبتدئ الى علم المنطق يشتمل على ثلثة ابواب وست وستين وظيفة شرحه بعض العلماء وقال وكان المختصر المسمى بالوظائف المشحون باللطائف مشتملا على غرر المعاني ومحتويا على درر المباني الخ اوله الحمد لله الذي تعالى عن ان تتداركه العقول والنفوس الخ وهو مختصر كشرح سعد الدين للشمسية لكنه ممزوج ١٤٢٩٠ وظائف في النحو للمولى فضيل بن علي الجمالي المتوفى سنة ٩٩١ وشرحه بعض العلماء ١٤٢٩١ وظائف المغرية للمناقب المعزية مختصر لخضر بن ابي

---

14286. **Ilm el-wadh'i'.** Doctrina usus verborum.

14287. **El-Wadh'o' El-Bábir**, compositio praecellens de factis patronorum sensus exterioris repellendis, auctore ***Mohammed Ben Abd-el-rahman Zomorrodi*** Hanbalita, vulgo ***Ibn-elsáigh*** dicto et anno 777 (inc. 2. Jan. 1375) mortuo. — 14288. **El-Wetzáif fi . . .**, praecepta debita de . . ., auctore ***Abu Musa Mohammed Ben Omar Ben-elmedini*** El-Háfitz, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuo. — 14289. **El-Wetzáif fi el-mantic**, praecepta debita de logica, auctore ***Shems-ed-din Maghribi***, anno . . . mortuo. — Liber ita incipit: Laus Deo, qui ad viam rectissimam ducit etc. Haec sunt praecepta observanda, quibus tiro ad doctrinam logicae ducitur. Liber tria capita et sexaginta sex praecepta continet. In eum vir quidam doctus commentarium composuit, et: Compendium ***El-Wetzáif*** inscriptum, inquit, elegantiis impletum est, splendores sententiarum continet et margaritas fundamentorum comprehendit etc. Commentarius ita incipit: Laus Deo, qui nimis excelsus est, quam ut mentes et animae eum assequantur etc., et compendiosus est, ut similis sit commentario ***Sa'd-ed-dini*** in ***El-Shemsiyet***, attamen textum admixtum habet. — 14290. **El-Wetzáif fi el-nahw**, praecepta debita de grammatica, auctore Molla ***Fodheil Ben Ali El-Jemáli***, anno 991 (inc. 15. Jan. 1583) mortuo. In ea vir quidam doctus commentarium edidit. — 14291. **El-Wetzáif El-Moghriyet**, officia excitantia ad panegyricum ***Moizz-ed-dini***. Compendium, quod ***Hadhr Ben Abi***

بكر بن احمد الشهير بخليل بن قلاون اوله الحمد لله الذى جعل الملوك عمادًا لحماية حوزة الدين الخ رتّب على عشرة ابواب يشتمل كلّ منها على فصول

١٤٢٩٢ علم الوعظ

١٤٢٩٣ [وعى الاسرار فى شرح اظهار الاسرار لمصلح الدين] ١٤٢٩٤ الوفاء بما يجب لحضرة المصطفى لنور الدين على بن احمد السمهودى المتوفى سنة ٩١١ ذكر فيه الوجوب فى سلوك الادب مع النبى صلعم وتعظيم قبره وله الوفا باخبار دار المصطفى اوله اما بعد حمد الله على آلائه الخ قال فى آخره انه فرغ عنه فى شهر جمادى الاولى سنة ٨٨٦ بالمدينة ثم دخل الى مكة فبلغه حريق المسجد [النبوى] فالحقه فى موضعه وبيّضه بمكة فى شوال سنة ٨٨٦ ثم الحق عمارة المسجد بعد الرجوع اليها سنة ٨٨٨ ورتّبه على ثمانية ابواب ا فى اسماء البلد ب فى فضائلها ج فى اخبار سكانها د فيما يتعلق بامور مسجدها ه فى مصلّى النبى صلعم و فى

*Bekr Ben Ahmed Khalilo Ben Caláun* composuit. Incipit ita: Laus Deo, qui reges columnam fecit ad defendendum religionis territorium etc., et in decem capita dispositum est, quae singula sectiones continent. —

14292. Ilm el-wa'iz. Doctrina graviter monendi.

14293. [Wa'i el-asrár, receptaculum arcanorum. Commentarius in librum *Izhár el-asrár*, auctore *Moslih-ed-dín*]. — 14294. El-Wefá, conservatio officiorum, quae dignitati prophetae electi debentur, auctore *Núr-ed-dín Alí Ben Ahmed Semhúdí*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Officia ibi commemorat in moribus erga prophetam formandis observanda ejusque sepulchro venerando. Idem historias familiae prophetae electi completas edidit, quae ita incipiunt: Praemissa laude Dei pro ejus beneficiis etc. Ad finem se mense Jumádzi I. anni 886 (inc. 2. Mart. 1481) librum Medinae absolvisse dicit. Postea cum Mekkam ingressus esset, delubrum [propheticum] incendio absumtum esse audivit. Narrationem igitur hujus incendii loco suo inseruit et librum Mekkae mense Shewwál anni 886 (inc. 2. Mart. 1481) nitide exscripsit. Postea anno 888 (inc. 9. Febr. 1483) Medinam reversus refectionem delubri historiae adjecit eamque in octo capita disposuit, quorum primum de nominibus urbis, secundum de proprietatibus ejus praestantibus, tertium de historia incolarum, quartum de iis, quae historiam templi prophetici spectant, quintum de oratorio prophetae, sextum de

ابارها ٦ في اوديتها ٧ في زيارته صلعم وذكر انه اختصره من كتابه اقتفاء الوفاء باخبار دار المصطفى ثم لخّصه وسمّاه خلاصة الوفاء اوله الحمد لله الذى شرف طابة الخ ذكر في خلاصة الوفاء انّه الّف اولًا كتابًا كبيرًا سمّاه الوفاء [لخّص فيه ما امكن الوقوف عليه من تواريخها وما عاينه من امور لم يظفر احد من مورّخيها] ثم اختصره [قبل اتمامه في كتاب] سمّاه وفاء الوفاء فاحترق الاصل في الحريق فبقى مختصر لكونه معه في سفره الى مكّة ثم اختصر هذا المختصر [بالحاق قصّة الحريق وسمّاه خلاصة الوفاء وترجمه محمد العاشق الحنفى الرومى وسمّاه خلاصة الاخبار] ١٤٢٩٥ وفاء العهود في وجوب هدم كنيسة اليهود ونفيس النفائس في تحرير مسائل الكنائس وكشف ما للمشركين في ذلك من الدسائس لاحمد بن محمد [ابن محمد] الشافعى نزيل دمشق الّفه سنة ٨٧٩ ١٤٢٩٦ الوفاء في فضائل المصطفى لابي الفرج [عبد الرحمن] بن على ابن الجوزى البغدادى المتوفى سنة ٥٩٧ اوله الحمد

puteis, septimum de vallibus, octavum de visitatione sepulchri prophetae agit. Narrat etiam, se hunc librum ex suo *Ictifá el-wefá bi akhbár dár El-Mustafá* excerpsisse. Deinde meliora ejus selecta edidit in epitome *Khiláset El-Wefá* inscripta, quae ita incipit: Laus Deo, qui Medinam nobilitavit etc. In *Khiláset El-Wefá* narrat, se primum librum magnum composuisse *El-Wefá* inscriptum, [in quo historias Medinae omnes, quas inspicere potuisset, et res, quas ipse vidisset neque ullus historiographorum urbis cognovisset, breviter descripsisset]. Deinde hunc librum, [antequam volumen ad finem perduxerat], in epitomen *Wefá El-Wefá* inscriptam coegit. Archetypum autem incendio delebatur, ut epitome tantum conservaretur, quod eam in itinere Mekkano secum habebat. Postea hanc epitomen [historia incendii addita] denuo excerpsit, [et huic novae epitomae titulum *Khiláset El-Wefá* dedit. Eam *Mohammed El-Ashic Rumi* Hanefita (turcice) vertit et versionem titulo *Khiláset el-akhbár* insignivit]. — 14295. Wefá el-ohúd, pactorum conservatio de necessitate synagogam Judaeorum diruendi et votorum expetitorum pretiosum de quaestionibus ecclesiarum (Christianorum) recognoscendis et dolis occultis manifestandis, quos Christiani et Judaei Deo socios attribuentes hac in re composuerant. Scripsit *Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Mohammed*] Shafiita Damasci inquilinus, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474). — 14296. El-Wefá fi fedháil El-Mustafá, institutio completa de virtutibus prophetae electi praestantibus, auctore *Abu'lfaraj* [*Abd-el-rahman*] *Ben Alí Ibn-eljauzí Baghdádí*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. Liber ita

لله الذى قدّم نبيّنا على كلّ نبىّ ارسله الخ ذكر فيه انّه رأى خلقًا من امّته لا يحيطون علمًا بحقيقة فضيلته فجمع كتابًا اشار فيه الى مرتبته وشرح حاله من بدايته الى نهايته فاذا انتهى الامر الى مدفنه ذكر فضل الصلوة عليه صلعم وقد زادت ابوابه على خمسمائة باب

١٤٢٩٧ علم الوفق

١٤٢٩٨ وفيات الاعيان فى انباء ابناء الزمان فى مجلّدين للقاضى شمس الدين ابى العباس احمد بن محمد المعروف بابن خلكان البرمكى الاربلى الشافعى المتوفى فى رجب سنة ٦٨١ ابتدأ بقوله بعد حمد الله الذى تفرّد بالبقآء وحكم على عباده بالموت والفنآء الخ ثم ذكر انه كان مولعًا بالاطلاع على اخبار المتقدّمين وتواريخهم فعمد الى مطالعة كتب الفنّ واخذ من افواه الائمّة ما لم يجده فى كتاب فحصل عنده مسوّدات عديدة فاضطر الى ترتيبه على حروف المعجم والتزم فيه تقديم من كان اول اسمه الهمزة فقدّم ابراهيم على احمد الخ ولم يذكر احدًا من

---

incipit: Laus Deo, qui nostrum prophetam omnibus prophetis, quos misit, praetulit etc., et auctor ibi dicit, se multos sectatorum prophetae vidisse, qui minime veram ejus praestantiae naturam scientia comprehendissent. Itaque librum collegit, in quo ejus dignitatem demonstravit, et quaecunque ejus conditionem ab initio usque ad finem spectabant, enarravit. Narratio cum ad ejus sepulchrum processisset, meritum cum precatione ad illud conjunctum exponit, et capita libri numerum quadringentorum explent. —

14297. **Ilm el-wafc.** Ars numeros in quadratis talismanicis usitatos consignandi.

14298. **Wefayát el-a'yán**, vitae defunctorum spectatorum de historiis filiorum temporis, auctore Cádhi *Shems-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Bermeki Irbili* Shafiita, vulgo *Ibn Khallikán* dicto et mense Rejeb anni 681 (inc. 11. Apr. 1282) mortuo. Duo volumina, quae a verbis incipiunt: Praemissa Dei laude, qui solus aeterna existentia fruitur et cultoribus suis mortem et interitum decrevit etc. Tum auctor narrat, se studio historiarum et librorum chronicorum veterum deditum fuisse. Itaque se ad lectionem librorum biographicorum accinxit, et ex ore Imamorum accepit, quae in libris non invenerat. Inde ipsi adversaria numerosa orta sunt, ut ea ad ordinem alphabeticum disponere cogeretur, in qua re legem sibi scripsit eos viros primo loco ponere, quorum nomen ab Hamza incipiebat, ea ratione, ut *Ibráhím Ahmedi* praeponeretur, et sic porro. Ex sociis prophetae nullum commemorat, et ex

الصحابة ولا من التابعين الّا جماعة يسيرة وكذلك الخلفآء يعنى الاربعة الراشدين اكتفآء بالمصنّفات الكثيرة ولم يقتصر فيه على طآئفة مخصوصة مثل العلمآء والملوك بل ذكر كلّ من له شهرة بين الناس ووقع السؤال عنه واتى من احواله بما وقف عليه مع الايجاز واثبت وفاته ومولده ان قدر عليه ورفع نسبه وقيّد من الالفاظ ما لا يؤمن تصحيفه وذكر من محاسن كلّ شخص ما يليق به من مكرمة او نادرة او شعر او رسالة ليتفكّه به متأمّله وقد شنع عليه بعض المؤرّخين من جهة اختصاره تراجم كبار العلمآء فى اسطر يسيرة وتطويله فى تراجم الشعرآء والادبآء فى اوراق او صحآئف وربّما يكون من طوّل ترجمته مطعونا باختلال العقيدة وهو يثنى عليه ويذكر اشعاره وقصآئده ولعل العذر فيه ما اشار اليه من اشتهار ذلك العالم كالشمس لا يخفى وعدم اشتهار ذلك الشاعر والله تعالى اعلم ثم ذكر ان ترتيبه كان فى شهور سنة ٦٥٤ بالقاهرة مع استغراق اوقاته فى فصل القضايا الشرعيّة ولمّا انتهى الى ترجمة يحيى بن

---

eorum asseclis exiguum tantum numerum. Simili ratione *Khalifa*s i. e. quatuor *primos legitimos non commemorat satis* habens, quod multi *libri de iis scripti exstabant*, neque in classe quadam virorum singulari acquievit, ut virorum doctorum et principum, sed omnes commemorat, qui nominis celebritatem inter homines consecuti erant, et de quibus quaestio oborta erat. Ex horum biographia ratione brevi enarrat, quae cognoverat, *eorum mortem et diem natalem*, si potuit, *certe definivit*, *genealogiam retrorsum* persecutus est, et orthographiam nominum, quae scriptioni vitiosae exposita erant, certe consignavit, lineamentaque elegantia cujusque personae tanta descripsit, quanta in ejus honorem describere conveniebat, ut sunt facta nobilia, aut rara orationis specimina, aut *carmina*, aut *epistolae*, *quibus lector* attentus delectaretur. — *Jam* historiographi nonnulli ejus famam diminuere studuerunt, quod biographias virorum eruditione magna distinctorum paucis lineis adumbrasset, biographias poetarum vero et auctorum politorum in totis foliis aut paginis descripsisset; et is saepe, quem longa biographia descripsit, propter confusionem fidei confessionis vituperandus erat, dum auctor eum laudat ejusque carmina et *Casidas* affert; at fortasse hujus rei excusatio quaerenda est in illius viri docti celebritate ab eo consignata, qui solis instar latere non potest, dum hic ille poeta celebritate carebat. Deus autem haec melius scit. — Deinde *Ibn Khallikân* commemorat, se librum mensibus anni 654 (inc. 30. Jan. 1256) Cahirae in ordinem redegisse, quamvis omne suum tempus in dirimendis litibus juridicis consumendum esset. — Cum ad biographiam *Yahyae Ben Khâlid* pervenisset, mense

خالد سافر الى الشأم فى خدمة الركاب العالى ابى الفتح بيبرس فى شوّال سنة ٦٥٩ فكثرت الموانع بتقليد الاحكام عن اتمامه فاقتصر على ما كان قد اثبته وختم واعتذر عن اكماله ثم حصل الانفصال والرجوع الى القاهرة سنة ٦٦٩ صادف بها كتبا آثر الوقوف عليها فطالعها واخذ منها ثم تصدّى لاتمامه حتى كمل على ما كان عليه الآن وقال فى آخره تمّ يوم الاثنين [العشرين] من جمادى الاخرى بالقاهرة سنة ٦٧٢ وهو يشتمل على ثمانمائة وست واربعين ترجمة ثم ذيّله تاج الدين عبد الباقى بن عبد الماجد المخزومى المكى المتوفى سنة ٧٤٣ بنحو ثلثين ترجمة مع تزييف كلام ابن خلّكان وتفضيل ابن الاثير عليه وذيّله حسن بن ايبك المتوفى سنة ايضا والشيخ زين الدين عبد الرحيم بن الحسين العراقى المتوفى سنة ٨٠٦ ذيل الذيل المتقدم فى نحو ثلثين ترجمة والشيخ بدر الدين الزركشى المتوفى سنة ٧٩٤ ذيّله ايضا سمّاه عقود الجمان وذكر كثيرا من رجال ابن خلكان واختصره شمس الدين محمد بن احمد التركمانى المتوفى سنة ٧٥٠

Shewwál anni 659 (inc. 6. Dec. 1260) in Syriam profectus est servitio Sultani regnantis *Abu'lfat'h Bibars* addictus, ut jurisdictionis administratio impedimenta libri absolvendi augeret. Substitit igitur in iis, quae jam scripto mandaverat, et finem libro imposuit se excusans, quod eum non absolvisset. Tum discessit et Cahiram anno 669 (inc. 20. Aug. 1270) rediit. Ibi libros invenit, quos cognoscere valde optabat. Itaque eos legit et inde excerpsit. Quo facto se ad librum complendum accinxit, donec ad eum finem perductus erat, quo nunc absolutus est. — Ad exitum haec habet: Absolutus est liber Cahirae feria secunda [die vicesimo] mensis Jomádzi II. anni 672 (inc. 18. Jul. 1273). — Continet autem octingentas quadraginta sex biographias. — Postea eum continuavit *Táj-ed-dín Abd-el-bácki Ben Abd-el-mejíd Makhzúmi Mekki*, anno 743 (inc. 6. Jun. 1342) mortuus, qui circiter triginta biographias addidit et inopiam orationis *Ibn Khallikáni* vituperat, *Ibn-elathíri* dictionem ei praeferens. — Porro librum continuarunt *Hasan Ben Ibek*, anno . . . mortuus, et Sheikh *Zein-ed-dín Abd-el-rehím Ben-elhosein Irácki*, anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) mortuus, qui appendicem priorem *Táj-ed-díni* circiter triginta biographiis auxit. — Praeterea Sheikh *Bedr-ed-dín Zerkeshi*, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuus, continuavit, et huic appendici titulum *Ocúd el-jomán* dedit. Commemorat autem multos eorum virorum, quos *Ibn Khallikán* jam recensuerat. — Hujus librum in epitomen coegerunt *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Turkemáni*, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, cujus

سمّاه الجنان والملك الافضل عباس بن الملك المجاهد علي صاحب اليمن المتوفى سنة ٧٧٨ وشهاب الدين احمد بن عبد الله الغزي الشافعي المتوفى سنة ٨٢٢ وترجمه مولانا اظهر الدين الاردبيلي بالفارسيّة وتوفي بمصر سنة ٩٣٠ ورأيت رسالة فارسيّة لكبير بن اويس بن محمد اللطيفي الشهير بقاضى زاده [المتوفى سنة ٩٣٠] ذكر فيها ان السلطان سليم خان القديم لمّا اشتغل بتتبّع التواريخ خصوصًا الوفيات لابن خلكان ترجمه له بالفارسيّة وحين وصل الى نصفه مات السلطان ولعل ذلك المذكور هو الشهير باظهر الدين الاردبيلي والله اعلم وممّن اختصره ايضا الشيخ نور الدين حسن بن عمر بن حبيب الحلبي المتوفى سنة ٧٧٩ وسمّاه معاني اهل البيان من وفيات ابن خلكان اتى فيه مائتين وسبعة وثلثين نفرًا مع اشعارهم وآثارهم واختصر الاصل [وحدى ابراهيم بن مصطفى بن محمد الفرضي المتوفى سنة ١١٢٦ وسمّاه التجريد بعون الرب المجيد اتمّه في سنة ١١٠٤] ١٤٢٩٩ وفيات الاعيان من مذهب ابى حنيفة النعمان للقاضى نجم الدين ابراهيم بن علي الطرسوسي المتوفى سنة ٧٥٨ ١٤٣٠٠ وفيات الشيخ تقى الدين ابن

---

epitome *El-Jinán* inscripta est — *El-Melik El-Afdhal Abbás Ben El-Melik El-Mojáhid Ali* Yemanae princeps, anno 778 (inc. 21. Mai. 1376) mortuus — et *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Ghazzí* Shafiita, anno 822 (inc. 28. Jan. 1419) mortuus. — Molla noster *Atzhar-ed-dín Erdebíli*, anno 930 (inc. 10. Nov. 1523) in urbe Misr mortuus, eum persice transtulit, et praeterea tractatum persicum vidi a *Kebír Ben Oweis Ben Mohammed El-Latífi*, vulgo *Cádhizádeh* dicto [et anno 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortuo], editum, in quo narrat, cum Sultanus *Selím Khán* major in perlustrandis historiis, praesertim in *Ibn Khallikáni Wefayát* occupatus esset, se ei hunc librum persice transtulisse, et cum ad dimidiam translationis partem pervenisset, Sultanum mortuum esse; et fortasse, salva meliore Dei scientia, hic interpres *Erdebíli* modo commemoratus, vulgo *Atzhar-ed-dín* dictus, fuit. — Pariter Sheikh *Núr-ed-dín Hasan Ben Omar Ben Habíb Halebi*, anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) mortuus, in epitomen coegit *Meáni ahl el-beyán min Wefayát Ibn Khallikán* inscriptam, in qua ducentas triginta septem personas simul cum earum carminibus et egregiis ingenii speciminibus descripsit, idemque fecit [*Ibráhím Ben Mustafá Ben Mohammed* juris hereditarii peritus, vulgo *Wahdi* dictus et anno 1126 (inc. 6. Jan. 1714) mortuus, cujus epitome *El-Tejríd bi aun el-rabb el-mejíd* inscripta est. Absolvit eam anno 1104 (inc. 2. Sept. 1692)]. — 14299. Wefayát el-a'yán, vitae defunctorum procerum ex asseclis *Abu Hanífae El-No'mán*, auctore Cádhi *Nejm-ed-dín Ibráhím Ben Ali Tarsúsi*, anno 758 (inc. 25. Dec. 1356) mortuo. — 14300.

رافع ذيّل بها على تاريخ البرزالى من سنة سبع وثلثين وسبعمائة الى سنة اربع وسبعين وسبعمائة وذيّله شهاب الدين [احمد] بن حجى [ابن موسى الحسبانى الدمشقى المتوفى سنة ٨١٦] ١٤٣٠١ وفيات الشيوخ لابى المعمر مبارك بن احمد الانصارى وجمع ابو اسحق ابرهيم بن سعيد بن عبد الله المعروف بالحبّال المتوفى سنة كتاب الوفيات كما ذكره كـ فى ترجمة ابى يعقوب اللغوى ١٤٣٠٢ وفيات النقلة ابتدأ ابو سليمان محمد بن عبد الله الحافظ بجمعه من الهجرة ووصل الى سنة ٣٣٨ ثم ذيّله ابو محمد [بن] عبد العزيز بن احمد الكتانى الحافظ المتوفى سنة ثم ذيّل على الكتانى ابو محمد هبة الله بن احمد الاكفانى الحافظ المتوفى سنة ذيلًا صغيرًا نحو عشرين سنة منه الى سنة خمس وثمانين واربعمائة ثم ذيّل على الاكفانى الحافظ ابو الحسن على بن مفضّل المقدسى الى سنة احدى وثمانين وخمسمائة ثم ذيّل على ابن المفضل زين الدين ابو محمد عبد العظيم بن عبد القوى المنذرى المتوفى سنة ٦٥٦ منه الى سنة [بذيل كبير فى ثلث مجلدات رأيته بخطّه] سمّاه التكملة لوفيات

---

**Wefayát El-Sheikh Tacki-ed-dín**, vitae defunctorum. In hoc libro Sheikh *Tacki-ed-dín Ibn Ráfi'* historiam *Berzáli*i ab anno 737 (inc. 10. Aug. 1336) usque ad annum 774 (inc. 3. Jul. 1372) continuavit. — Necrologum *Tacki-ed-dín*i *Shehâb-ed-dín* [*Ahmed*] *Ben Haji* [*Ben Musa El-Hasuáni Dimeshki*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, continuavit]. — 14301. **Wefayát El-Shoyúkh**, vitae Sheikhorum defunctorum, auctore *Abu'lma'mar Mobárek Ben Ahmed Ansári*. — Praeterea *Abu Is'hac Ibráhím Ben Saïd Ben Abdallah*, vulgo *El-Habbál* dictus et anno . . . mortuus, librum *Wefayát* collegit, ut *Ibn Khallikán* in biographia Lexicologi *Abu Yacúb* commemorat. — 14302. **Wefayát el-nacalet**, necrologus narratorum. Eos colligere incepit *Abu Soleimán Mohammed Ben Abdallah* El-Háfitz ab Hegira inde, et usque ad annum 338 (inc. 1. Jul. 949) pervenit. Postea hujus librum *Abu Mohammed* [*Ben*] *Abd-el-aziz Ben Ahmed Kettáni* El-Háfitz, anno . . . mortuus, continuavit. — *Kettáni*i librum *Abu Mohammed Hibatallah Ben Ahmed El-Akfáni* El-Háfitz, anno . . . mortuus, continuavit, cujus appendix parva circiter viginti annos a praecedentis fine usque ad annum 485 (inc. 12. Febr. 1092) comprehendit. — *Akfáni*i appendicem El-Háfitz *Abu'lhasan Ali Ben Mofadhdhal El-Mocaddesi* usque ad annum 581 (inc. 4. Apr. 1185), et hujus seriem *Zein-ed-dín Abu Mohammed Abd-el-atzím Ben Abd-el-cawi Mondsiri*, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus, ab ejus fine usque ad annum . . . continuavit. [Hujus magna appendix tria volumina complectitur, quae ab auctore ipso scripta vidi]. Iis titulum *El-Tekmilet li Wefayát*

وذكر انّ الكتب المذكورة قد اهمل في كلّ منها جماعة ووعد فيه بجمع ما تضمن اهمالهم ثم ذيّل على المنذرى تلميذه عزّ الدين ابو العباس احمد بن محمد بن عبد الرحمن الشريف الحسيني الحلبي ثم المصرى الى سنة اربع وسبعين وستمائة ولعله ذيّلها الى حين وفاته سنة خمس وتسعين وستمائة كما في المنهل والكلّ مرتّب على حسب وفياتهم في السنين والشهور لا على ترتيب حروف هجآء اسمآئهم وذيّل على الشريف شهاب الدين ابو الحسن احمد بن ايبك الدمياطى الحافظ المحدث الى الطاعون سنة ٧٤٩ وذيّل على ابن ايبك الحافظ زين الدين عبد الرحيم العراقى المتوفى سنة ٨٠٦ الى زمانه والذيول المتأخرة ابسط من الاصل والكلّ مرتّب على السنوات

١٤٣٠٣ وفية في مختصر الالفية مرّ

١٤٣٠٤ وقار الروضة مذكور في القهستانى

١٤٣٠٥ علم وقائع الامم

١٤٣٠٦ وقائع حسين ميرزا فارسى نظمها المسعودى القمى في تسعة الاف بيت

١٤٣٠٧ وقائع

---

*el-nacalet* dedit, et in libris antea laudatis multos omissos esse dicit promittitque in suo libro ea colligere, quae omissa illorum contineant. — Postea *Mondzirii* librum discipulus *Izz-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-rahman El-Sherif El-Hoseini*, primum urbis Haleb, deinde urbis Misr inquilinus, usque ad annum 674 (inc. 27. Jun. 1275) et fortasse usque ad tempus mortis suae anno 695 (inc. 10. Nov. 1295) continuavit, ut in *El-Menhel* narratur; totus autem liber ad tempus, quo narratores mortui sunt, secundum annos et menses, non ad ordinem nominum eorum alphabeticum dispositus est. — *Sherifi* librum *Shehâb-ed-dín Abu'lhasan Ahmed Ben Ibek Dimyáti* El-Háfitz et Traditionarius usque ad pestilentiam anni 749 (inc. 1. Apr. 1348) continuavit, et *Ibn Ibeki* librum El-Háfitz *Zein-ed-dín Abd-el-rehím El-Irácki*, anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) mortuus, usque ad suum tempus. — Appendices seriores archetypo ampliores sunt, omnes autem secundum annos dispositae. — 14303. **El-Wefiyet**, institutio perfecta. Epitome libri *Alfiyet*, de quo supra dictum est. — 14304. **Wacár el-raudhat**, soliditas horti. Commemoratur a *Cohostáni*. —

14305. **Ilm wecái' el-omem.** Doctrina rerum gestarum populorum.

14306. **Wecái' Hosein**, res gestae *Hoseini Mirza*, persice. Carmen novem mille versuum a *Mes'údi Commi* conditum. — 14307. **Wecái' el-zemán**, eventa

الزمن فارسي منظوم لرياضي شاعر المتوفى سنة نظمه لحسين ميرزا . ١٤٣٠٨ وقاية الرواية في مسائل الهداية للامام برهان الشريعة محمود بن صدر الشريعة الاول عبيد الله المحبوبي الحنفي المتوفى سنة صنّفه لابن بنت صدر الشريعة الثاني الآتي ذكره اوله حمدًا لمن جعل العلم اجلّ المواهب الهنيّة الخ وهو متن مشهور اعتنى بشأنه العلمآء بالقراءة والتدريس والحفظ فشرحه الشيخ جنيد بن الشيخ سندل الحنفي العلامة زين الدين المتوفى سنة اوله الحمد لله الذي جعل الشرع سننا رضيًا ونورًا مضيئًا الخ وهو شرح مفيد وسمّاه توفيق العناية في شرح الوقاية لحصوله بتوفيق الله والمولى علآء الدين على بن عمر الاسود المتوفى سنة ٨٠٠ سمّاه العناية في شرح الوقاية ذكر في الشقآئق انه صنّفه وقت تدريسه بمدرسة ازنيق وله كتاب حافل كافل لحلّ مشكلات الوقاية قال المولى لطفي بكزاده في هوامش الشقآئق اكثر ما فيه مأخوذ من شروح الهداية وليس له فيه تصرفات كثيرة لكنّه كتاب مفيد حاوٍ على

temporis. Carmen persicum, quod *Riyádhi* Poeta, anno . . . mortuus, *Hoseino Mírza* composuit. — 14308. Wicáyet el-riwáyet, tutela relationis de quaestionibus libri *Hidáyet*. Composuit Imám *Borhán-elsheriat Mahmúd Ben Sadr-elsheriat El-Awwel* (i. e. prioris) *Obeidallah El-Mahbúbi* Hanefita, anno . . . mortuus, nepoti ex filia *Sadr-elsheriat El-Thání* (i. e. posteriori), de quo infra dicetur. Liber ita incipit: Laudem ei, qui scientiam pretiosissimum donorum saluberrimorum fecit etc. Textus est celeberrimus, in quo viri docti legendo, scholis habendis et memoriae mandando curam posuerunt. Eum commentario instruxerunt Sheikh doctissimus *Zein-ed-dín Joneid Ben* El-Sheikh *Sendel* Hanefita, anno . . . mortuus, cujus commentarius adnotationibus utilibus plenus ita incipit: Laus Deo, qui legem religionem gratam et lucem illustrantem esse voluit etc., et *Taufíc el-ináyet fi sharh El-Wicáyet* inscriptus est, quod auctor auxilio Dei propitio eum feliciter perfecit — Molla *Alá-ed-dín Alí Ben Omar El-Aswad*, anno 800 (inc. 24. Sept. 1397) mortuus, cujus commentarius *El-Ináyet fi sharh El-Wicáyet* inscriptus est. In *El-Shecáïc* narratur, *Alá-ed-dín* commentarium tempore composuisse, quo in collegio Nicaeno lectiones habuerit. Idem librum copiosum solvendis difficultatibus libri *Wicáyet* inservientem scripsit. — Molla *Lutfibegzádeh* in glossis marginalibus ad *El-Shecáïc*: Plurimum, inquit, quod hic commentarius continet, ex commentariis in librum *Hidáyet* sumtum est, neque ibi multa ex proprio ingenio addita inveniuntur; attamen liber utilis est,

مسائل يعتدّ بها والله أعلم والمولى عبد اللطيف بن عبد العزيز المعروف بابن ملك المتوفى سنة ذكر فى اوله انّه شرحه حين قرأه ابنه جعفر لكن بقى فى المسوّدة فبيّضه ابنه محمد وقال كان ابى قد الف شرحًا للوقاية لكن لما ضاعت النسخة قبل الانتشار خفت ضياع التصنيف بالكلّيّة فكتبت من مسودتها مع بعض الالحاقات شرحًا اخر انتهى ولهذا ترى فى زماننا شرحين للوقاية منسوبين الى ابن ملك اول شرح ابنه محمد الحمد لله الذى جعل العلم اربح المتاجر والمكاسب الخ قال كان شيخى ووالدى شارح المجمع يقول اردت ان اشرح الوقاية فشرع فيه واتمّه فى اخر الآوان فلما قضى عليه ومات سرق الكتاب منه وفات فما ظفرت بالوصول اليه فتأسّفت فالتمسوا منى ان استخرجه من مسوداته الموجودة فكتبت والحقت فوائد كثيرة انتهى حاصل كلامه والمولى يوسف بن حسين الكرماستى المتوفى فى حدود سنة ٩٠٠ سمّاه الحماية فى شرح الوقاية والسيد حسين بن السيد بن على القومناتى مولدا المتوفى سنة ابتدأ فى جمادى الاولى سنة ٨٢٧ وختم فى صفر سنة ٨٣٢ وسمّاه العناية

qui quaestiones continet, quarum, salva Dei meliore scientia, ratio est habenda — — Molla *Abd-el-latif Ben Abd-el-aziz*, vulgo *Ibn Malik* dictus et anno . . . mortuus, qui ab initio commemorat, se hunc commentarium composuisse, cum filius *Ja'far* textum legeret. Attamen primis lineis consignatus restabat; itaque *Mohammed* filius eum nitide exscripsit, et: Pater meus, ait, commentarium in *El-Wicáyet* componebat; attamen cum exemplum perderetur, *antequam divulgatum esset*, *interitum* libri prorsus celavi et ex ejus adversariis cum nonnullis additamentis commentarium alium conscripsi. — Haec ille. — Ea de caussa nostro tempore duos commentarios in *El-Wicáyet* vides *Ibn Maliko* tributos. Commentarius filii ejus *Mohammed* ita incipit: Laus Deo, qui scientiam quaestuosissimum mercimoniorum et lucrorum esse voluit etc. — Sheikhus meus et pater, inquit, libri *Mejma'* interpres, dixit: In *El-Wicáyet* commentarium componere volui. Eum incepit, et ultimo vitae tempore absolvit. Cum autem mortem illatam obiret, liber furto ei ablatus et perditus est, ut potiri eo minime possem. Inde valde indolui. Postularunt autem a me, ut eum ex adversariis existentibus describerem. Itaque scripsi et multas adnotationes utiles adjeci. — Haec eorum est summa, quae ille dixit — Molla *Yusuf Ben Hosein Kermáseti*, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494, mortuus, cujus commentarius *El-Himáyet fi sharh El-Wicáyet* inscriptus est — *El-Seyyid Hosein Ben-elseyyid Ben Ali*, in urbe Comenát natus et anno . . . mortuus. Incepit mense Jomádzi I. anni 827 (inc. 5. Dec. 1423), et mense Safer anni 832 (inc. 11. Oct. 1428) absolvit. Ejus commentarius titulo *Ináyet*

اوله اللهم بحمدك افتتحت وبفضلك اختتمت الخ قال ما اوردت فيه كلمة من الهداية والكفاية وغاية البيان والزيلعي والكافي وصدر الشريعة واشرت الى كلّ منها بارقام من حروف اساميها وعلاء الدين على الطرابلسي المتوفى سنة سمّاه الاستغناء وشرح المولى قاسم بن سليمان النكيدي المتوفى سنة ٩٧٠ وسمّاه التطبيق التزم فيه الجواب لابن كمال پاشا ومن شروحه التطبيق المذكور في الدرر والغرر واشهر شروحه شرح الامام صدر الشريعة الثاني عبيد الله بن مسعود المحبوبي الحنفي المتوفى سنة ٧٤٥ اتمّه في آخر صفر سنة ٧٤٣ وقد غلب نعته على شرحه حتى صار اسمًا لشرحه وله مختصر الوقاية المسمّى بالنقاية كما مرّ مع شروحه وهذا الشرح لا يحتاج من شهرته الى التعريف لكن نذكر ما وصل الينا من حواشيه فاجمعها حاشية المولى يوسف بن جنيد المعروف باخى چلبى المتوفى سنة سمّاه بذخيرة العقبى بدأ في سنة ٨٩١ واتمّها بعد عشر سنين والمولى محمد القره باغي المتوفى سنة ٩٤٢ والمولى يعقوب پاشا ابن المولى خضر بيك المتوفى سنة ٨٩١ اورد فيها دقائق واسولة مع الايجاز

insignitus est et ita incipit: O Deus, a Tua laude incipio et benevolentiae Tuae curam habeo etc. Quae hic attuli, ait, omnia sumta sunt ex *Hidáyet*, *Kifáyet*, *Gháyet el-beyán*, *Zeilai*, *Káfi*, *Sadr-elsheriat*, eaque singula siglis e literis nominum petitis notavi — *Alá-ed-dín Ali Tarábolosi*, anno ... mortuus, cujus commentarius *El-Istighná* inscriptus est — Molla *Cásim Ben Soleimán Nikdi*, anno 970 (inc. 31. Aug. 1563) mortuus, cujus commentarius titulum *El-Tetbic* prae se fert. Ibi legem sibi scripsit *Ibn Kemálpashae* respondere. — Ad commentarios etiam ille pertinet, qui *Tetbic* inscriptus est et in *El-Dorer we El-Ghorer* commemoratur. — Commentariorum celeberrimus autem Imámum *Sadr-elsheriat El-Tháni Obeidallah Ben Mesúd Mahbúbi* Hanefitam, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuum, auctorem habet. Absolvit eum extremo mense Safer anni 743 (inc. 6. Jun. 1342); epitheton ejus *Sadr-elsheriat* vero ita in commentarium dominabatur, ut ejus titulus evaderet. — Idem epitomen ex *Wicáyet* edidit *El-Nicáyet* inscriptam, ut supra commentariis additis commemoratum est. — Commentarius ille propter celebritatem ampliore descriptione non eget, attamen glossas in eum scriptas commemorabimus, quarum cognitio ad nos pervenit. Earum copiosissimas *Dzakhíret el-ocba* inscriptas Molla *Yusuf Ben Joneid*, vulgo *Akhi Jelebi* dictus et anno ... mortuus, edidit. Incepit anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) et absolvit post decem annos. — Porro glossas scripserunt Molla *Mohammed Carahbághi*, anno 942 (inc. 2. Jul. 1535) mortuus — Molla *Ya'cúb Pasha Ibn El-Molla Khidhr Beg*, anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) mortuus, qui in glossis suis

فى التحرير واكثر ما ذكره مأخوذ من شروح الهداية والتلويح كما لا يخفى على من له ممارسة والمولى عصام الدين ابراهيم بن محمد الاسفرائنى المتوفى سنة ٩٤٤ الى كتاب البيع وهى مقبولة عند العلمآء اوله نحمدك يا من توجد من هدايتك وقاية الخ الّفه بالتماس عبيد الله خان وفرغ عن اتمام الثلث الاول لآخر سنة ٩٣٤ [والمولى تاج الدين ابراهيم بن عبد الله الحميدى المتوفى سنة ٩٧٣] الى آخر كتاب الحجّ زيّف فيه اقوال العلامة ابن كمال وقصّته مع الوزير رستم باشا مسطورة فى ذيل الشقآئق والمولى صالح بن جلال المتوفى سنة ٩٧٣ حاكم فيها بين الملّا والمولى محيى الدين محمد بن ابراهيم بن حسن النيكسارى المتوفى سنة ٩٠١ اجاد فيه اوله الحمد لله الذى جعلنا على فطرة الاسلام فى البداية الخ كتب على انّها شرحًا لمسآئل الوقاية التى لم يتعرض الشارح لشرحها وحاشية شرح المسآئل التى يتعرّض لحلّها الخ وكتب للسلطان محمد بن مراد خان والمولى محمد بن پير على المعروف ببركلى المتوفى سنة ٩٨١ حاكم فيها بين العلّامة ابن كمال باشا وبهآء الدين زاده المولى محيى الدين

adnotationes subtiles et quaestiones dictione succincta conceptas affert. Plurima autem, quae commemorat, ut neminem latet, qui librum tractavit, e commentariis in ***El-Hidâyet*** et ***El-Telwîh*** sumta sunt — Molla ***Isâm-ed-dîn Ibrâhîm Ben Mohammed Isferâini***, anno 944 (inc. 10. Jun. 1537) mortuus, cujus glossae a viris doctis cum applausu exceptae, quae ita incipiunt: Laudamus Te, o Tu, ex cujus ductu ad veram religionem tutela percipitur etc., ad caput de emtione venditioneque pertinent. Scripsit eas petente ***Obeidallah Khân***, et ad finem primi trientis exeunte anno 934 (inc. 27. Sept. 1527) pervenit — [Molla ***Tâj-ed-dîn Ibrâhîm Ben Abdallah Homeidi***, anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuus], qui ad finem capitis de peregrinatione sacra progressus est. Vituperat ibi verba viri doctissimi ***Ibn Kemâl***, et dissidium ejus cum Weziro ***Rustem Pasha*** in appendice ad ***El-Shecâic*** descriptum est — Molla ***Sâlih Ben Jelâl***, anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuus, qui in suis glossis inter Mollam et Mollam ***Mohyi-ed-dîn Mohammed Ben Ibrâhîm Ben Hasan Nîkusâri***, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuum, dijudicat. Sunt egregie scriptae et incipiunt ita: Laus Deo, qui nobis primum indolem tribuit comparatam ad religionem Islamicam amplectendam etc. Auctor ita scripsit, ut commentarius essent in quaestiones libri ***Wicâyet***, quas commentator in commentario non attigerat, et glossae ad commentarium in quaestiones, quas ***Sadr-elsheriat*** interpres explicare susceperat etc. Scripsit eas in favorem Sultani ***Mohammed Ben Murâd Khân*** — Molla ***Mohammed Ben Pîr Ali***, vulgo ***Birgili*** dictus et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuus, qui inter virum doctissimum ***Ibn Kemâlpasha*** et Mollam ***Mohyi-ed-dîn Mohammed***, vulgo

محمد المتوفى سنة ٩٥٣ لانه ردّ كلامه فى حاشية على صدر الشريعة والمولى حسن چلبى ابن محمد شاه الفنارى كتب على اوآئله الى باب المسح وتوفى سنة ٨٨٦ وله رسالة صغيرة فى الوقاية والمولى محمد شاه بن يوسف الفنارى المتوفى سنة ايضا على اوآئله ومحمد بن على بن يوسف الفنارى على اوآئله اوله الحمد لله ولى التوفيق الخ والمولى محيى الدين محمد بن خطيب قاسم المتوفى سنة ايضا والمولى بدر الدين احمد بن محمود المعروف بقاضى زاده المتوفى سنة ٩٨٨ وسنان الدين يوسف الشاعر المتوفى سنة التزم فيها الردّ لمولانا اخى وهى حاشية مقبولة والمولى محمد بن مصلح الدين القوجوى المعروف بشيخ زاده المتوفى سنة ٩٥١ وهو شرح كبير ممزوج اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ذكر فى آخره انّه كتب قبل تقرير كلّ درس ما يتعلّق به حتى فرغ فى صفر سنة ٩٣٩ والمولى سيف الدين احمد بن محمد حفيد التفتازانى المتوفى سنة ٩١٦ والمولى حسام زاده المتوفى سنة سمّاها الترشيح تماماً وحافظ الدين

*Behá-ed-dinzádeh* dictum et anno 953 (inc. 4. Mart. 1546) mortuum, dijudicat; refutat enim, quae hic in glossis suis contra *Sadr-elsherîat* proposuerat — Molla *Hasan Jelebi Ibn Mohammed Sháh Fenárí*, anno 886 (inc. 2. Mart. 1481) mortuus, qui glossas ad commentarii initium usque ad caput de abstergendo composuit. Idem tractatum parvum de *El-Wicáyet* edidit — Molla *Mohammed Sháh Ben Yusuf Fenári*, anno . . . mortuus, qui pariter ad commentarii initium glossas scripsit — *Mohammed Ben Ali Ben Yusuf Fenári*, cujus glossae initium tractantes ita incipiunt: Laus Deo, auxilii propitii datori etc. — pariter Molla *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Khatíb Cásim*, anno . . . mortuus — Molla *Bedr-ed-dín Ahmed Ben Mahmúd*, vulgo *Cádhizádeh* dictus et anno 988 (inc. 17. Febr. 1580) mortuus — *Sinán-ed-dín Yusuf* Poeta, anno . . . mortuus, qui sibi refutationem Mollae nostri *Akhi* legem fecerat. Glossae hae approbatione fruuntur — Molla *Mohammed Ben Moslih-ed-dín Cujewi*, vulgo *Sheikhzádeh* dictus et anno 951 (inc. 25. Mart. 1544) mortuus, cujus commentarius magnus est, textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. Ad finem auctor commemorat, antequam singulas lectiones literis certis consignaverit, se ea perscripsisse, quae illas spectarent, donec mense Safer anni 939 (inc. 3. Aug. 1532) absolveret — Molla *Seif-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Teftázání* nepos, anno 916 (inc. 10. Apr. 1510) mortuus — Molla *Hosámzádeh*, anno . . . mortuus, cujus glossae *El-Tershíh* inscriptae ad finem commentarii pertinent — *Háfitz-ed-dín*

محمد بن احمد العجمى المتوفى سنة تمامًا وحاشية سليمان بن على القرامانى المتوفى سنة ٩٢٤ اوله الحمد لله غامر الرغام الخ ذكر فيه اسم السلطان بايزيد خان والسيد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ ومحمد بن ابراهيم الحلبى المعروف بابن الحنبلى المتوفى سنة ٩٧١ وعلّق المولى علمشاه بن عبد الرحمن المتوفى سنة ٩٨٧ والمولى زكرياء بن بيرام المفتى المتوفى سنة ١٠٠١ والمولى طورسون ابن مراد المتوفى سنة ٩٦٦ والمولى خسرو من احفاد كرماستى المتوفى سنة ٩٦٧ وكتب شمس الدين احمد بن حمزة المعروف بعرب چلبى المتوفى سنة ٩٥٠ حاشية لطيفة بالتركى ونظم احمد بن احمد القرامانى المعروف بپيرى رئيس المتوفى سنة ٩٧٣ المتن بالتركى ومن حواشى صدر الشريعة المفاتيح ومن الحواشى على صدر الشريعة حاشية المولى سنان الدين يوسف المشتهر بقره سنان ومن الحواشى حاشية الحسين علّقها على صدر الشريعة اجاب عن اعتراضات ابن كمال اولها الحمد لله نوّر قلوب العلماء بنور هدايته الخ ومن الحواشى على صدر الشريعة حاشية الشيخ يحيى بن بخشى المتوفى سنة فى اوائل

*Mohammed Ben Ahmed El-Ajemi*, anno . . . mortuus, cujus glossae pariter finem attingunt — *Soleimán Ben Ali Carámáni*, anno 924 (inc. 13. Jan. 1518) mortuus, cujus glossae ita incipiunt: Laus Deo, qui invitos submittit etc. Praedicat ibi nomen Sultani *Báyezíd Khán* — Seyyid Sherif *Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus — *Mohammed Ben Ibráhím Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbali* dictus et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus. — Scholia ad commentarium leviora ediderunt Molla *Alemsháh Ben Abd-el-rahman*, anno 987 (inc. 28. Febr. 1579) mortuus — Molla *Zakaríyá Ben Bírám* El-Mufti, anno 1001 (inc. 28. Sept. 1592) mortuus — Molla *Túrsún Ibn Murád*, anno 966 (inc. 14. Oct. 1558) mortuus — Molla *Khosrew* unus ex *Kermáseti* nepotibus, anno 967 (inc. 3. Oct. 1559) mortuus. — *Shems-ed-dín Ahmed Ben Hamza*, vulgo *Arab Jelebi* dictus et anno 950 (inc. 6. Apr. 1543) mortuus, glossas elegantes turcice scripsit, et *Ahmed Ben Ahmed Carámáni*, vulgo *Píri Reyís* dictus et anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuus, textum versibus turcicis circumscripsit. — In glossis ad *Sadr-elsheriat* fasciculus *El-Mefátíh* inscriptus numeratur; et praeterea glossas ad *Sadr-elsheriat* ediderunt Molla *Sinán-ed-dín Yusuf*, qui nomine *Carah Sinán* inclaruit — *El-Hosein*, qui glossas ad *Sadr-elsheriat* leviter conscripsit. Ad ea ibi respondet, quae *Ibn Kemál* contra disputaverat. Glossae ita incipiunt: Laus Deo, qui corda virorum doctorum lumine rectae suae religionis illustrat etc. — Praeterea Sheikh *Yahya Ben Yakhshi*, anno . . . mortuus, initio

المائة العاشرة وعلى صدر الشريعة حاشية للمولى احمد بن موسى الخيالي ذكره المجدى وللفاضل بالي باشا ابن محمد الشهير بمولانا يكان تعليقة على صدر الشريعة ومن الحواشي على صدر الشريعة حاشية يوسف بن جنيد التوقاتي الشهير باخي چلبي المتوفى سنة ٩٠٥ وهي مقبولة متداولة ابتدأ بتأليفها سنة ٨٩١ واتمّها سنة ٩٠٢ وهو مدرّس بالصحن [وقد مرّ] ومن حواشي صدر الشريعة حاشية اولها الحمد لله رافع القبّة الخضراء الخ ومن الحواشي على صدر الشريعة التشريح من اوله الى اخر كتاب الوقف اوله صدرا شرحته بحمد انوار آيات سبحانه من اوراق الاطباق الخ وعلى صدر الشريعة حاشية لشرف الدين يحيى بن قره جا الرهاوي الحنفي ذكره تقي الدين ومن شروح الوقاية الرعاية وكتب قره كمال شرحًا كبيرًا على شرح الوقاية لصدر الشريعة ممزوجًا كتب المتن بالاحمر وعلى عبارته صدر الشريعة بالخطّ اوله الحمد لله الذي فقهنا في الدين الخ ورأيت كتابًا كذلك الى آخر الصلوة الّفه وسمّاه الكشف

seculi decimi glossas ad *Sadr-elsheriat* composuit, itemque Molla *Ahmed Ben Musa El-Khayáli*, cujus glossas *El-Mejdi* commemorat. — Bene meritus *Báli Pasha Ibn Mohammed*, vulgo *Mewlana Yekán* dictus, scholia leviora ad *Sadr-elsheriat* edidit, et pariter *Yusuf Ben Joneid Tocáti*, vulgo *Akhi Jelebi* dictus et anno 905 (inc. 8. Aug. 1499) mortuus, glossas, quae cum applausu exceptae sunt, et multum in manibus hominum versantur. Eas anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) componere incepit et anno 902 (inc. 9. Sept. 1496) absolvit. Hic professor ad collegium aulae prope templum *Mohammediya* fuit, [ut jam supra dictum est]. — Aliae glossae ad *Sadr-elsheriat* ita incipiunt: Laus Deo, qui convexa coeli caerulea erexit etc.; aliae ad *Sadr-elsheriat El-Teshrih* inscriptae sunt, ab initio ad finem capitis de legatis pertinent, et ita incipiunt: *Sadri-elsheriat* explicationem incipio a laude luminum versuum coranicorum ejus majestatis ex foliis contignationum etc. — Aliae, quas *Tacki-ed-din* commemorat, *Sheref-ed-dinum Yahya Ben Carahjá El-Rohâwi* Hanefitam auctorem habent. — Alius commentarius in *El-Wicáyet* titulum *El-Riáyet* prae se fert, et *Carah Kemál* magnum commentarium ad commentarium a *Sadr-elsheriat* in *El-Wicáyet* editum composuit, qui textum admixtum habet. Textum liquore rubro scripsit, et super hujus verbis commentarium *Sadri-elsheriat* solita scriptura adjecit. Hic commentarius ita incipit: Laus Deo, qui nos in religione instituit etc. Vidi librum isto modo scriptum usque ad finem capitis de precatione canonica. Quem cum auctor composuisset, titulo *El-Káshif* insignivit et Sultano

واهداه الى السلطان سليمان خان بن بايزيد خان اوله الحمد لله المتوحّد بالعظمة والكبرياء الخ ذكر انّه كان مدرّسًا ببعض المدرسة وقال المرام ان ينظر فيه بعين العناية ويأمر بتكميله واحسن البنا بتبديل مدرسة بمدرسة اغراس انتهى ولصاحب معين الحكام شرح للوقاية المسمّى بالاستيفاء وهو الذى يقال له الكوساجيّة لانّ صاحبه حسام الدين الكوسج ومن شروحها شرح عبد الوهاب بن محمد النيسابورى الشهير بابن الخليفة وهو شرحان صغير وكبير وكان في سنة ٨٧٣ ومن تراجم الوقاية ترجمة الشيخ المعروف بكورد افندى وهو احسن التراجم ومن شروحها شرح عزّ الدين طاهر الشافعى شرحين صغير وكبير ونظمه يوسف بن دولت اوغلى البالكسرى القاضى نظمه بالتركيّة في سنة ٨٢٧ وذكر فيه اسم السلطان محمد بن مراد خان ومن شروحها شرح مصنّفك وهو الشيخ على بن محمد الشاهرودى في مجلّدين كبيرين وهو شرح كبير ممزوج الّفه ببسطام سنة ٨٣٤ ثم بيّضه بلارنده ذكر في آخر سنة ٨٥٠ وله حاشية على صدر الشريعة ايضا ذكر لطفى بيك زاده في هامش الشقائق أن ما هو

***Soleimân Khân Ben Bâyezîd Khân*** obtulit. Incipit ita: Laus Deo, magnificentia et majestate unico etc., et auctor commemorat, se professorem ad aliquod collegium esse, et petere se dicit, ut liber oculo benevolo inspiciatur; illum autem jussisse, ut liber ad finem perduceretur, et nobis eo benefecisse, ut loco muneris ad illud collegium munus ad collegium Aghrâs in nos conferret. — Haec ille. — Auctor libri ***Moîn el-hokkâm*** commentarium in ***El-Wicâyet*** edidit ***El-Istîfâ*** inscriptum, atque hic ille est, qui titulum ***El-Kusejiyet*** prae se fert, quoniam auctori nomen ***Hosâm-ed-dîn El-Kusej*** est. — Deinde ***Abd-el-wehhâb Ben Mohammed Nisâbûri***, vulgo ***Ibn-elkhalîfa*** dictus, duos commentarios edidit, minorem et majorem, et anno 873 (inc. 22. Jul. 1468) floruit. — Inter translationes illa probatissima est, quae Sheikhum, vulgo ***Curd Efendi*** dictum, auctorem habet. — In ***El-Wicâyet*** pariter Sheikh ***Izz-ed-dîn Tâhir*** Shafiita commentarium duplicem edidit, minorem et majorem, et ***Yusuf Ben Dewlet Ughli Bâlikesri*** El-Câdhi anno 827 (inc. 5. Dec. 1423) eum turcicis versibus circumscripsit, et ibi nomen Sultani ***Mohammed Ben Murâd Khân*** commemorat. — Praetera Sheikh ***Ali Ben Mohammed El-Shâhrudi***, vulgo ***Mosanniſek*** dictus, in ***El-Wicâyet*** commentarium magnum duobus voluminibus comprehensum in urbe Bistâm anno 834 (inc. 19. Sept. 1430) composuit, qui textum admixtum habet, eumque postea, ut ad finem anni 850 (inc. 29. Mart. 1446) commemorat, in urbe Larenda nitide exscripsit. — Idem glossas ad commentarium ***Sadr-elsherîat*** edidit, et ***Lutfibegzâdeh*** in notis marginalibus ad ***El-Shecâïc*** dicit, commentarium ejus qui innotuerit scriptum esse

المشهور منه شرح مختصر الوقاية لا شرح الوقاية ولم ار من تطلّع على شرحه للوقاية ومن الحواشى على الوقاية حاشية اولها الحمد لله على الوقاية عن الغواية الخ ذكر فيه تارة بان قال قال الفاضل المحشي وقال صدر الشريعة وقال المولى الفاضل واخرى اقول وللمولى مصلح الدين مصطفى القسطلانى المتوفى سنة ٩٠١ رسالة فى قوله سأل الى ما يطهر ١٤٣٠٩ وقع الاسل فى ضرب المثل للسيوطى ذكره فى فهرسه من النوادر ١٤٣١٠ الوقف فى كلّا وبلى لابى محمد مكى بن ابى طالب القيسى المقرئ المتوفى سنة ٤٣٧ وله شرح وقف التمام مختصر اوله الحمد لله وحده الخ

١٤٣١١ وقف محمد بن عبد الله الانصارى من اصحاب زفر سبق فى احكام الوقف

١٤٣١٢ علم الوقوف

من فروع القراءة

١٤٣١٣ وقوف النبى صلعم فى القرآن جمعها الشيخ ابو عبد الله محمد بن عيسى

---

in epitomen libri *El-Wicáyet*, minime vero in *El-Wicáyet* ipsam, neque quenquam vidi, qui commentarium ab illo in *El-Wicáyet* editum cognoverit. — Denique glossae ad *El-Wicáyet* commemorantur, quae ita incipiunt: Laus Deo pro tutela contra errorem etc. Modo auctor ibi utitur verbis „Dicit glossator bene meritus“ et „Dicit *Sadr-elsheriat*“ et „Dicit Molla bene meritus“, modo „Dico“; et Molla *Moslih-ed-dín Mustafa Castaláni*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuus, tractatum scripsit de verbis libri *El-Wicáyet Saala* (quaerit) usque ad verba *má yathor* (quamdiu menstrua non patitur). — 14309. **Wac'o' el-asel**, ictus cuspidis de usu aenigmatum, auctore *Soyúti*. Commemorat hunc tractatum in indice scriptorum rara orationis specimina continentium. — 14310. **El-Waef fi kallá we belá**, quaestio de pausa in legendo Corano ad voces *kallá* et *belá* facienda, auctore *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib El-Caisi* Corani legendi magistro, anno 437 (inc. 19. Jul. 1045) mortuo. Idem explicationem locorum omnium, ubi in Corano legendo pausa facienda sit, edidit, quae ita incipit: Laus Deo unico etc. — 14311. **Wacf Mohammed**, liber de legatis, auctore *Mohammed Ben Abdullah El-Ansári Zafari* discipulo. Vide de eo supra in *Ahkám el-wacf*. —

14312. **Ilm el-wocúf.** Doctrina pausarum.

Pertinet ad doctrinas secundarias artis Coranum legendi. —

14313. **Wocúf el-nebi**, pausae, quas propheta, cui Deus propitius sit, in Corano legendo observavit. Collegit eas Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Isa*

المغربي المتوفى سنة وهي سبعة عشر وقفا لا يجاوزها ١ في البقرة فاستبقوا الخيرات ٢ فيها من
خير يعلمه الله ٣ في آل عمران تأويله الا الله ٤ في المائدة فأصبح من النادمين ٥ فيها
فاستبقوا الخيرات ٦ فيها ما ليس لي بحق ٧ في يونس أن أنذر الناس ٨ فيها قل اي وربي
انه لحق ٩ في يوسف سبيلي ادعو الى الله ١٠ في الرعد يضرب الله الامثال ١١ في النحل والانعام
خلقها ١٢ في لقمان لا تشرك بالله ١٣ في المؤمن انهم اصحاب النار ١٤ في النازعات فحشر ١٥ في
القدر خير من الف شهر ١٦ فيها من كل امر ١٧ في الفتح واستغفره    ١٤٣١٤ وقفية اوقاف
الوزير علي باشا انشأها المولى سعدي بن تاجي بيك المتوفى سنة ٩٢٢ وهي من نوادر الدنيا
وكان ماهرا في الانشاء بالعربي    ١٤٣١٥ ولد نامه فارسي منظومة كالمثنوي لسلطان ولد
احمد بن محمد القونوي المتوفى سنة    ١٤٣١٦ ولوالجية في الفتاوى مر    ١٤٣١٧ وهاج في

***Maghribi***, anno . . . mortuus. Sunt autem septem et decem, quem numerum non transgressus est. Prima est in Surata *Bacarat* (II.) ad verba *fa istabicú el-kheiráti* (v. 143), secunda in eadem ad verba ***min kheirin yalamho Allaho*** (v. 193), tertia in Surata Al ***Imrán*** (III.) ad verba ***tawîlaho illá Allaho*** (v. 5.), quarta in Surata ***El-Máidet*** (V.) ad verba ***fa asbaha min el-nádimîna*** (v. 34), quinta in eadem ad verba ***fa istabicú el-kheiráti*** (v. 53), sexta in eadem ad verba ***má leisa li bi hacckin*** (v. 116), septima in Surata ***Yunos*** (X.) ad verba ***an andzir el-nása*** (v. 2), octava in eadem ad verba ***col í we rabbí innaho la haccon*** (v. 54), nona in Surata ***Yusuf*** (XII.) ad verba ***sebîli adʻú ila Allahi*** (v. 108), decima in Surata ***El-Raʻd*** (XIII.) ad verba ***yadhribo Allaho el-amthála*** (v. 18), undecima in Surata ***El-Nahl*** (XVI.) ad verba ***wa el-anʻáma khalacahá*** (v. 5), duodecima in Surata ***Locmán*** (XXXI.) ad verba ***lá toshrik billahi*** (v. 12), tertia decima in Surata ***El-Mumin*** (XL.) ad verba ***annahom as'hábo el-nári*** (v. 6), quarta decima in Surata ***El-Náziát*** (LXXIX.) ad verbum ***fa hashara*** (v. 23), quinta decima in Surata ***El-Cadr*** (XCVII.) ad verba ***kheiron min alfi shahrin*** (v. 3), sexta decima in eadem ad verba ***min kolli amrin*** (v. 4), septima decima in Surata ***El-Fat'h*** (CX.) ad verbum ***wa istaghfirho*** (v. 3). — **14314. El-Wacfíyet**, tractatus de rebus legatis. Sunt legata Weziri ***Ali Pasha***, quae Molla ***Sadi Ben Táji Beg***, anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus, eleganter et ornate digessit. Pertinent ad miracula mundi, et auctor in arabice eleganter et ornate scribendo ingeniosus erat. — **14315. Weled-námeh**, liber filii. Carmen persicum carmini ***Methnewi*** simile, auctore ***Sultán*** filio (***weled***) ***Ahmedis Ben Mohammed Cunewi***, anno . . . mortuo. — **14316. El-Welwálejíyet**, consulta juridica ***Welwálejîi***, de quibus supra dictum est. — **14317. El-Wehháj**, *multum ardens*.

اختصار المنهاج للنووى مر ١٤٣١٨ ويس ورامين كانت قصّتهما فى زمن الاشغانية فنظم فخر الدين اسعد الاسترابادى فخرى الجرجانى المتوفى سنة وهو فخر الدين الكركانى معاصر طغرل سلجوقى سفيربيک او وويس ورامين از منشئات او است كزيده ونظامى العروضى السمرقندى وهو نظام الدين احمد بن على المتوفى سنة وترجمه محمود بن عثمان المعروف بلامعى المتوفى سنة ٩٣٨

---

Epitome libri *Minháj* a *Newewi* editi, de quo supra dictum est. — 14318. Weis we Rámin, *Weis* et *Rámin*, quorum historia in tempus Ashghaniorum cadit. Carmina hujus tituli composuerunt *Fakhr-ed-dín As'ad Asterábádi Fakhri Jorjáni*, anno . . . mortuus, et hic est *Fakhr-ed-dín Gurgáni*, aequalis Seljuckidae *Togrul* ejusque princeps legationibus; et, ut in *Güzideh* legitur, *Weis* et *Rámin* ex ejus scriptis pedestribus est — et *Nitzámi Arúdhi Samarcandi*, cujus plenum nomen *Nitzám-ed-dín Ahmed Ben Ali*, anno . . . mortuus, est. — Hujus carmen *Mahmúd Ben Othmán*, vulgo *Lámii* dictus et anno 938 (inc. 15. Aug. 1531) mortuus, (turcice) vertit. —

## باب الهاء

١٤٣١٩ هادى الاخيار الى صحاح الاخبار ١٤٣٢٠ هادى الارواح الى بلاد الافراح فى مجلد لابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى البغدادى المتوفى سنة ٥٩٧ ١٤٣٢١ [هادى الاشرار الى دار القرار] ١٤٣٢٢ هادى الى مذهب العلماء لابى عاصم محمد بن احمد العبادى الهروى الشافعى المتوفى سنة ٤٥٨ ١٤٣٢٣ الهادى الى معرفة المقاطع والمبادى للشيخ ابى العلاء الحسن بن احمد بن الحسن بن العطار الهمدانى شيخ القرآء المتوفى سنة ٥٦٩ وهو فى وقوف القرآن ١٤٣٢٤ هادى الحكام المرضية الى دقائق الاحكام الشرعية من كتب الشافعية ١٤٣٢٥ هادى الراغبين الى منهاج الطالبين سبق فى منهاج النووى ١٤٣٢٦ هادى الشادى

# LIBRI QUORUM TITULI A LITERA HE INCIPIUNT.

14319. **Hádi el-akhyár**, dux optimorum ad historias veras. — 14320. **Hádi el-arwáh**, dux spirituum ad terras gaudiorum. Volumen, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi Baghdádi*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 14321. [**Hádi el-ashrár ila dár el-carár**, dux malorum ad „palatium permanentiae" i. e. Paradisum]. — 14322. **El-Hádi ila madzhab el-olamá**, dux ad disciplinam virorum doctorum, auctore *Abu Asim Mohammed Ben Ahmed El-Abbádi El-Herewi* Shafiita, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuo. — 14323. **El-Hádi ila ma'rifet el-mecáti' we el-mebádi**, dux ad cognitionem locorum, ubi in recitando Corano subsistendum et ubi recitatio denuo incipienda est, auctore Sheikh *Abu'lalá El-Hasan Ben Ahmed Ben-elhasan Ben-elattár Hemdáni* lectorum Corani Sheikho, anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) mortuo. Agit liber de pausis in Corano recitando faciendis. — 14324. **Hádi el-hokkám el-merdhiyet**, dux judicum laudabilium ad subtilitates statutorum legalium. Pertinet ad libros Shafiiticos. — 14325. **Hádi el-rághibín**, dux appetentium ad librum *Minháj el-tálibín*. Vide supra in *El-Minháj* a *Neweri* edito. — 14326. **Hádi el-shádi**, dux tironis ex parte edocti

في النحو لابي الفضل احمد بن محمد الميداني [المتوفى سنة ٥١٨] ٠ ١٤٣٢٧ هادي الشريعة في ترتيب الاشباه والنظائر مرّ في الالف ١٤٣٢٨ هادي في شرح المبادي مرّ في الميم ١٤٣٢٩ الهادي في الفتاوى للشيخ حميد الدين اسرائيل بن دمرك الحنفي اوله الحمد لله خالق الانام ومنزل الاحكام الخ اشار فيه الى اسماء الائمّة بالحروف ١٤٣٣٠ هادي في الفروع لشرف الدين المسعودي الحنفي ١٤٣٣١ هادي في الفروع مختصر نافع لقطب الدين ابي المعالي مسعود بن محمد النيسابوري المتوفى سنة ٥٧٨ شرحه ابو القاسم هبة الله بن عبد الله القفطي المتوفى سنة ٦٩٧ اول المتن الحمد لله ربّ العالمين الخ قال سمّيت كتاب الهادي تفؤّلاً بالهداية ١٤٣٣٢ هادي في القراءات السبع لابي عبد الله محمد بن سفيان القيرواني المالكي المتوفى سنة ٤١٥ ١٤٣٣٣ الهادي في الكلام لعمر بن محمد بن عمر الحنفي مختصر اوله الحمد لله الذي لا يستفتح باحسن من اسمه كلام الخ ١٤٣٣٤ هادي في النحو [والصرف]

---

de grammatica, auctore *Abu'lfadhl Ahmed Ben Mohammed El-Meidâni*, [anno 518 (inc. 19. Febr. 1124) mortuo]. — 14327. Hâdi el-sheríat, dux legis de dispositione eorum, quae in juris partibus specialibus inter se similia sunt sibique respondent. Vide supra in litera *Elif*. — 14328. El-Hâdi fi sharh El-Mebâdi, dux. Commentarius in librum *Mebâdi*, de quo in litera *Mim* dictum est. — 14329. El-Hâdi fi el-fetâwi, dux de responsis juridicis, auctore Sheikh *Homeid-ed-dín Isrâîl Ben Demrek* Hanefita. Hic liber, in quo nomina Imamorum siglis literarum indicat, ita incipit: Laus Deo, hominum creatori et statuta revelanti etc. — 14330. El-Hâdi fi el-forú', dux de partibus juris derivatis, auctore *Sheref-ed-dín Mesúdi* Hanefita. — 14331. El-Hâdi fi el-forú', dux de partibus juris derivatis. Compendium utile, auctore *Cotb-ed-dín Abu'lmeâli Mesúd Ben Mohammed Nisâbúri*, anno 578 (inc. 7. Mai. 1182) mortuo. In hunc textum, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., *Abu'lcâsim Hibatallah Ben Abdallah El-Ckifti*, anno 679 (inc. 3. Mai. 1280) mortuus, commentarium edidit, et illius auctor: Librum, inquit, *El-Hâdi* inscripsi, ex voce *Hidâyet* i. e. ductus ad veram religionem prospera ominans. — 14332. El-Hâdi fi el-ckirâât el-seb'i', dux de septem Corani recensionibus, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Sofyân Cairawâni* Malikita, anno 415 (inc. 15. Mart. 1024) mortuo. — 14333. El-Hâdi fi el-kelâm, dux de metaphysica, auctore *Omar Ben Mohammed Ben Omar* Hanefita. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, cujus nomine nil pulchrius, a quo oratio incipiatur etc. — 14334. El-Hâdi fi el-nahw, dux de grammatica [et nominum flexione],

للامام عز الدين عبد الوهاب بن ابراهيم الزنجانى وهو متن متوسط اوله الحمد لله الذى بهرت حكمته عقول الناظرين الخ ثم شرحه شرحا ممزوجا وسماه الكافى اوله الحمد لله العلى الاكرم الذى علم بالقلم الخ وهو شرح كبير فى مجلدين ذكر فى آخره انه فرغ منه ببغداد فى ذى الحجة سنة ٦٥٤    ١٤٣٣٥ الهادى للمهتدى للفاضل محمد بن ابى الحسن بن محمد المقرى التلمسانى اورد فيه خمسمائة حديث ونيف من اعمال البر وبدائع نكت اهل الحقيقة بحذف الاسانيد وهى اثنى عشر ومائة باب اوله يقول المفتقر الى الله تعالى الخ    ١٤٣٣٦ الهادية رسالة فى رد اليهود لعبد السلام الدفترى اسلم من اليهودية وقد حفظ التوراة بتمامها فصار دفتريا فى عصر السلطان سليم القديم وله جامع واوقاف    ١٤٣٣٧ الهارونية فى التصريف لنجم الدين عمر بن الهروى اوله الحمد لله الذى صرفنا فى نعمه الخ رتبها على ستة فصول الفه لولد صاحب الديوان بهاء الدولة محمد وولى الدين وهارون ابنى شمس الدين

---

auctore Imám *Izz-ed-dín Abd-el-wehháb Ben Ibráhím Zenjáni*. Textus intermedius, qui ita incipit: Laus Deo, cujus sapientia mentes inquisitorum acutorum superat etc. — Postea in eum commentarium *El-Káfi* inscriptum edidit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo excelso, generosissimo, qui docuit (scripturam) per calamum etc. — Commentarius magnus est duobus voluminibus comprehensus, quem, ut ad ejus finem commemorat, Baghdádi mense Dzu'lhijjet anni 654 (inc. 30. Jan. 1256) absolvit. — 14335. El-Hádi lil-mohtedi, dux ejus, qui ad merita praestantia duci vult, auctore *Mohammed Ben Abi'lhasan Ben Mohammed Tilimsáni* Corani legendi magistro. Profert quingentas et plures traditiones, quae opera bona spectant, et resectis auctoritatibus acute dicta virorum vitae spiritali addictorum novitate cogitationis se commendantia. Sunt centum et duodecim capita, et liber ita incipit: Dicit pauper, qui Dei misericordia eget etc. — 14336. El-Hádiyet, tractatus „Ducens" dictus de refutatione Judaeorum, auctore *Abd-el-selám El-Defteri*. — Hic ex Judaeo Mohammedanus factus est, Toram integram memoria tenuit, et tempore Sultani *Selím I.* camerae praeses fuit. Idem aedem cathedralem aedificavit et legavit. — 14337. El-Hárúníyet, tractatus Harunicus de flexu formarum, auctore *Nejm-ed-dín Omar Ben-elherewi*. Hic tractatum, qui ita incipit: Laus Deo, qui in nos plena manu beneficia contulit etc., in sex sectiones distribuit, et filio praesidis consilii *Behá-ed-dewlet Mohammed*, et *Weli-ed-díno* et *Hárúno* filiis *Shems-ed-díni*

محمد صاحب الديوان الفصل الاول فى الاصطلاحات الفصل الثانى فى ابنية الافعال الفصل الثالث فى الامثلة الفصل الرابع فى الحذف الفصل الخامس فى حلّ العُقد الفصل السادس فى معانى الامثلة ولها شروح منها شرح اوله الحمد لله الذى دلّ على وجوده لحقّ الخ [وشرح العلّامة شمس الدين النكسارى] ١٤٣٣٨ الهبات السنيّات فى تبيين الاحاديث الموضوعات لعلى القارئ الهروى ١٤٣٣٩ الهبات السنيّة فى شرح العقيلة الرآئيّة ١٤٣٤٠ الهبة السنيّة فى الهيئة السنيّة للسيوطى رسالة اولها الحمد لله الذى علمنا ما لم نكن نعلم الخ ١٤٣٤١ هتك الاستار عن تمويه الدخوار لنجم الدين ابى العباس احمد بن سعد بن العالمة [الشهير بابن المنفاخ] الدمشقى الطبيب المتوفى سنة ٦٥٢ ١٤٣٤٢ هتك ستور الملحدين لابى بكر محمد بن الحسن الزبيدى المتوفى سنة الفه فى ردّ ابن سيره واصحابه ١٤٣٤٣ هدار الكنايات فى تراجم الادبآء بالمغرب لابن الخطيب لسان الدين محمد بن عبد الله القرطبى المتوفى

*Mohammed* consilii praesidis composuit. — Sectio prima de terminis technicis agit, secunda de formis verborum grammaticis, tertia de paradigmatis, quarta de suppressione literarum, quinta de explicatione legum permutationis literarum et ejus infirmitatis, quae ex abjectis literis et aliis mutationibus nascitur, sexta de paradigmatum argumentis. — Ex commentariis unus ita incipit: Laus Deo, cujus existentiam veritas probat etc.; [et alius virum doctissimum *Shems-ed-dín Nikusári* auctorem habet]. — 14338. **El-Hibát El-Seníyát**, dona pretiosa de explicatione traditionum suppositiciarum, auctore *Alí El-Cári El-Herewi.* — 14339. **El-Hibát El-Seníyet**, dona pretiosa. Commentarius in carmen *Ackilet* dictum et in literam *Rá* desinens. — 14340. **El-Hibat El-Seníyet**, dona pretiosa de indiciis astronomicis, quae in Sunna leguntur, auctore *Soyúti.* Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos docuit, quae ignorabamus etc. — 14341. **Hatk el-astár**, laceratio veli a simulatione (Medici) *Dekhwár*, auctore *Nejm-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Sa'd Ben-elálima Dimeshcki* Medico, [vulgo *Ibn-elminfákh* dicto et] anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo. — 14342. **Hatk sotúr el-molhidín**, laceratio velorum haereticorum, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elhasan Zebídi*, anno . . . mortuo. Scripsit ad refutandum *Ibn Sireh* ejusque discipulos. — 14343. **Hidár el-kináyát**, ignobiles dictionum suspensarum et obscurarum de biographiis philologorum in Africa Mauritanica, auctore *Lisán-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Cortubi*, vulgo *Ibn-elkhatíb* dicto

سنة ٧٧٦ وهو كتاب مسجوع ١٤٣٤٤ هداية الاخوان في التصوّف للشيخ بابا نعمة الله النخجوانى المتوفى سنة ١٤٣٤٥ هداية الى اوهام الكفاية يعنى كفاية الجاجرمى مرّ ١٤٣٤٦ هداية الى علوم الرواية منظومة للشيخ الامام محمد بن محمد ابن الجزرى المتوفى سنة ٨٣٣ اوله يقول راجى عفو ربّ رؤف محمد الجزرى السلفى شرحه تقى الدين حسين بن على بن عبد الرحمن الحصنى وسمّاه العناية اوله الحمد لله رافع اهل العلم فوق السبع الطباق الخ وعدد الابيات ثلثمائة وسبعون قال الشارح تمّ تحريره بحصن كيفا سنة ٩٥٩ ١٤٣٤٧ هداية الايضاح ١٤٣٤٨ هداية الحكمة للشيخ اثير الدين مفضل بن عمر الابهرى المتوفى في حدود سنة ٦٦٠ تقريبًا وهى متن متين مرتّب على ثلثة اقسام آ في المنطق ب في الطبيعى ج في الالهى اوله الحمد لله حقّ حمده الخ قال فهذه رسالة في المنطق والحكمة امليتها لبعض الاخوان على سبيل الارتجال وصنّف مولانا زاده احمد بن محمود الهروى الخرزيانى المتوفى سنة شرحًا يشتمل

et anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. Est liber rhythmice compositus. — 14344. **Hidáyet el-akhwán**, institutio fratres ducens de doctrina theosophica, auctore Sheikh ***Bábá Ní'metallah El-Nakhjiwáni***, anno . . . mortuo. — 14345. **El-Hidáyet ila auhám El-Kifáyet**, institutio ad halucinationes libri *Kifáyet* a *Jájermi* editi ducens. — Vide supra. — 14346. **El-Hidáyet ila olúm el-riwáyet**, institutio ad doctrinas traditionis ducens, auctore Sheikh et Imám ***Mohammed Ben Mohammed Ibn-eljezeri***, anno 833 (inc. 30. Sept. 1423) mortuo. Carmen, quod ita incipit: Dicit condonationem domini misericordis sperans *Mohammed El-Jezeri El-Silefi*. — ***Tacki-ed-dín Hosein Ben Ali Ben Abd-el-rahman El-Hisni*** illud commentario instruxit *El-Ináyet* inscripto, qui ita incipit: Laus Deo, qui viros doctos supra septem coeli contignationes sustulit etc. Versus sunt trecenti septuaginta, et interpres commentarium in urbe Hisn Keifá anno 959 (inc. 29. Dec. 1551) nitide exscriptum esse dicit. — 14347. **Hidáyet el-ídháh**, institutio recta illustrationis. — 14348. **Hidáyet el-hikmet**, institutio philosophiae recta, auctore Sheikh ***Athír-ed-dín Mofadhdhal Ben Omar El-Abahri***, prope circa annum 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. Textus est ita compositus, ut vix in ejus sensum penetrari possit, et in tres partes distributus, quarum prima de logica, secunda de rebus physicis, tertia de rebus divinis agit. Incipit autem ita: Laus Deo talis, quali dignus est etc. — Auctor: Hunc tractatum de logica et philosophia, inquit, alicui amico sincero ex tempore dictavi. — ***Mewlánázádeh Ahmed Ben Mahmúd El-Herewi El-Kharaziyáni***, anno . . . mortuus,

على شرح ما سوى المنطق اوله باسمك اللهم يا اهل الحمد والثناء الخ والقاضى مير حسين بن معين الدين الميبدى الحسينى المتوفى سنة اوله الهداية امر من لدنه الخ والمولى مصطفى بن يوسف المعروف بخواجه زاده المتوفى سنة ٨٩٣ ذكر فى الشقائق انه قال ما قصدت تأليف هذه الحاشية وانما قرأ على الشرح المذكور ابو بكر چلبى وهو اخو احمد پاشا ابن ولى الدين وكنت اكتب ما ظهر لى فى مطالعتى على ورقة وارفعها اليه وهو نظم تلك الاوراق ومحمد بن شريف الحسينى المتوفى سنة حل الهداية وميرك شمس الدين محمد بن مبارك شاه البخارى الجنكى المتوفى سنة اوله اما بعد حمد الله فاطر ذوات العقول النورانية الخ وللمولى مصلح الدين محمد بن صلاح اللارى المتوفى سنة ٩٧٧ حاشية على شرح قاضى مير وللمولى موسى ابن [محمد بن] محمود المعروف بقاضى زاده الرومى حاشية على شرح مولانا زاده ولنصر الله بن محمد الخلخالى [حاشية على قاضى مير تماما بالقول] وعليه ايضا للطف الله بن الياس الرومى المتوفى سنة ٩٢٩ ومير محمد بن علاء الدين على الفنارى المتوفى سنة وعلى شرح قاضى مير

---

commentarium composuit, qui explicationem eorum comprehendit, quae ad logicam non pertinebant, et ita incipit: Nomine Tuo, o Deus, Tu, qui laude et gratiarum actione dignus es etc. — Cádhi *Mir Hosein Ben Moin-ed-din El-Meibodi El-Hoseini*, anno . . . mortuus, cujus commentarius ita incipit: Institutio res est, quae ab eo proficiscitur etc. — Molla *Mustafa Ben Yusuf*, vulgo *Khojazádeh* dictus et anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus. Dixisse ille in *El-Shecáic* traditur: Minime has glossas componere intendi, sed praeside me *Abu Bekr Jelebi* frater *Ahmed Pashae* et filius *Weli-ed-dini* commentarium laudatum legit; scribebam quae mihi inter legendum visa sunt in folio, quod apud illum deposui. Hic folia ista in ordinem digessit — *Mohammed Ben Sherif El-Hoseini*, anno . . . mortuus, qui explicationem libri *Hidáyet* edidit — *Mirek Shems-ed-din Mohammed Ben Mobárek Sháh Bokhári Jenki*, anno . . . mortuus, cujus commentarius ita incipit: Praemissa laude Dei essentiarum mentibus illuminatis praeditarum creatoris etc. — et Molla *Moslih-ed-din Mohammed Ben Saláh El-Lári*, anno 977 (inc. 16. Jun. 1569) mortuus, glossas ad commentarium Cádhii *Mir* edidit. — Deinde Molla *Musa Ben* [*Mohammed Ben*] *Mahmúd Rumi*, vulgo *Cádhizádeh* dictus, glossas ad commentarium *Mewlánázádehi*, et *Nasrallah Ben Mohammed Khalkháli* [glossas ad totum Cádhii *Mir* commentarium additis verbis expositis] composuit — itemque *Lutfallah Ben Ilyás El-Rúmi*, anno 929 (inc. 20. Nov. 1522) mortuus, et *Mir Mohammed Ben Alá-ed-din Ali El-Fenári*, anno . . . mortuus, commentarium edidit. — Ad commentarium Cádhii *Mir* glossas

حاشية لامير فخر الدين الاسترابادى المتوفى سنة وللشيخ محمد بن محمود المغلوى الوفائى المتوفى سنة ٩٤٠ حاشية على شرح منلا زاده تذنيبًا وتكميلًا كحاشية خواجه زاده كتبها للوزير اياس پاشا واتمّها فى سنة ٩٢٤ وشرحه قطب الدين الجيلى اوله الحمد لله مشرق الانجم الزاهرة الخ المتوفى سنة وهو شرح القسم الاول فقط فى المنطق مشتمل على حلّ الفاظه وتركيبه مع زيادة شريفة لا توجد فى المطولات وشرحه معين الدين السالمى وهو شرح ممزوج بالقول بسط فيه المباحث [الحكمية] غاية البسط وحقّق على وجه لا مزية عليه اوله الحمد لله مفيض الاضواء من عين اللاهوت الخ وسعد الدين مسعود بن محمد القزوينى شرحًا ممزوجًا مختصرًا اوله اللهم يا نور الانوار ومدير كلّ دوّار الخ [ولفصيح الدين محمد النظامى المتوفى سنة ٩١٩ حاشية على الهداية ذكر فى حبيب السير] ومن شروحه شرح امين الدولة وشرح آخر سمّى بالنهاية وحاشية المولى خواجه زاده على منلا زاده وحاشية اخرى لصالح الدين وحاشية اخرى لمولانا حسين السمنانى بشرح الهداية ايضا لخواجه صاتى الدين وعلى شرح

---

Emir *Fakhr-ed-din Asterâbâdi*, anno . . . mortuus, et Sheikh *Mohammed Ben Mahmûd El-Maghlewi El-Wefâyi*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, glossas ad commentarium *Menlâzâdeki*, eum ad finem adducens et perficiens, *Khojazâdeh*i glossarum instar Waziro *Iyâs Pasha* scripsit et anno 924 (inc. 13. Jan. 1518) absolvit. — *Cotb-ed-din Jili*, anno . . . mortuus, commentarium in *El-Hidâyet* composuit, qui ita incipit: Laus Deo, qui stellis splendentibus ortum dedit etc.; attamen primam tantum partem de logicâ comprehendit, et explicationem ejus verborum et concinnitatem cum additamentis excellentibus, quae in scriptis amplis non inveniuntur, complectitur. — *Moin-ed-din Sâlimi* commentarium scripsit, qui ea tantum textus verba admixta habet, quae explicantur. In disquisitionibus [philosophicis] ibi admodum longus est et ratione in indagando versatur, quae fictionem non admittit. Incipit autem ita: Laus Deo luces large effundenti ex fonte divinitatis etc. — itemque *Sa'd-ed-din Mes'ûd Ben Mohammed Cazwini*, cujus commentarius textum admixtum habet, brevitati studet et ita incipit: O Deus, o lumen luminum et omnis quae gyrum agunt volvens etc. — [*Fasih-ed-din Mohammed El-Nizâmi*, anno 919 (inc. 9. Mart. 1513) mortuus, ut in *Habib el-siyer* commemoratur, glossas ad *Hidâyet* scripsit], et *Emin-ed-dewlet* commentarium. Alius commentarius *Nihâyet* inscriptus est. — Molla *Khojazâdeh* ad *Menlâzâdeh* glossas edidit, aliasque *Sâlih-ed-din*, itemque Molla noster *Hosein El-Simnâni*. — Denique *Khoja Sâin-ed-din* commentarium

منلا زاده حاشية لخضر شاه بن عبد اللطيف المنتشوى المتوفى سنة ٨٥٣ وحاشية لصلاح الدين معلّم السلطان بايزيد خان ردّ المولى خواجه زاده فى بعض المواقع ١٤٣٤٩ هداية الحيارى فى الاجوبة عن اليهود والنصارى لابن قيم الجوزية ابى عبد الله محمد بن ابى بكر المتوفى سنة ٧٥١ اوله الحمد لله الذى رضى لنا الاسلام دينًا الخ وقسّمه على قسمين الاوّل فى الاجوبة عن اليهود والثانى فى النصارى ١٤٣٥٠ هداية الذّاهب فى معرفة المذاهب لكمال الدين ابى البركات عبد الرحمن بن محمد الانبارى المتوفى سنة ٥٧٧ ١٤٣٥١ هداية ربّى عند فقد المربى للشيخ نور الدين على الشهير بالمتقى اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ وهو كالشرح للرسالة المسمّاة بسلوك الطريق اذا لم يوجد الرفيق ١٤٣٥٢ هداية الرفاق فى القراءة لاحمد بن محمد بن ابى المكارم المقرئ الواسطى ١٤٣٥٣ هداية الرواة الى تخريج المصابيح والمشكاة للشيخ ابى الفضل احمد بن على المعروف بابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ لخّصه من لباب

---

in *El-Hidáyet* composuit, et ad commentarium *Menlázádehi* glossas *Hadhr Sháh Ben Abd-el-latif Menteshawi*, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuus, et pariter *Saláh-ed-dín* praeceptor Sultani *Báyezíd Khán*, qui Mollam *Khojazádeh* in nonnullis locis refutavit. — 14349. **Hidáyet el-hayári**, institutio attonitos ducens, quae responsa de Judaeis et Christianis continet, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi Bekr*, vulgo *Ibn Cayyim-eljauziyet* dicto et anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. — Liber ita incipit: Laus Deo, qui nobis Islamum religionem benigne elegit etc, et in duas partes divisus est, quarum prior responsa de Judaeis, posterior responsa de Christianis comprehendit. — 14350. **Hidáyet el-dzáhib**, institutio eum qui sectam aliquam sequitur ducens de cognitione sectarum orthodoxarum, auctore *Kemál-ed-din Abu'lberekát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári*, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. — 14351. **Hidáyet rabbi**, institutio recta domini mei, quando educatorem meum perdidi, auctore Sheikh *Núr-ed-din Ali*, vulgo *Mottecki* dicto. Liber ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., et quasi commentarius est in tractatum *Soluk el-tarik* i. e. ingressus viae, quando comes non invenitur. — 14352. **Hidáyet el-rifác**, institutio recta comitatus de lectione coranica, auctore *Ahmed Ben Mohammed Ben Abi'lmekárim El-Wásiti* legendi Corani magistro. — 14353. **Hidáyet el-rowát**, institutio relatores ducens ad enucleandos libros *El-Mesábih* et *El-Mishkát*, auctore Sheikh *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali*, vulgo *Ibn Hajr Ascaláni* dicto et anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. Excerpsit eam cum delectu ex *Lobáb*

الصدر ١٤٣٥٤ [هداية الرواية الى الفاروق المداوى للعجز عن تفسير البيضاوى لصادق الكيلاني] ١٤٣٥٥ هداية السالك فى المناسك الى معرفة المذاهب الاربعة فى المناسك للقاضى عزّ الدين عبد العزيز بن البدر محمد بن جماعة الشافعى اوله الحمد لله الذى شرح لقاصديه افضل طريق الخ رتّب على ستة عشر بابًا ١٤٣٥٦ هداية السبيل فى شرح التسهيل مرّ ١٤٣٥٧ هداية الطالب لحقوق الامام الراتب للشهاب احمد بن محمد بن عبد السلام المنوفى المصرى المتوفى سنة ٩٣١ ١٤٣٥٨ هداية الطالب لما يلزمه من الواجب للشيخ شمس الدين بن ابى الحسن بن محمد البكرى مختصر اوله الحمد لله وكفى الخ ذكر فيه العبادات الخمس شرحه [بعض] اصحابه باشارته ممزوجًا وسمّاه ارشاد الراغب اوله الحمد لله الذى اينع ثمرات قلوب احبابه الخ وله هداية المريد للسبيل الحميد مختصر اوله الحمد لمن بلغ احسانه الخ ١٤٣٥٩ هداية الطالبين للشيخ نجم الدين الكبرى

*el-sadr.* — 14354. [**Hidáyet el-riwáyet**, institutio relationis ad theriacam remedium iis afferentem ducens, qui nimis imbecilli sunt, quam ut *Beidháwí* commentarium in Coranum intelligere possint, auctore *Sádic Kiláni*]. — 14355. **Hidáyet el-sálik**, institutio recta ingredientis de ritibus in sacra peregrinatione observandis ad cognitionem rituum, quos sectae quatuor orthodoxae in peregrinatione sacra sequuntur, auctore Cádhi *Izz-ed-dín Abd-el-azíz Ben-elbedr Mohammed Ben Jemáa* Shafiita. — Liber ita incipit: Laus Deo, qui viatoribus suis tendentibus viam praestantissimam demonstrat etc., et in sedecim capita dispositus est. — 14356. **Hidáyet el-sebíl**, ductus viae. Commentarius in librum *Tes'híl*, de quo supra videatur. — 14357. **Hidáyet el-tálib**, institutio recta studiosi ad officia Imami officium divinum administrantis, auctore *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-selám Menúfi Misri*, anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuo. — 14358. **Hidáyet el-tálib**, institutio recta studiosi ad officia imposita necessaria, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Ben Abi'lhasan Ben Mohammed Bekri*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo et sufficit etc., et auctor ibi quinque cultus divini officia commemorat. Discipulorum quidam ejus jussu commentarium composuit *Irshád el-rághib* inscriptum, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui fructus cordium amicorum suorum ad maturitatem adducit etc. Idem librum *Hidáyet el-moríd lil-sebíl el-hamíd* i. e. „Institutio tironem ad viam laudandam ducens" edidit. — Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui incomparabilem exercet benignitatem etc. — 14359. **Hidáyet el-tálibín**, institutio studiosos ducens. Scripsit Sheikh *Nejm-ed-dín El-Kobra*,

المتوفى شهيدًا في سنة ٦١٧ ذكر فيه الطريقة واحوال السلوك وشرحه اوله الحمد لله اولاً وآخرًا الخ ١٤٣٦٠ هداية العباد وسبيل الرشاد مختصر على اسلوب بداية الهداية الّفها محمد ابن عمر بن حمزة الحنفي للملك الاشرف قايتباى اوله الحمد لله الذى رفع منار الشرع وعُبّاده الخ ١٤٣٦١ هداية في الترسّل فارسى لحسين بن طلحة الرازى الكاتب اوله الحمد لله العليم الذى لا يخفى عليه خافية الخ الّفه بتبريز ورتّبه على ستة عشر بابا ١٤٣٦٢ هداية في شرح قصيدة يقول العبد مرّ ١٤٣٦٣ هداية في الطبّ مجلّد لابن سينا حسين بن عبد الله الحكيم المتوفى سنة ٤٢٨ شرحها الشيخ العلّامة علاء الدين على بن النفيس ١٤٣٦٤ هداية في الفروع لابى الحسن منصور بن اسمعيل التميمى الشافعى المتوفى سنة ٣٠٦ ١٤٣٦٥ هداية في الفروع للحنابلة للشيخ الامام الفاضل ابن الخطاب محفوظ الطوبادى الحنبلى كذا ذكره الحصنى شرحه القاضى وجيه الدين اسعد بن المنجا الدمشقى المتوفى سنة ٦٠٦ وسمّاه النهاية

---

qui anno 617 (inc. 8. Mart. 1220) martyrium subiit, et ibi viam spiritalem et ingressus spiritalis conditiones commemorat, illamque explicat. Incipit ita: Laus Deo primum et postremum etc. — 14360. Hidáyet el-obbád, institutio servorum Dei et via recti ductus. Compendium, quod *Mohammed Ben Omar Ben Hamza* Hanefita ad rationem libri *Bedáyet el-hidáyet* in favorem *El-Meliki El-Eshref Cáyetbái* composuit. — Incipit ita: Laus Deo, qui pharum legis suorumque cultorum erexit etc. — 14361. El-Hidáyet fi el-tarassol, institutio recta de arte epistolas scribendi, quae ita incipit: Laus Deo omniscienti, quem nulla res occulta latet etc. Composuit persice *Hosein Ben Talha El-Rází* Scriba in urbe Tebríz, et in sedecim capita distribuit. — 14362. El-Hidáyet, institutio recta. Commentarius in *Casídam Yacúl el-abd*, de qua supra dictum est. — 14363. El-Hidáyet fi el-tibb, institutio recta de medicina, auctore *Hosein Ben Abdallah El-Hakím*, vulgo *Ibn Síná* dicto et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. Volumen, in quod Sheikh doctissimus *Alá-ed-dín Ali Ben-elnefís* commentarium composuit. — 14364. El-Hidáyet fi el-forú', institutio recta de partibus juris derivatis, auctore *Abu'lhasan Mansúr Ben Ismaíl Temími* Shafiita, anno 306 (inc. 14. Jun. 918) mortuo. — 14365. El-Hidáyet fi el-forú', institutio recta de partibus juris Hanbalitici derivatis, auctore Sheikh et Imám bene merito *Ibn-elkhattáb Mahfúts El-Tubádi* Hanbalita, ut *El-Hisni* commemorat. — Cadhi *Wejíh-ed-dín As'ad Ben-elmonajjá Dimeshki*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuus, commentarium *El-Niháyet* inscriptum edidit, cujus

بلغ نصفه الى عشر مجلّدات كذا ذكر فى العبر ١٤٣٦٦ هداية فى الفروع لشيخ الاسلام برهان الدين على بن ابى بكر المرغينانى الحنفى المتوفى سنة ٥٩٣ وهو شرح على المتن له سمّاه بداية المبتدى ولكنه فى الحقيقة كالشرح لمختصر القدورى وللجامع الصغير لمحمد وعادته ان يحرّر كلام الامامين من المدّعى والدليل ثم يحرّر مدّعى الامام الاعظم ويبسط دليله بحيث يخرج الجواب من ادلّتهما فاذا كان تحريره مخالفًا لهذه العادة يفهم منه الميل الى ما ادّعى الامامان ووظيفته ان يشرح مسآئل الجامع الصغير والقدورى واذا قال قال فى الكتاب اراد القدورى قال الشيخ اكمل الدين روى انّ صاحب الهداية بقى فى تصنيف الكتاب ثلث عشرة سنة وكان صآئما فى تلك المدّة لا يفطر اصلاً وكان يجتهد ان لا يطلع على صومه احد فكان ببركة زهده وورعه كتابه مقبولاً [بين العلمآء] وهو الذى قيل فى شأنه

ان الهداية كالقرآن قد نسخت
ما صنّفوا قبلها فى الشرع من كتب

---

dimidia pars, ut in *El-Iber* narratur, decem volumina explet. — 14366. **El-Hidáyet fi el-forú'**, institutio recta de articulis juris (Hanefitici) derivatis, auctore Sheikh el-islám *Borhân-ed-dín Alí Ben Abi Bekr Marghînâni* Hanefita, anno 593 (inc. 24. Nov. 1196) mortuo. Hic commentarius est ad textum ab eo compositum et *Bedáyet el-mubtedi* inscriptum; at revera commentarius quasi est ad *Codúri*i Compendium et *Mohammedis El-Jámi El-Saghír*, et auctor hunc morem recepit, ut verba duorum Imamorum perscriberet, quatenus eorum affirmationes et argumenta spectabant. His subjecit Imami Maximi affirmationes ejusque argumentationem longius demonstravit, ita ut responsum ex illorum duorum argumentis enuclearetur. Quando autem sententia *Abu Hanífa*e perscribenda mori recepto adversabatur, ut inclinatio ejus ad illa, quae duo Imami affirmabant, inde intelligeretur, praeceptum sibi imposuit, ut quaestiones libri *El-Jámi' El-Saghír* et *Codúri*i commentaretur. — Quando dicit „Dicit in libro“ *Codúrium* significat. — Sheikh *Akmal-ed-dín* tradit, auctorem libri *Hidáyet* in eo componendo tredecim annos consumsisse jejunioque nunquam soluto per hoc spatium jejunasse, et omnem operam impendisse, ne quisquam se jejunare animadverteret. — Ob benedictionem ab ejus abstinentia et temperantia proficiscentem liber hic [a viris doctis] magno cum applausu exceptus est, et hi sunt versus, qui ejus pretium describunt:

Certe *Hidáyet* Corani instar jam describendo vulgata est,
Neque ante eam libros de legibus ei similes composuerunt.

فاحفظ قواعدها واسلك مسالكها

يسلم مقالك من زيغ ومن كذب

ابتدأ بقوله الحمد لله الذى اعلى معالم العلم واعلامه الخ وقال وقد جرى على الوعد فى مبدأ بداية المبتدى ان اشرحها شرحًا وارسمه بكفاية المنتهى فشرعت فيه حين اكاد اتّكى عليه اتكاء الفراغ تبيّنت فيه نبذًا من الاطناب فصرفت العنان الى شرح آخر موسوم بالهداية اجمع فيه من عيون الرواية ومتون الدراية حتى ان من سمت همّته الى مزيد الوقوف يرغب الى الاطول والاكبر ومن اعجله الوقت عنه يقتصر على الاقصر والاصغر ثم سألنى بعض اخوانى ان املى عليهم المجموع الثانى فافتتحته مستعينا بالله انتهى ورتّب كترتيب الجامع الصغير لمحمد ومتى خالف روايته رواية القدورى يصرح بلفظ الجامع الصغير وله آداب واختيارات اخر نبّه عليه الشراح وقد اعتنى عليه الفقهاء قديمًا وحديثًا فشرحه تلميذه الامام حسام الدين حسين بن على المعروف بالصغناقى الحنفى المتوفى سنة ٧١٠ وهو اول من شرحه على ما ذكره

Manda igitur memoriae praecepta ejus fundamentalia ejusque vestigia sequere;
Tum oratio tua ab erroribus incolumis erit et mendaciis.

Incipit auctor ab his verbis: Laus Deo, qui signa et vexilla scientiae erexit etc. et: Forte, inquit, initio libri *Bedâyet el-mubtedi* promisi in eum commentarium componere huncque titulo *Kifâyet el-muntehi* insignire. Jam eum aggressus sum, et cum prope absolutioni innitorer, prolixitatem ibi aliquam animadverti. Qua de caussa habenam alii commentario immisi titulo *Hidâyet* insignito, in quo ex fontibus traditionis et textibus scientiae collegi, ut, cujus mens ad intelligentiam ampliorem adspirat, libri longioris et majoris desiderio teneatur, et quem tempus festinare jubet, ut illum inspicere non possit, in breviori et minori acquiescat. Deinde amici quidam a me petierunt, ut illis syllogen alteram dictarem. Rem aggrediendam suscepi Dei auxilium invocans. — Haec ille. — Librum eodem modo disposuit, quo *Mohammed*is *Jâmi' Saghîr* dispositus est, et ubi hujus relatio a relatione *Cudûri* differt, verba *Jâmi*'i *Saghîr* diserte affert. Idem alias regulas secutus est liberoque arbitrio praecepta sibi imposuit, ad quae commentariorum auctores animos advertunt. — Jam vero antiquiore et recentiore tempore jurisperiti curam in eo tractando posuerunt, ut ejus discipulus Imâm *Hosâm-ed-dîn Hosein Ben Alî* Hanefita, vulgo *Saghanâchî* dictus et anno 710 (inc. 31. Mai 1310) mortuus, qui primus commentarium in *El-Hidâyet*

السيوطى فى طبقات النحاة سمّاه النهاية فرغ عنه فى شهر ربيع الاوّل سنة ٧٠٠ اوله الحمد لله الذى اعلى معالم العلوم ودرج الخ اكمله وكتب فى آخره مسآئل الفرآئض وقد اختصر محمود ابن احمد القونوى المتوفى سنة ٧٧٠ هذا الشرح فى مجلّد سمّاه خلاصة النهاية فى فوآئد الهداية وقيل اوّل من شرحه حميد الدين على بن محمد الضرير البخارى المتوفى سنة ٦٦٧ جزئين يسمّى بالفوآئد والشيخ الامام قوام الدين محمد بن محمد البخارى الكاكى المتوفى سنة ٧٤٩ سمّاه معراج الدراية الى شرح الهداية وفرغ من تأليفه فى ٢١ محرم سنة ٧٤٥ اوله الحمد لله خالق الظلام والضيآء الخ ذكر فيه انّه اراد بعد فقدان كتبه ان يجمع الفوآئد من فوآئد المشايخ والشارحين ليكون ذلك المجموع كالشرح له وبيّن فيه اقوال الائمّة الاربعة من الصحيح والاصحّ والمختار والجديد والقديم ووجه تمسكهم والشيخ الامام تاج الشريعة عمر ابن صدر الشريعة الاول عبيد الله المحبوبى الحنفى المتوفى سنة سمّاه نهاية الكفاية فى دراية

---

(inc. 1. Mai. 1443) natus, commentarium edidit [*El-Zâhir El-Fâth* inscriptum], qui textum admixtum habet. — 14401. [**Harj el-feríkh**, perturbatio tranquilli, auctore *Ibn Abi Hejla*. Septendecim volumina minora]. — 14402. **El-Harj we El-Marj**, tumultus et seditio, auctore *Mohammed Ben Mezíd Abu'lazhar* Grammatico, anno 325 (inc. 19. Nov. 936) mortuo. Historia Khalifarum *Mostain* et *Mo'tezz*, in qua mendacia inesse dicuntur. — 14403. **Hezár mezár**, mille sepulcra, auctore Seyyid *Asil-ed-din Abdallah Herewi*, anno 883 (inc. 4. Apr. 1478) mortuo. — 14404. **Hazm el-joyúsh**, profligatio exercituum. Compendium de victore et victo, auctore *Yusuf Ben Abd-el-melik Ben Bakhshish*, mense Dzu'lhijjet anni 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. Tum commentarium composuit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui nos pugnare jubet etc. — 14405. **El-Heshâshet we El-Beshâshet**, alacritas et laetitia, auctore *Abu Ali Hasan Ben Abdallah Isfahâni*. — 14406. **Hesht behisht**, octo paradisi. Historia persice scripta Sultanorum Othmanicorum, auctore Molla nostro *Idris Betlisi*, anno . . . mortuo. Praedicat ibi usque ad Sultanum *Bâyezîd Ben Mohammed* octo Sultanos dynastiae Othmanicae, et haec caussa est tituli libro dati, quem filius *Abu'lfadhl Mohammed Defteri*, anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortuus, usque ad dynastiam Sultani *Selim II.* continuavit. — 14407. **Hesht behisht**, octo paradisi de historiis poetarum, auctore *Sahmi* Poeta, anno . . . mortuo. Scripsit eas ante Mollam nostrum *Ashic* et ad seriem Sultanorum

السلاطين العثمانيّة ١٤٤٠٨ هشت بهشت للشيخ شمس الدين احمد بن محمد السيواسى ١٤٤٠٩ هشت بهشت من خمسة مير خسرو المتوفى سنة ٧٢٥ اوله

اى كشاينده خزائن جود

١٤٤١٠ هفت اختر فارسى لعبدى بيك نويدى ١٤٤١١ هفت اقليم فارسى فى مجلّد لامين احمد الرازى الّفه فى سنة ١٠١٠ وقال فى تاريخه امين رازى كو رتّب على اقاليم السبع وذكر فى كلّ اقليم بلدة بلدة وما فى كلّ بلدة من اعيانها قديمًا وحديثًا ولا يقتصر على اوصاف البلاد او طائفة دون اخرى فذكر الملوك والسلاطين والعلماء والمشايخ والشعرآء مع آثارهم واشعارهم ١٤٤١٢ هفت اورنك فارسى لمولانا عبد الرحمن بن احمد الجامى المتوفى سنة ٨٩٨ جمع فيه سبعة من مثنوياته وهفت اورنك فى لغة الفرس القديم عبارة عن سبعة اخوان ١ سلسلة الذهب ٢ قصّة سلامان وابسال ٣ تحفة الاحرار ٤ سبحة الابرار ٥ يوسف وزليخا ٦ ليلى ومجنون ٧ خرد نامه قال ممتدحًا

---

Othmanicorum distribuit. — 14408. Hesht behisht, octo paradisi, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Siwási.* — 14409. Hesht behisht, octo paradisi. Pertinent ad quinionem carminum *Miri Khosrew*, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortui, et incipiunt ita:

O Tu, qui thesauros beneficentiae aperis. —

14410. Heft akhter, septem stellae, auctore *Abdi Bek Newidi.* Persice. — 14411. Heft iclím, septem climata. Volumen persicum, quod *Emín Ahmed Rázi* anno 1010 (inc. 22. Jun. 1601) composuit, et ad tempus compositionis significandum utitur verbis: *Emín Rázi* est, qui (librum) in septem climata disposuit. — In quovis climate urbes singulas recenset et viros auctoritate conspicuos, qui ibi antiquiori et recentiori tempore vivebant, neque in descriptionibus regionum aut gentis ita acquievit, ut ceteras negligeret. Praeterea reges, Sultanos, viros doctos, Sheikhos et poetas cum egregiis eorum ingenii speciminibus et carminibus recenset. — 14412. Heft ewreng, septem throni sive constellatio ursae, persice. Collegit hic Molla noster *Abd-el-rahman Ben Ahmed Jámi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) mortuus, septem suorum carminum *Methnewi*, et *Heft ewreng* in vetere Persarum lingua septem fratres significat. — Tituli septem carminum hi sunt: 1. Catena aurea — 2. Historia *Selámán et Absál* — 3. Donum viris ingenuis oblatum — 4. Corona precatoria piorum — 5. *Yusuf* et *Zuleikha* — 6. *Leila* et *Mejnún* — 7. Liber sapientiae. — Laudans se ipsum hos versus fecit:

این هفت سفینه در سخن یک رنک اند
وین هفت خزینه در کهر همسنک اند
این هفت برادران برین چرخ بلند
نامی شده بر زمین بهفت اورنک اند

وله ایضا

حاجیان عجم بهفت اورنک
در حرم کر نشیدی انکیزند
فصحای عرب چو سبعیات
از در کعبه اش در آویزند

١٤٤١٣ هفت اورنک نازکی فارسی ذکره ابن القاف وانتخب منه ١٤٤١٤ هفت پیکر فارسی منظوم فی مزاحفات البحر الخفیف للشیخ نظامی جمال الدین یوسف بن موید الکنجی المتوفی سنة ٥٩٧ اوله

ای جهان دیده نور خویش از تو

---

Hae septem naves eundem orationis colorem habent,
Hi septem thesauri idem gemmarum (i. e. argumenti) pondus habent.
Horum septem fratrum in hoc coelo excelso
Nomen in terra *Heft ewreng* factum est.

Ejusdem hi versus sunt:

Si peregrinatores sacri Persarum carminis *Heft ewreng*
In sacro septo recitationem faciunt,
Facundi Arabes illud ut septem *Moallacát*
In porta Ka'bae suspendunt.

14413. **Heft ewreng**, septem throni sive sidus ursae. Carmen persicum *Názikii*, quod *Ibn-elcáf* commemorat et cum delectu potiorum excerpsit. — 14414. **Heft peiker**, septem facies pulchrae. Carmen persicum metro *Khafíf* abjecta litera compositum a Sheikh *Jemál-ed-dín Yusuf Ben Mowayyed Kenji*, valgo *Nitzhámi* dicto et anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo, quod ita incipit:

O Tu, a quo mundus lumen suum accepit.

ولمولانا عبد الله هاتفي هفت منظر في جوابه وحكاية لطيفة موضوعة من عنده رصينة مربوطة
١٤٤١٥ هفت پيكر لمحمود بن عثمان المعروف بلامعي المتوفى سنة ٩٣٨ لم يكمل ثم اكمله
صهره اوشي زاده ١٤٤١٦ هفت مجلس تركي لعالي الشاعر مصطفى بن احمد الدفتري المتوفى
سنة ١٠٠٨ كتبه في غزوة سكتوار ١٤٤١٧ هفت داستان تركي في وقائع السلطان لبعض كتّاب
الديوان بانشاء لطيف كتب فيه من سنة سبعين وتسعمائة الى وفات السلطان سليمان خان
واهداه الى الوزير محمد پاشا ١٤٤١٨ هفتخوان تركي منظوم لعطائي بن يحيى المعروف
بنوعي زاده عطائي المتوفى سنة ١٠٤٤ ١٤٤١٩ الهفوات النادرة من المغفّلين الملحوظين والسقطات
البارده المغفّلين الملفوظين لغرس النعمة ابي الحسن محمد بن هلال الصابي ١٤٤٢٠ هفوات
لابي موسى محمد بن ابي بكر المديني الاصفهاني المتوفى سنة ٥٨١ ١٤٤٢١ هلال المستنير
في الفلك المستدير للشيخ ابي ذر احمد بن ابراهيم الحلبي المتوفى سنة ٨٨٤ يقال انّه اذهبه

---

Pariter Molla noster *Abdallah Hátifi Heft mantzar* i. e. septem adspectus edidit, quibus librum *Heft peiker* imitatus est, et historia faceta est ab ipso inventa, cujus partes bene solideque inter se conjunctae sunt. — 14415. Heft peiker, septem pulchritudines, auctore *Mahmúd Ben Othmán*, vulgo *Lámii* dicto et anno 938 (inc. 15. Aug. 1531) mortuo. Carmen hoc, quod non absolverat, *Ushizádeh* ejus sororis perfecit. — 14416. Heft mejlis, septem consessus literarii, auctore *Mustafa Ben Ahmed Defteri* Poeta, vulgo *Ali* dicto et anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuo. Scripsit hunc librum turcice in expeditione bellica contra Sigetwar (Szigeth). — 14417. Heft dásitán, septem narrationes, auctore scriba quodam Cancellariae. Liber turcicus de rebus gestis Sultani, quem ille eleganti dictione ab anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) usque ad mortem Sultani *Soleimán Khán* composuit et Weziro *Mohammed Pasha* obtulit. — 14418. Heftkhan, septem caedes (sive proelia celebris *Rustem*). Carmen turcicum, auctore *Atáyi Ben Yahya*, vulgo *Nauizádeh Atáyi* dicto et anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634) mortuo. — 14419. El-Hefawát El-Bádiret, lapsus praecipitati spectatorum ingeniosorum et caespitationes inconsideratae imprudentium repudiatorum, auctore *Ghars-elni'met Abu'lhasan Mohammed Ben Hilál Sábúni*. — 14420. Hefawát, lapsus, auctore *Abu Musa Mohammed Ben Abi Bekr Medini Isfahání*, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuo. — 14421. El-Hilál El-Mostenír, luna nova splendens in sphaera coeli rotunda, auctore Sheikh *Abu Dzarr Ahmed Ben Ibráhím Halebi*, anno 884 (inc. 25. Mart. 1479)

فى اخر عمره ١۴۴٢٢ هماى وهمايون فارسى اوله

بنام خداوند بالا وپست  كه از هستيش هست شد هرچه هست

لخواجه كرمانى وهو محمد بن على المرشدى الكرمانى وتركى منظوم نظمه جمالى الشاعر للسلطان بايزيد وقره فضلى الشاعر المتوفى سنة ٩٧٠ نظمه ايضا ١۴۴٢٣ همايون نامه تركى فى ترجمة كليله ودمنه مرّ ١۴۴٢۴ همايون نامه فى الانشآء فارسى لمحمد ابن على بن جمال الاسلام الملقّب بشهاب المنشى اوله حمدى كه اشعه انوار صدق آن الخ جمعه لغياث الدين خواجه پير احمد الوزير ورتّب على عشرة ابواب ١۴۴٢٥ همزيّة فى مدآئح النبويّة المسمّاة بامّ القرى ١۴۴٢٦ همع الهوامع فى شرح جمع الجوامع للسيوطى مرّ

١۴۴٢٧ علم الهندسة

وهو علم بقوانين يعرف منه الاحوال العارضة للكم من حيث هو كم

---

mortuo. Ad finem vitae ille hoc opus foras dedisse dicitur. — 14422. **Humái we Humáyún**, Augusta et Augustus, auctore *Mohammed Ben Ali Murshidi Kermáni*, vulgo *Khoja Kermáni* dicto. Carmen persicum, quod ita incipit:

Nomine domini summi, qui excelsus est,
Per cujus existentiam quicquid est exstitit.

Carmen turcicum ejusdem tituli *Jemáli* Poeta Sultano *Báyezíd* composuit, itemque *Carah Fadhli* Poeta, anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuus. — 14423. **Humáyún-námeh**, liber Caesareus. Translatio turcica libri *Kalilah we Dimnah*, de quo supra dictum est. — 14424. **Humáyún-námeh**, liber Caesareus de arte eleganter scribendi. Liber persice scriptus, quem *Mohammed Ben Ali Ben Jemál el-islám*, honorifice *Shehâb El-Munshi* cognominatus, Weziro *Ghayáth-ed-dín Khoja Pír Ahmed* composuit et in decem capita divisit. Incipit ita: Laus talis, qualem radii luminum sinceritatis illius etc. — 14425. **El-Hamzíyet**, carmen in Hamza desinens de virtutibus prophetae laudabilibus, vulgo *Omm el-corá* dictum. — 14426. **Ham'o' el-hewámi'**, fluxus fontium. Commentarius in librum *Jam'o' el-jewámi'*, de quo supra dictum est, auctore *Soyúti*. —

14427. **Ilm el-hendeset.** Geometria.

Haec doctrina regularum est, qua affectiones cognoscuntur, quae quantitati, quatenus quantitas est, accidere possunt. —

١٤٤٢٨ هنر نامه علىّ پاشا تركى لنيازى الّفه فى غزواته من بغداد وكان واليًا بها الى سنجار ومشعشع فى سنة ٩٩٢ مختصر فى مجلد سمّاه ظفر نامه ١٤٤٢٩ هواتف الجنّ لابن ابى الدنيا [الامام ابى بكر عبد الله بن محمد البغدادى القرشى المتوفى سنة ٢٨١] ١٤٤٣٠ هوادى فى شرح المسالك ١٤٤٣١ هوآئد المحلّى بالفوائد لمحمد بن احمد بن ابى بكر المستبشرى ذكر فى كتاب المصفى ١٤٤٣٢ هوس نامه تركى منظوم فى بحر الرمل لجعفر ابن تاجى المقتول سنة ٩٢١ اتمّه فى سنة ٨٩٩ [وله فى الزبدة عشرة ابيات] ١٤٤٣٣ هياكل النور للشيخ شهاب الدين يحيى بن حبش بن اميرك السهروردى المتوفى سنة ٥٨٧ وشرحه مولانا جلال الدين محمد بن اسعد الدوانى المتوفى سنة ٩٠٨ وعليه حاشية ليحيى بن نصوح المعروف بنوعى المتوفى سنة وشرح الشيخ اسمعيل المولوى المتوفى سنة شرحًا تركيًا سمّاه ايضاح الحكم وشرحها الفاضل غياث الدين منصور بن مير صدر محمد الحسينى وردّ فيه

---

14428. **Huner-námeh**, liber virtutis *Ali Pashae*. Scripsit *Niyázi* turcice de illius expeditionibus bellicis a Baghdado, ubi praefectus erat, versus Sinjár et Mesha'sha' anno 992 (inc. 4. Jan. 1584). Compendium volumine comprehensum, cui etiam titulum *Tzafer-námeh* dedit. — 14429. **Hewátif el-jinn**, voces a geniis mundi spiritalis coelitus editae, auctore [Imám *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Baghdádi Coreshi*, vulgo] *Ibn Abi'ldunyá* [dicto et anno 281 (inc. 13. Mart. 894) mortuo]. — 14430. **Hewádi**, duces de viis monstrandis. — 14431. **Hewáid el-mohalla bil-fewáid**, placationes ejus, qui adnotationibus utilibus ornatus est, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Bekr Mostabsheri*. Laudatur in libro *Mosaffa*. — 14432. **Hewes-námeh**, liber desiderii. Carmen turcicum metro Remel a *Ja'far Ben Táji*, anno 921 (inc. 15. Febr. 1515) interfecto, compositum. Absolvit anno 899 (inc. 12. Oct. 1493), [et in *Zubdet* decem ex eo versus leguntur]. — 14433. **Heyákil el-núr**, templa luminis, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín Yahya Ben Habash Ben Emírek Soharawerdi*, anno 587 (inc. 29. Jan. 1191) mortuo. In hunc librum Molla noster *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Dewáni*, anno 908 (inc. 7. Jul. 1502) mortuus, commentarium edidit, et ad hunc glossas *Yahya Ben Nasúh*, vulgo *Naui* dictus et anno . . . mortuus. Porro commentarios composuerunt Sheikh *Ismail* Mewlewi, anno . . . mortuus, cujus commentarius turcicus *Idháh el-hikem* inscriptus est, et bene meritus *Ghiyáth-ed-dín Mansúr Ben Mír Sadr Mohammed Hoseini*, qui multa

كثيرًا على الدوانى اوّله افتتح بالقول يا غياث المستغيثين نجّنا باشراق هياكل النور من ظلمات شواكل الغرور الخ وهو شرح ممزوج لكنه لم يتم

١٤٤٣٤ علم الهيئة

١٤٤٣٥ هيئة ابن افلح ١٤٤٣٦ الهيئة الجامعة والبرقة اللامعة فى الطلسمات ذكره البونى ١٤٤٣٧ هيئة السنية فى الهيئة السنية للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اقتبسه من الآثار والاخبار ١٤٤٣٨ هيثميات لابى على ١٤٤٣٩ هيج الغرام الى البلد الحرام للشيخ مجد الدين محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧

*Dewáni* dicta refutavit. Incipit hic commentarius ita: Incipio a Deo, o Tu, qui auxilium implorantibus auxilium fers, libera nos splendore templorum luminis a tenebris simulacrorum vanitatis etc., et textum admixtum habet, attamen non ad finem adductus est. —

14434. **Ilm el-heiat.** Astronomia.

14435 **Heiat Ibn Aflah**, astronomia, auctore *Ibn Aflah*. — 14436. **El-Heiat El-Jámiat**, astronomia universalis et fulgur splendens de talismatis. Commemoratur ab *El-Buni*. — 14437. **El-Heiat El-Seníyet**, astronomia sublimis de indiciis sphaerae astronomicis in Sunna propositis, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Paravit sibi hujus tractatus materiem ex dictis effatisque sociorum prophetae ejusque asseclarum. — 14438. **Heithemíyát**, carmina *Heithemica*, auctore *Abu Ali*. — 14439. **Heij el-gharám**, incitatio cupidinis ad terram sanctam visendam, auctore Sheikh *Majd-ed-dín Mohammed Ben Yacúb Fírúzábádi Shírázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. —

# باب الياء

١٤٤٤٠ ياء التصريف وصلة التعريف ١٤٤٤١ ياءات المشددة في القرآن لابي محمد مكي بن
ابي طالب المقرئ المتوفى سنة ٤٣٧ ١٤٤٤٢ يائية ابن الفارض اولها

سائق الاظعان يطوي البيد طيّ

شرحها السيوطي وسمّاه البرق الوامض في شرح يائية ابن الفارض ذكره في فنّ الاصول
١٤٤٤٣ يادكار ابن شريف في الطبّ تركي ١٤٤٤٤ يادكار فيه ايضا فارسي في مجلّد لاسمعيل
ابن حسين الجرجاني المتوفى سنة ٣٥٠ ١٤٤٤٥ يادكار نامه في سياسة الملوك من كتب
الفرس ذكره الغزالي في نصائح الملوك ١٤٤٤٦ يارنامج في المغرب اليارنامج فارسية وهي اسم

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA YA INCIPIUNT.

14440. **Yá el-tasríf**, via literae *Yá*, quam in flexu formarum habet et accessio determinationis. — 14441. **El-Yáát El-Moshaddedat**, literae *Yá* signo *Teshdíd* in Corano notatae, auctore *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib* Corani legendi magistro, anno 437 (inc. 19. Jul. 1045) mortuo. — 14442. **Yáíyet Ibn-elfáridh**, *Casída Ibn-elfáridhi* in *Yá* desinens, quae ita incipit:

O tu, qui pilenta camelina propellis deserta peragrans.

*Soyúti* in eam commentarium edidit *El-Barc El-Wámidh fi sharh Yáiyet Ibn-elfáridh* inscriptum, cujus in indice scriptorum suorum inter libros de principiis mentionem facit. — 14443. **Yadiguiar**, donum in memoriam datum. Tractatus turcicus de medicina, auctore *Ibn Sherif*. — 14444. **Yadiguiar**, donum in memoriam datum ejusdem argumenti, persice. Volumen, quod *Ismail Ben Hosein Jorjáni*, anno 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuus, composuit. — 14445. **Yadiguiar-námeh**, liber in memoriam oblatum de regum administratione salutis publicae. Pertinet ad scripta Persarum et a *Ghazáli* in libro *Nesáih el-molúk* commemoratur. — 14446. **Yár-námej**, *Yár-námej*, in terris occidentalibus *El-Yár-námej*, vocabulum persicum est;

النسخة التى فيها مقدار المبعوث قال السراج القزوينى وعن شيخنا ان النسخة يكتب فيها المحدث اسمآء رواته واسانيد كتبه المسموعة سمّيت بذلك ١٤٤٤٧ ياقوت التأويل فى تفسير التنزيل فى اربعين مجلّدًا للامام حجة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى الطوسى المتوفى سنة ٥٠٥ ١٤٤٤٨ ياقوتة الصراط من التفاسير ١٤٤٤٩ ياقوتة لابى حفص عمر بن محمد بن احمد النسفى الحنفى المتوفى سنة ٥٣٧ رأيت رسالة فى الرغآئب والبرّات والقدر اسند احاديثها الموضوعات بالنقل منه ١٤٤٥٠ ياقوتة المواعظ والموعظة لابى الفرج ابن الجوزى مختصر اوّله الحمد لله الذى قطعت اعذار الملحدين الخ وهو فصول فى الموعظة جعلها كالانموزج للواعظ ينسج على منوالها ١٤٤٥١ يتيمة الدهر فى فتاوى العصر للامام الترجمانى علآء الدين الحنفى المتوفى سنة ٦٤٥ ١٤٤٥٢ يتيمة الدهر فى محاسن اهل العصر للامام ابى منصور عبد الملك بن محمد الثعالبى شيخ الادب المتوفى سنة ٤٣٠ اوّلها الحمد لله

---

nomen est codicis, in quo dignitas legati consignata est. *Sirâj-ed-din Cazwini:* A Sheikho nostro, ait, audivi, exemplum, in quo traditionarius nomina relatorum suorum et auctoritates librorum, quorum praelectio a se audita est, perscribit, ita nominari. — 14447. Yacút el-tawíl, sapphirus interpretationis allegoricae. Commentarius in Coranum revelatum quadraginta voluminum, auctore Imám *Hojjet el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli Tusi*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 14448. Yacútet el-sirát, sapphirus viae. Pertinet ad commentarios in Coranum. — 14449. El-Yacútet, sapphirus, auctore *Abu Hafs Omar Ben Mohammed Ben Ahmed Nesefi* Hanefita, anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuo. Vidi tractatum de rebus expetendis, bonis operibus et Dei providentia, cujus auctor traditionum suarum suppositiciarum auctoritatem ad ea revocat, quae ex libro *Yacútet* petiit. — 14450. Yacútet el-mewáitz we el-mauitzat, sapphirus paraeneticorum et artis paraeneticae, auctore *Abu'lfaraj Ibn-'eljauzi.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, cujus . . . excusationes haereticorum rejiciuntur etc., et sectiones de doctrina graviter concionandi et monendi continet. Auctor illud quasi exemplar concionatori proponendum esse voluit, qui ad ejus rationem orationem sacram componere voluerit. — 14451. Yetímet el-dahr, margarita pretiosissima seculi de responsis juridicis aevi, auctore Imám *El-Terjumáni Alá-ed-dín* Hanefita, anno 645 (inc. 8. Mai. 1247) mortuo. — 14452. Yetímet el-dahr, margarita temporis nobilissima de speciminibus ingenii aequalium pulcherrimis, auctore Imám *Abu Manṣúr Abd-el-melik Ben Mohammed Theálibi* philologiae doctore, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038)

خير ما بدئ به الكلام.الخ ثم انه ينقسم الى اربعة اقسام الاوّل محاسن اشعار آل حمدان وشعرآئهم وغيرهم من اهل الشأم ومصر الثاني في محاسن اشعار اهل العراق وانشآء الدولة الديلميّة الثالث في محاسن اشعار اهل الجبال وفارس وجرجان وطبرستان والرابع في محاسن اشعار اهل خراسان وما ورآء النهر وهي من احسن الكتب الادبيّة واكملها بلاغةً ونظمًا ولذلك قال ابو الفتوح نصر الله الشاعر

ابيات اشعار اليتيمة
ابكار افكار قديمة
ماتوا وعاشت بعدهم
فلذلك سمّيت اليتيمة

وقد جعلها ذيلًا لكتاب البارع في اخبار الشعرآء لهارون المنجّم ثم ذيّل ابو الحسن على بن الحسن الباخرزى المتوفى سنة ٤٦٧ يتيمة الثعالبى في كتاب حذى فيه حذوه وسمّاه دمية القصر وعصرة اهل العصر وعماد الدين محمد بن الكاتب الاصفهانى المتوفى سنة ٥٩٧ ذيّلها ايضا في عشر

---

mortuo. — Liber ita incipit: „Laus Deo“ optimum est verbum, a quo oratio incipit etc. Deinde vero in quatuor partes divisus est, quarum prima specimina pulcherrima carminum Hamdanidarum eorumque poetarum et aliorum Syriae et Aegypti incolarum continet — secunda specimina pulcherrima carminum Iracanorum et stili elegantis in aula dynastiae Deilemiticae — tertia specimina carminum poetarum regionis montanae, Persiae et terrarum Jorján et Taberistán — quarta specimina carminum poetarum in Khorasan et terris Transoxanis florentium. Numeratur in pulcherrimis scriptis philologicis et eloquentia et compositione perfectissimis, eamque ob caussam *Abu'lfotúh Nasrallah* Poeta dicit:

Versus carminum in *Yetímet*
Cogitationes antiquae virgineae sunt.
Mortui sunt poetae, et versus iis superstites sunt;
Hanc ob caussam liber Orphanus appellatus est.

Auctor eam ad continuandum librum *El-Bári' fi akhbár el-shoará* ab *Hárún* Astronomo editum scripsit. Postea *Abu'lhasan Ali Ben-elhasan Bákharzi*, anno 467 (inc. 27. Aug. 1074) mortuus, *Yetímet Theálibii* in libro continuavit, ubi illius vestigia sequitur eique titulum *Dumyet el-casr we Usret ahl el-asr* dedit. — Pariter *Imád-ed-dín Mohammed Ben-elkátib Isfaháni*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuus, eam in

مجلّدات سمّاه خريدة القصر وجريدة اهل العصر وهي من سنة خمسمائة الى سنة اثنتين وتسعين وخمسمائة وذيّل ابو المعالى سعد بن على الورّاق الحظيرى المتوفى سنة ٥٦٨ دمية الباخرزى في مجلّد سمّاه زينة الدهر والثعالبى ايضا مجلّد آخر مسمّى بيتيمة اليتيمة ذيّلها حسن بن مظفر النيسابورى المتوفى سنة ٤٤٣ واختصر تقى الدين عبد القادر المصرى المتوفى سنة ١٠٠٥ كتاب اليتيمة مقدار نصفها وقد مرّ ذكر المذكورات في محلّها كلّ منها مرارًا وعلى الدمية كتاب لابى الحسن على بن زيد البيهقى سمّاه وشاح الدمية   ١٤٤٥٣ يتيمة الفتاوى صرّح به بدر الرشيد في كتاب الفاظ الكفر ووضع علامته ى والتاتارخانية   ١٤٤٥٤ اليد الاجود في استلام الحجر الاسود رسالة اوّلها الحمد لله الذى جعل قلب خليفته الاعظم كعبته المقصودة الخ   ١٤٤٥٥ اليد البسطى في تعيين الصلوة الوسطى لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ قال اختلف فيه على عشرين قولًا انّها الصبح اظهر

libro decem voluminum *Kharídet el-caṣr we Jerídet ahl el-aṣr* inscripto continuavit, qui spatium ab anno 500 (inc. 2. Sept. 1106) usque ad annum 592 (inc. 6. Dec. 1195) complectitur. — Porro *Abu'lmeáli Sa'd Ben Ali El-Werrác El-Haẓíri*, anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuus, *Bákharzii* librum *Dumyet* in volumine *Zínet el-dahr* inscripto continuavit. Praeterea *Theálibi* aliud volumen edidit *Yetímet El-Yetímet* inscriptum, quod *Hasan Ben Moẓaffer Nisábúri*, anno 443 (inc. 15. Mai. 1051) mortuus, continuavit. *Tacki-ed-dín Abd-el-cádir Miṣri*, anno 1005 (inc. 15. Aug. 1596) mortuus, librum *Yetímet* in epitomen coegit, quae dimidiam archetypi partem comprehendit. — Hi libri memorati omnes pluries suo loco in antecedentibus descripti sunt. — Ad *El-Dumyet Abu'lhasan Ali Ben Zeid Beihacki* librum edidit *Wisháh El-Dumyet* inscriptum. — 14453. Yetímet el-fetáwi, margarita incomparabilis responsorum juridicorum. Commemoratur diserte a *Bedr El-Reshíd* in libro *Alfáẓ el-kofr*, posito siglo literae *Yá* ad eam significandam, itemque in *El-Tátárkhániyet*. — 14454. El-Yad El-Ajwad, manus liberalissima de veneratione lapidi nigro tribuenda. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, qui cor Khalífae sui maximi Ka'bam suam esse voluit, ad quam tendendum est etc. — 14455. El-Yad El-Bostá, manus longe expansa de definitione precationis, quae media dicitur, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Abeunt, ait, de ea in viginti sententias diversas. Alii dicunt, esse precationem matutinam, meridianam, pomeridianam, vespertinam ad occasum solis, nocturnam duas horas

العصر المغرب العشاء مجموع الخمس واحد من الخمس الجمعة الظهر الصبح والعشاء معا الصبح
والعصر صلاة الجمعة الوتر صنّف فيه علم السخاوى جزءا صلوة الخوف صلوة عيد الفطر عيد
النحر الضحى الليل الصبح والعصر على التردّد والتوقّف واختار المؤلّف انّه الظهر ١٤٤٥٦
يسار الكواعب ١٤٤٥٧ [اليشكريّات لابى العباس احمد بن محمد اليشكرى المتوفى سنة ]
١٤٤٥٨ اليعسوب فى القسى والرمى والسهام والنضال لحسن بن احمد الهمدانى المتوفى سنة
٣٣٤. ١٤٤٥٩ يقظة ذوى الاعتبار فى موعظة اهل الاعتذار للقسطلانى. ١٤٤٦٠ يقول العبد
قصيدة مرّ فى القاف ١٤٤٦١ [اليقين لابن ابى الدنيا] ١٤٤٦٢ ينابيع الاحكام لاسفرآينى
وهو الشيخ الامام ابو عبد الله اسحق بن محمد بن زنكى الاسفرآينى الشعبى الساوى اوّله
الحمد لله الذى اوجب على عباده انواع العبادات التى جعله على اربعة ابواب الاول فى العبادات
والثانى فى المبايعات والثالث فى المناكحات والرابع فى الجراحات قال لما كان تعلّم العلوم الشرعيّة

---

post occasum solis, alii, precationes omnes quinque et earum unam, alii, precationem diei Veneris, meridianum, matutinam et nocturnam simul, alii matutinam et pomeridianam, alii, precationem diei Veneris, singularem non praescriptam, de qua *Alem-ed-dín Sekháwi* fasciculum scripsit, precationem metus, precationem festi solutionis jejunii, precationem diei jugulationis seu sacrificii i. e. diei decimi mensis Dzu'lhijjet, precationem temporis, quo sol jam in coelo splendet, noctis, matutinam, pomeridianam, ita ut fluctuent et incerto sint animo. Auctor autem sententiam praeoptavit, precationem esse meridianam. — 14456. Yesár el-kewái'b, ubertas mammarum sororiantium. — 14457. [El-Yashkoríyát, carmina *Yashkorica*, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed El-Yashkori*, anno . . . mortuo]. — 14458. El-Ya'súb, rex apium de arcubus, jaculatione, sagittis et jaculationis certamine, auctore *Hasan Ben Ahmed Hamdáni*, anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuo. — 14459. Yacatzat dzewi el-i'tibár, vigilia virorum meditantium de admonitione eorum, qui se excusant, auctore *Castaláni*. — 14460. Yacúl el-abd, *Casida* „Dicit servus", de qua in litera *Cáf* dictum est. — 14461. [El-Yackín, cognitio certa, auctore *Ibn Abi'ldunyá*]. — 14462. Yenábí' el-ahkám, fontes statutorum, auctore Sheikh et Imám *Abu Abdallah Is'hac Ben Mohammed Ben Zenki El-Sha'bi El-Sáwi*, vulgo *Isferáini* dicto. Librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui servis suis varia cultus officia necessario peragenda imposuit etc., in quatuor capita distribuit, quorum primum de officiis cultus agit — secundum de pactis et stipulationibus — tertium de matrimoniis — quartum de vulneribus. — Cum, inquit, doctrinas legis discere ad praestantissima pia opera pertineat, et majores summum studium difficultatibus accurate cognoscendis

من افضل القربات والسلف اجتهدوا فى تحقيق المشكلات ودوّنوها ثم الخلف رتبوا ونقّحوا احسن تنقيحات وحذفوا الادلّة واقوال الائمّة لقصور الرغبات وان ذكر الاحكام مع الادلّة اسرع اتصاله الى الافهام اردت ان اجمع مختصرًا جامعًا بين طريقة السلف والخلف حاويًا لاكثر الوقائع واذكر فيه نبذة من الادلّة والاحوال سالكًا فيه طريق الايجاز جاعلًا علامة لابى حنيفة عنده او خلافًا له ومالك مذهبه واحمد لذاه وعلامة ابى حنيفة ومالك عندهما او خلافًا لهما وعلامة احمد ومالك مذهبهما وعلامة ابى حنيفة واحمد رأيهما وعلامة كلّهم عندهم او خلافًا لهم وعلامة مختار صاحب التهذيب او ما ذكر فيه ذو والمهذب م والشامل ل والتتمة ه والبحر والحاوى الكبير ح والوسيط ط والوجيز و والعزيز ع والروضة ر وكلّ موضع قلت قيل او على الاصحّ فقول وكلّ موضع قلت على الاظهر فوجه وكلّ موضع قلت ولو كذا

---

adhibuerint easque in artis formam redegerint, posteriores deinde disposuerint et ratione maxime egregia recognoverint, argumenta et Imamorum dicta resecuerint, quod desideria hominum nimis languida erant, quamvis commemoratio statutorum cum argumentis intelligentiam celeriorem et faciliorem reddat, compendium colligere constitui, quod rationem majorum et recentiorum conjungat et plurimos casus comprehendat, ibique argumenta nonnulla et relationis casus commemoravi brevitati studens et, quando quae dico cum *Abu Hanifa* consentiunt, siglo notans *indaho*, aut quando ejus opinioni contraria sunt, *khiláfan laho*, siglo *madzhaboho*, quando *Máliki* opinio commemoratur, et *ledzáho* i. e. ex ejus opinione, quando *Ahmed;* et quando *Abu Hanifa* et *Málik* simul significantur, siglo *indahomá* i. e. ex utriusque opinione, aut *khiláfan lahomá*, quando, quae dico, ab utriusque opinione dissentiunt, et quando *Ahmed* et *Málik* simul significantur, siglo *madzhabohomá* i. e. utriusque doctrina, quando *Abu Hanifa* et *Ahmed* simul, siglo *rayohomá* i. e. utriusque sententia, quando omnes simul significantur, siglo *indahom* i. e. ex eorum opinione, aut *khiláfan lahom* i. e. contra eorum opinionem, quando opinio auctoris libri *Tehdzíb* praeoptata, aut id, quod in hoc libro commemoratur, siglo *dzu*, quando liber *Mohadzdzeb*, siglo *Mim*, quando *Shámil*, siglo *Lam*, quando *Tatammat*, siglo *He*, quando *Bahr* et *Háwi Kebír*, siglo *Há*, quando *Wesít*, siglo *Tá*, quando *Wejíz*, siglo *Wáw*, quando *Azíz*, siglo *Ain*, quando *Raudhat*, siglo *Rá*. — Quivis locus, cui verba praeposita sunt *kíla* (dicitur) aut *ala el-asahh* (secundum opinionem certissimam), dictum certum est, et omnis locus, cui verba praeposita sunt *ala el-atzhar* (ut probabilissimum est), judicium, omnisque locus, ubi verba *we lau kadzá* (et ponimus esse ita) adscripta

وفي مقابلته قول او وجد ١٤٤٦٣ ينابيع العلوم لقاضي القضاة شمس الدين احمد بن الخليل ابن سعادة الموى المتوفى سنة اوله الحمد لله خالق الاشياء ورازق الاحياء وواضع الارض ورافع السماء الخ ذكر فيه كتابا في سبعة فنون وذكر في كل فن منها سبع لطائف وسبع اخرى للاذكياء اما الفنون فالتفسير والحديث والفقه والادب والطب والهندسة والحساب فاذا هو من كتب السبعيات فرغ من تأليفه في اليوم الحادي والعشرين من رجب سنة ٦٣٠ ١٤٤٦٤ ينابيع في الاصول لابي القاسم احمد بن الحسين البيهقي الحنفي المتوفى سنة ١٤٤٦٥ ينابيع في التفسير للامام يوسف بن عبد الله اللؤلؤي الاندخودي المتوفى سنة ١٤٤٦٦ ينابيع في معرفة الاصول والتفاريع من شروح مختصر القدوري مر ١٤٤٦٧ ينابيع القلوب في سير الملوك مختصر على ثمان واربعين بابا اوله الحمد لله الذي لم يزل الخ ١٤٤٦٨ ينابيع اللغة لابي جعفر احمد بن علي المعروف بجعفرك المتوفى سنة ٥٤٤ ١٤٤٦٩ ينبوع الحكمة لآصف بن برخيا ذكره كمال الدين بن طلحة

sunt, opinionem continet dicto certo aut judicio contrariam. — 14463 Yenábí' el-olúm, fontes doctrinarum, auctore Cádhi supremo Molla *Shems-ed-dín Ahmed Ben-elkhalil Ben Seáda*, anno . . . mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo rerum creatori, vivos sustentanti, terram infra condenti, coelum supra erigenti etc. — Auctor ibi librum describit de septem doctrinis, in quibus singulis septem propositiones facetas et septem alias viris subtili ingenio praeditis affert. Doctrinae septem sunt exegesis coranica, doctrina traditionaria, jurisprudentia, philologia, medicina, geometria, arithmetica. Pertinet igitur ad libros septenarios, et auctor ejus compositionem die vicesimo primo mensis Rejeb anni 630 (inc. 18. Oct. 1232) absolvit. — 14464. Yenábí' fi el-osúl, fontes de principiis, auctore *Abu'lcásim Ahmed Ben-elhosein Beihacki* Hanefita, anno . . . mortuo. — 14465. Yenábí' fi el-tefsír, fontes. Commentarius in Coranum, auctore Imám *Yusuf Ben Abdallah Lului Andakhúdzi*, anno . . . mortuo. — 14466. Yenábí' fi ma'rifet el-osúl we el-tefárí', fontes de cognitione principiorum et articulis e commentariis in *Codúri*i Compendium derivatis. Vide supra. — 14467. Yenábí' el-colúb fi siyer el-molúk, fontes cordium de rebus gestis principum. Compendium in quadraginta et octo capita dispositum, quod ita incipit: Laus Deo, qui non desinit esse etc. — 14468. Yenábí' el-loghat, fontes linguae, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Ali*, vulgo *Ja'farek* dicto et anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. — 14469. Yenbú' el-hikmet, fons philosophiae, auctore *Asaf Ben Berkhiyá*. Commemoratur a *Kemál-ed-dín Ben Talha* in *Kitáb*

في كتاب الجفر   ١٤٤٧٠ ينبوع الحيوة في التفسير لابي عبد الله بن ظفر محمد بن محمد الصقلي
المتوفى سنة ٥٦٨ في مجلّدات   ١٤٤٧١ ينبوع الحيوة معرّب حسام كاتي سبق ذكره   ١٤٤٧٢ ينبوع
في شرح المجموع في الفرائض سبق   ١٤٤٧٣ ينبوع فيما زاد على الروضة من الفروع للسيوطي
١٤٤٧٤ ينبوع المظاهر في سيرة الملك الظاهر لابراهيم بن محمد بن دقماق المتوفى سنة ٨٠٩
١٤٤٧٥ ينبوع النوازل ذكر في التاتارخانية   ١٤٤٧٦ يميني في تأريخ يمين الدولة محمود بن سبكتكين
لابي النصر محمد بن عبد الجبار العتبي الشاعر المتوفى سنة اوله الحمد لله الظاهر بآياته الخ صنعه
في سيرته ووقائع الخوارزمية وادرج فيه دقائق غريبة ولطائف ادبية ويعتنون بضبط الفاظه وشرح
مشكلاته منهم الشيخ مجد الدين الكرماني صنّف شرحا وصدر الافاضل قسم بن حسين الخوارزمي
المتوفى سنة ٥٥٥ وتاج الدين عيسى بن محفوظ المتوفى سنة وحميد الدين ابو عبد الله محمود
ابن عمر النجاتي النيسابوري المتوفى سنة سمّاه بساتين الفضلا ورياحين العقلاء انتهى بتبريز في

*el-jefr*. — 14470. **Yenbú' el-hayát**, fons vitae. Commentarius plurium voluminum in Coranum, auctore ***Abu Abdallah Ben Tzafer Mohammed Ben Mohammed Sickilli***, anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuo. — 14471. **Yenbú' el-hayát**, fons vitae. Liber de flexionibus finalibus in commentario ***Hosám-ed-dín*i *Káti***, de quo supra dictum est. — 14472. **El-Yenbú' fi sharh El-Mejmú'**, fons. Commentarius in librum ***Mejmú'*** de lege hereditaria. Vide supra. — 14473. **El-Yenbú'**, fons. Supplementa articulorum juris derivatorum ad librum ***Raudhat***. Scripsit ***Soyúti***. — 14474. **Yenbú' el-metzáhir**, fons spectaculorum de rebus gestis ***Meliki El-Tzáhir***, auctore ***Ibráhím Ben Mohammed Ben Ducmác***, anno 809 (inc. 18. Jun. 1406) mortuo. — 14475. **Yenbú' el-newázil**, fons casuum forensium. Commemoratur in ***El-Tátárkhániyet***. — 14476. **Yemíni**, liber ***Yeminicus***. Historia ***Yemín-ed-dewleti Mahmúd Ben Subuktekín***, auctore ***Abu'lnasr Mohammed Ben Abd-el-jebbár El-Utbi*** Poeta, anno . . . mortuo. Incipit ita: Laus Deo miraculis suis manifesto etc., et auctor eam de vita illius principis et rebus gestis Khowarezmiorum artificiose composuit eique subtilitates raras et elegantias philologicas inseruit. Plures viri docti in orthographia ejus verborum definienda et difficultatibus explicandis curam posuerunt, ut Sheikh ***Majd-ed-dín Kermáni***, qui commentarium scripsit — ***Sadr-elafádhil Cásim Ben Hosein Khowarezmi***, anno 555 (inc. 12. Jan. 1160) mortuus — ***Táj-ed-dín Isa Ben Mahfútz***, anno . . . mortuus — ***Homeid-ed-dín Abu Abdallah Mahmúd Ben Omar Nejáti Nisábúri***, anno . . . mortuus, cujus commentarius ***Besátín el-fodhalá***

ذى الحجة سنة ٧٠٤ اوّله الحمد لله المحمود على اليمن الفائض الخ ذكر فيه انّه طالع خمسة من شروحه وجمع المحصول فيه مع زيادات نافعة ثم عرضه على استاده العلّامة قطب الدين الشيرازى فاستحسنه ومضى على ذلك زمانًا ثم امره بدرج المتن فيه فاجاب وكتب جملة من المتن ثم شرح الفاظه الى ان يتمّ الكتاب وذلك سنة ٧٢١ بتبريز وبالغ فى الوصيّة بعدم تفريق المتن من الشرح وتلخيصه وترجمه بالفارسيّة ابو الشرف ناصح بن ظفر الخربادقانى المتوفى سنة | وشرحه فى زماننا الشيخ احمد المنينى فسح الله فى عمره شرحًا جيدًا مقبولًا عند الخواصّ والعوامّ | ١٤٤٧٧ يواقيت الاخبار لركن الدين على بن عثمان الشهيدى ١٤٤٧٨ يواقيت الاسرار فى مواقيت الانوار ١٤٤٧٩ | يواقيت الثمينة هو فى العقائد للشيخ على بن عبد الواحد الانصارى السجلماسى الجزائرى المتوفى سنة ١٠٥٧ | ١٤٤٨٠ يواقيت الثمينة فى صفات السمينة للسيوطى ذكره فى فهرسه من الادب والنوادر ١٤٤٨١ يواقيت الحكم للشيخ عبد القادر الجيلانى ١٤٤٨٢

*we Reyáhtu el-ocalá* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo laude digno pro data prosperitate copiosa etc. — Auctor, qui eum in urbe Tebríz mense Dzu'lhijjet anni 704 (inc. 4. Aug. 1304) ad finem adduxit, se quinque dicit commentarios inspexisse et quod ibi bonum invenerit collegisse adjectis simul additamentis utilibus. Quo facto magistro suo doctissimo *Cotb-ed-dín Shirázi* librum ostendit, qui eum vehementer approbavit. Cum per tempus aliquod ita comparatus mansisset, magister textum ei inserendum commendavit. Mandato satisfecit, ita ut primum propositionem textus scriberet, deinde ejus verba commentaretur, et sic deinceps usque ad libri finem. Factum hoc est anno 721 (inc. 31. Jan. 1321) in urbe Tebríz, et mandatum observandum ita persecutus est, ut distinctionem textus a commentario deleret illumque contracte proponeret. — *Abu'lsheref Násih Ben Tzafer Kharbádecáni*, anno . . . mortuus, archetypum in linguam persicam transtulit, [et nostro tempore Sheikh *Ahmed Menini*, quem Deus longa vita donet, commentarium egregium et a hominibus superioris et inferioris ordinis cum applausu exceptum edidit]. — 14477. Yewáckit el-akhbár, sapphiri historiarum, auctore *Rokn-ed-dín Ali Ben Othmán Shehídi*. — 14478. Yewáckit el-asrár, sapphiri arcanorum de temporibus luminum statutis. — 14479. [El-Yewáckit El-Themínet, sapphiri pretiosae de confessionis articulis, auctore Sheikh *Ali Ben Abd-el-wáhid Ansári Sijilmási Jezáiri*, anno 1057 (inc. 27. Jan. 1647) mortuo]. — 14480. El-Yewáckit El-Themínet, sapphiri pretiosae de qualitatibus feminae pinguis, auctore *Soyúti*. Recenset tractatum in indice scriptorum suorum inter philologica et rara dictionis facetae specimina. — 14481. Yewáckit el-hikem, sapphiri apophthegmatum, auctore Sheikh *Abd-el-cádir Jiláni*. — 14482.

يواقيت العلوم للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ۰ ١٤٤٨٣ يواقيت الفاخره
لابى محمد عبد الغنى بن عبد الواحد المقدسى المتوفى سنة ١٤٤٨٤ يواقيت فى الحروف والاذن
الى توجيه قولهم لا ها الله اذن للسيوطى ذكره فى فهرس مؤلفاته ١٤٤٨٥ يواقيت فى الخطب
لابى الفرج ابن الجوزى ذكره فى المنتخب ١٤٤٨٦ يواقيت فى علم المواقيت ارجوزة لعمر بن
احمد ابن الخزمى الحموى الفها سنة ٨٥٤ اوله الحمد لله القديم البارى الخ ١٤٤٨٧ يواقيت فى
علم المواقيت للشيخ عبد العزيز بن احمد اوله الحمد لله القدير القديم الخ ١٤٤٨٨ يواقيت
فى اللغة لابى عمر محمد بن عبد الواحد الزاهد المطرز صاحب ثعلب المتوفى سنة ٣٤٥ قال فى
آخره لما فرغت من نظام الجوهرة اعورت العين ومات الجمهرة ووقف التصنيف عند القنطرة
١٤٤٨٩ يواقيت لابى الفرج ابن الجوزى مختصر اوله الحمد لله المحمود بفنون المحامد الخ جمع

---

Yewáckít el-olúm, sapphiri doctrinarum, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 14483. El-Yewáckít El-Fákhiret, sapphiri praestantissimae, auctore *Abu Mohammed Abd-el-ghani Ben Abd-el-wáhid Mocaddesi*, anno . . . mortuo. — 14484. Yewáckít fi el-horúf we el-adzn, sapphiri de particulis et auribus arrigendis ad varias dictionis arabicae *Lá há allah idzn* i. e. „non per Deum! permissum est“ explicationes, auctore *Soyúti*. Commemoratur ab eo in indice scriptorum suorum. — 14485. Yewáckít fi el-khutab, sapphiri de concionibus sacris, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi*. Commemoratur ab eo in *El-Muntekhab*. — 14486. El-Yewáckít fi ilm el-mewáckít, sapphiri de doctrina festorum et temporum statutorum. Scripsit *Omar Ben Ahmed Ibn-elhazmi Hamawi* hoc carmen metro Rejez compositum, quod ita incipit: Laus Deo aeterno, creatori etc., anno 854 (inc. 14. Febr. 1450). — 14487. El-Yewáckít fi ilm el-mewáckít, sapphiri de doctrina festorum et temporum statutorum, auctore Sheikh *Abd-el-azíz Ben Áhmed*. Tractatus ita incipit: Laus Deo omnipotenti, aeterno etc. — 14488. El-Yewáckít fi el-loghat, sapphiri. Opus lexicologicum, auctore *Abu Omar Mohammed Ben Abd-el-wáhid El-Záhid El-Motarriz*, vulgo *Sáhib Tha'leb* dicto et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuo. Hic ad finem: Postquam, inquit, hanc gemmarum lineam absolvi, luscus evasit liber (lexicon) *Ain* (oculus), et mortuus est (*Ibn Doreidi*) liber *Jemheret*, et lexicographia ad pontem (*Sirát*) substitit. — 14489. Yewáckít, sapphiri, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo variis laudis generibus laudando etc. Collegit ibi centum conciones sacras in usum concionatoris

فيه مائة خطب الواعظ من انشائه وارتجاله ١٤٤٩٠ يواقيت للشيخ احمد بن عبد الله الخفاف السرخسي ذكره صاحب الحقائق ١٤٤٩١ يواقيت المكللة فى الاحاديث المسلسلة للشيخ عمر بن احمد الشماع الحلبي المتوفى سنة ٩٣٦ ١٤٤٩٢ يواقيت من الفروع المذكورة فى التاتارخانية ١٤٤٩٣ يواقيت المواقيت لنجم الدين عمر النسفى الّفه فى فضائل الشهور والايام ١٤٤٩٤ يواقيت المواقيت منظوم للشيخ برهان الدين ابراهيم بن عمر الجعبرى المتوفى سنة ٧٣٢ . ١٤٤٩٥ اليواقيت والجواهر فى بيان عقائد الاكابر للشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعرانى المتوفى سنة ٩٧٦ اوّله الحمد لله ربّ العالمين الخ الّفه فى العقائد حاول فيه المطابقة بين عقائد اهل الكشف وعقائد اهل الفكر لم يسبق اليه احد فرغ عن تاليفه بمصر فى شهر رجب سنة ٩٥٥ [ثم اختصر اليواقيت ثم اختصر المختصر فحصل ثلثة كتب ١٤٤٩٦ يوانع الرطب فى بدائع الخطب للشيخ الامام عبد الغنى النابلسى الشامى المتوفى سنة ١١٤٣] ١٤٤٩٧ يوسف وزليخا

ex suis orationibus eleganter elaboratis et ex tempore habitis. — 14490. Yewáckit, sapphiri, auctore Sheikh *Ahmed Ben Abdallah El-Khaffáf El-Serakhsi.* Commemoratur ab auctore libri *Hacáic.* — 14491. El-Yewáckít El-Mokallelet, sapphiri coronae insertae de traditionibus concatenatis, auctore Sheikh *Omar Ben Ahmed Halebi*, vulgo *El-Shemmá'* dicto et anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortuo. — 14492. El-Yewáckít min el-forú', sapphiri. Pertinent ad scripta de partibus juris derivatis in *Tátárkhániyet* commemorata. — 14493. Yewáckít el-mewáckít, sapphiri festorum et statutorum temporum. Composuit *Nejm-ed-dín Omar Nesefi* de virtutibus mensium et dierum eminentibus. — 14494. Yewáckít el-mewáckít, sapphiri festorum et statutorum temporum. Carmen, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Omar Ja'beri*, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuo. — 14495. El-Yewáckít we El-Jewáhir, sapphiri et gemmae de expositione articulorum fidei virorum spectatorum. Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sha'ráni*, anno 976 (inc. 26. Jun. 1568) mortuus, composuit hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., et ibi consensum monstrare studuit inter articulos fidei illuminatorum et rationalistarum, neque quisquam antea hoc argumentum tam subtiliter tractavit. Absolvit ejus compositionem in urbe Misr mense Rejeb anni 955 (inc. 11. Febr. 1548). [Postea *El-Yewáckít* in epitomen contraxit, hancque epitomen iterum excerpsit, ut tres libri evaderent. — 14496. Yewáni' el-rotab, dactyli ad maturitatem pervenientes de concionibus sacris novitate cogitationis distinctis, auctore Sheikh et Imám *Abd-el-ghani El-Nabulusi El-Shámi*, anno 1143 (inc. 6. Jul. 1730) mortuo)]. — 14497. Yusuf we Zuleikha, *Yusuf* et *Zuleikha.* Carmen turcicum, auctore Sheikh

تركي منظوم للشيخ حمد الله بن آق شمس الدين محمد المتخلص بحمدي المتوفى سنة ٩٠٩ منها في الزبدة خمسة ابيات وهو مشهور مقبول في الروم كما قيل

مورث نور قدر اهل دله
حمدينك يوسف وزليخاسى
بى تردد جلا ويرر كيدرر
كوكل آيينه‌سنده‌كى پاسى

١٤٤٩٨ يوسف وزليخا تركي ايضا لمولانا شمس الدين احمد بن سليمان المعروف بابن كمال باشا المتوفى سنة ٩٤٠ منها في الزبدة ثلثة ابيات قال فيه

بو درج ايچنده‌كى درج اولنان در
يدى بيك يدى يوز يتمش يديدر

١٤٤٩٩ يوسف وزليخا تركي لذهني عبد الجليل البغدادي المتوفى سنة ١٠٢٣ منها في الزبدة بيتان ولبهشتي المتوفى سنة ٩٧٩ ولسنان القاضي المتوفى سنة ولشكاري المتوفى سنة ولخليفه في

---

*Hamdallah Ben Ac Shems-ed-dín Mohammed*, cognomine poetico *Hamdi* ornato et anno 909 (inc. 26. Jun. 1503) mortuo. Hoc carmen, ex quo quinque versus in *El-Zubdet* leguntur, celeberrimum est et in Rumelia honorifice exceptum, ut hi versus docent:

Donat splendorem dignitatis viris cordatis
*Hamdi*i carmen *Yusuf* et *Zuleikha.*
Sine dubio polituram dabit et removebit
Rubiginem cordis speculo inhaerentem.

14498. Yusuf we Zuleikha, *Yusuf* et *Zuleikha.* Pariter carmen turcicum a Molla nostro *Shems-ed-dín Aȟmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn Kemál Pasha* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo, compositum, ex quo in *El-Zubdet* tres versus leguntur. Poeta ipse in suum carmen hos versus fecit:

Gemmae in hac arca reconditae
Sunt septem mille septingentae septuaginta septem.

14499. Yusuf we Zuleikha, *Yusuf* et *Zuleikha,* alia hujus tituli carmina turcica. Scripserunt *Dzeheni Abd-el-delíl Baghdádi,* anno 1023 (inc. 1. Febr. 1614) mortuus, ex cujus carmine duo versus in *El-Zubdet* leguntur — *Behishti*, anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) mortuus — *Sinán* El-Cádhi, anno . . . mortuus — *Shikári*, anno . . .

سبعة آلاف بيت اتمه سنة ٩٧٠ ولنعمة الله الحونازی المتوفی سنة فی بحر السريع ولكامی محمد القرمانی ابن اخی الشيخ جمال المتوفی سنة ٩٥٢ منها فی الزبدة تسعة وعشرون بيتا ومن خمسة سنان بن سليمان من امرآء السلطان بايزيد خان ١٤٥٠٠ يوسف وزليخا تركی ليحيی بيک المتوفی بعد سنة ٩٩٠ وهو من خمسة منها فی الزبدة ستة ابيات ١٤٥٠١ يوسف وزليخا فارسی منظوم لمولانا نور الدين عبد الرحمن بن احمد الجامی المتوفی سنة ٨٩٨ فی بحر هزج المسدس وهو الخامس من هفت اورنک وترجمه الشيخ عمر الخلوتی المغنيسای المتوفی سنة بالتركی للسلطان عثمن واتمه فی شعبان سنة ١٠٣٠ ولشهاب الدين عميق ولمسعود القمی ولمحمود بيک بن سالم وللفردوسی ايضا

---

قد انتهی القول بنا فيما قررناه وانتجز الغرض الذی انتحيناه واستوفی الشرط الذی

---

mortuus — *Khalifa*, cujus carmen septem milia versuum continet et anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) ad finem adductum est — *Ni'metallah Honázi*, anno . . . mortuus, cujus carmen metro Serí' compositum est — et *Kámi Mohammed Caramáni* filius fratris El-Sheikh *Jemál*, anno 952 (inc. 15. Mart. 1545) mortuus, e cujus carmine viginti novem versus in *El-Zubdet* leguntur. — Denique in Pentade carminum *Sináni Ben Soleimán*, qui Emirus ad aulam Sultáni *Báyezid Khán* fuit, carmen *Yusuf* et *Zuleikha* inscriptum invenitur. — 14500. Yusuf we Zuleikha, *Yusuf* et *Zuleikha*, auctore *Yahya Bek*, post annum 990 (inc. 26. Jan. 1582) mortuo. Ex hoc carmine, quod in auctoris Pentade legitur, sex versus in *El-Zubdet* inveniuntur. — 14501. Yusuf we Zuleikha, *Yusuf* et *Zuleikha*. Carmen persicum a Molla nostro *Nûr-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Jámi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492 mortuo, versibus metri Hazaj senariis compositum. Hoc quintum carmen ex ejus *Heft ewreng* est, et Sheikh *Omar El-Khalweti Maghnisái*, anno . . . mortuus, illud Sultano *Othmán* turcice vertit et translationem mense Sha'bán anni 1030 (inc. 16. Nov. 1620) absolvit. — Praeterea carmina persica titulo *Yusuf* et *Zuleikha* ornata ediderunt *Shehâb-ed-dín Amic*, *Mesúd El-Commi*, *Mahmúd Bek Ben Sálim*, itemque *Firdusi*. - -

---

Jam oratio nos ad finem adduxit eorum, quae proferre constitueramus — et ad id quod nobis proposueramus efficiendum perventum est — satisfactumque conditio-

شرطناه   مما ارجو ان [يكون فيه] في كلّ نوع من العلوم للطالب مقنع   وفي كل باب منهج الى بغيته ومنزع   وقد سفرت فيه عن نكت وفوآئد تستغرب وتستبدع   واوردت من النوادر ما لم يرِدْ لها قبل في اكثر التصانيف مشرع   ووددت لو وجدت من بسط قبل الكلام فيه   او مقتدى يفيدنيه عن كتابه او فيه لاكتفي بما أَرْويه عما أُرَوِّيه   والى الله عزّ وجلّ جزيل الضراعة في المنّة في قبول ما منه لوجهه   والعفو عمّا تخلّله من تزيّن وتصنّع لغيره   وأن يهبَ لنا بجميل كرمه وعفوه   ما اودعناه من الكلام على بعض الكتب والمصنّفين ومن ذكر كتب الاوآئل واصحاب الاديان   وما يتعلّق بالمجون والخلاعة والخذلان ويحمي اعراضنا عن ناره الموقدة بحرمة امين وَحْيه   ويجعلنا ممّن لا يُذاد اذا ذيد عن حَوْضه   ويجعله لنا ولمن تهمّم باستكتابه   سببًا يصلنا باسبابه   وذخيرة نجدها يوم تجد كلّ نفس ما عملت من خير محضرا انحرز بها رضاه   وجزيل ثوابه   ويحشرنا في

---

nibus, quas nobis imposueramus. — Spero enim, de omni genere doctrinarum in hoc libro tantum esse traditum, quantum studioso sufficiat — et in singulis argumentis viam indicatam ad desiderium explendum et sagittam ad metam contingendam. — Retexi ibi ingeniose cogitata et utiliter adnotata raritate et novitate se commendantia — et rerum singularium tantam attuli copiam, quantam antea plurima scripta non aperuerunt — et libenter vidissem, si quem deprehendissem, qui antea hoc argumentum fusius tractasset — aut virum imitandum, qui ex libro aut ore suo illud mihi suppeditasset, — ut eorum beneficio, quae ab aliis accepta tradiderim, propria cogitatione supersedere potuissem. — Deo potenti et excelso devotissima mente me submitto, ut ejus favori approbare placeat, quae ex hujus libri argumento ei ipsi dedicata sunt — et ornamenta condonet et artificia aliis tribuenda, quae in eum se insinuarunt — et ex benignitate sua gratiosa et condonatione nobis ignoscat — quae contra nonnullos libros et scriptores protulimus — et quod veterum (philosophorum) et variarum religionum auctorum scripta — et ea commemoravimus, quae temeritatem, futilitatem et defectionem a Deo spectant — ut animas nostras contra ignem suum accensum per dignitatem sanctam ejus preservet, cui revelatio demandata est — nos inter eos ponat, qui, quando repellitur, a cisterna Paradisi non repelluntur — librum nobis et illis, qui eum sibi describere mente agitant — intercessionem esse velit, quae nos cum gradibus ad ejus thronum conjungat — et thesaurum repositum, quem die inveniemus, quo quaevis anima bona sua opera in praesentiam adducta inveniet, thesaurum nimirum, quo nobis approbatio Dei pariter et copiosa ejus remuneratio — et nos cum iis e mortuis resuscitet, qui inter commendatos

اصحاب اليمين من اهل شفاعته ونحمده سبحانه وتعالى على ما هدانى اليه من جمعه والهم
وفتح البصيرة لدرك حقائق ما اودعناه وفهّم ونستعيذه جلّ اسمه من دعاء لا يسمع وعلم
لا ينفع وعمل لا يرفع فهو الجواد الذى لا يخيب عن امله ولا ينتصر
من خذله ولا يردّ دعوى القاصدين ولا يصلح عمل المفسدين
وهو حسبنا ونعم الوكيل وصلوته على نبيه محمد خاتم
النبيين وعلى آله وصحبه اجمعين وسلّم
تسليما كثيرا الى يوم الدين
والحمد لله رب
العالمين
تم

---

ab ejus dextra erunt. — Laudamus Deum laudibus praedicandum et excelsum pro eo, quod me ad hunc librum colligendum recta duxit et inspiravit — et ad veram naturae eorum cognitionem percipiendam quae deposuimus visum aperuit et intelligentiam praebuit — et ad eum confugimus, cujus nomen majestate splendet, ut nos a precibus tueatur quas non audit, et a scientia quae nullius fructus est — et ab operibus quae non remunerantur. — Hic est beneficus, qui neminem qui spem in eo ponit frustratur — neque quenquam defendit, qui ab eo deficit — qui preces eorum qui ad eum tendunt non repellit — et facta hominum maleficorum non approbat. — Hic nobis sufficit et certe praestantissimus est procurator — et gratia ejus propitia sit super prophetam *Mohammed* prophetarum sigillum — hujus familiam et socios omnes, et salutem ei praestet summam usque ad diem judicii. — Laus Deo, mundorum domino. —

FINIS.

قد اتّفق الفراغ عن تصحيح هذا الكتاب بعون عناية الملك الوهّاب المشتهر باسمآء الكتب لدى اعيان الافاضل والكتّاب وقد امرنى بتصحيحه من هو ولىّ للعلمآء الاعلام

وصدر للفضلآء النبلآء الفهّام والحال ان النسخ من هذا الكتاب قد تطرّق فيها التحريف والتصحيف بكثرة الاستكتاب فامتثلت امره بين الاقدام والاحجام لعلمى بما انطوى عليه من الابهام مع ما فىّ من العجز والقصور والعىّ والفتور واشتغال الافكار ومصابرة الاقدار فاعتمدت على عوآئد مولاى الجليل في اقداره الجميل

فشمرت ساعد الاجتهاد واخذت في تحرير ما به قد اشاد بعد ان حصلت مسوّدة المؤلّف لتكوّن الغلط من النساخ اذ الغالب عليهم ان يكونوا للكتب مسّاخ فتتبّعت كلّ ما فيه من كتب ورسآئل وحواش وشروح ومراسل بمراجعة كتب الطبقات والتواريخ التى تنوف عن اربعمائة مجلّد حتى جعلت كلّ كتاب بربّه مؤيّد وحررت وفيات المصنّفين الامجاد بعد ان كانت متفاوتة الاعداد وربما كان بعضهم خال عن ذكر

---

Quae *Arabatjibáshi* suae recensioni subscripsit, sunt haec:

Absoluta est tandem — auxilio favoris regis liberalissimi — hujus libri emendatio et correctio — qui titulo „Nomina librorum" apud viros eruditione conspicuos et scribas inclaruit. — Jam hunc emendare et corrigere me jussit, qui praeses est virorum doctorum praeter ceteros eruditione distinctorum — et princeps inter viros bene meritos et generositate et intelligentia claros. — Res autem ita se habet, ut exempla hujus libri — culpa librariorum propter crebram descriptionem corruptio et depravatio invaderet. — Itaque viri illius mandatum ita feci, ut modo audacter rem aggrederer, modo timido animo ab ea abstinerem — quia haud ignorabam, quibus difficultatibus occultis ea esset involuta — ad quod accedebat imbecillitas mea et infirmitas — et haesitatio et debilitas — et cogitationum in alias res collatarum occupatio — et cura fata patienter ferendi. — Gratiae igitur et favori Domini mei augusti me commisi — qui ad ea quae agito efficienda benefice me disponit. — Jam brachium studii summi accinxi — et recognoscere incepi, quae auctor nota fecerat — postquam ejus adversaria assecutus eram, quod errores a librariis oriuntur — cum resistere non possint, quin libros mutando depravent. — Examinavi igitur libros et tractatus — et glossas, et commentarios et epistolas omnes in Haji Khalfae lexico descripta — et recurrendo ad libros classium et historicos, qui plus quadringenta volumina explent, persecutus sum — donec librum quemque auctori suo tribuissem — et annorum, quibus auctores gloria et honore conspicui defuncti erant,

زمن الوفاة    فذكرته ليكون مكملًا غير مفتقر لما سواه    وادرجت على ترتيب ما صنّف
بعده مما يُعدّ    وما فاته من الكتب والحواشى مما يوجد    وكلّ ما ذكر فيه من بعد
تاريخ وفاته فهو مضموم    وما فات مصنّفه مما الّف قبله وهو مفهوم    حتى
اشرق تمامه    فى وقت الاشراق من يوم الاحد الرابع    من شهر ربيع
الاخر    لسنة سبعين ومائة بعد الالف السابع    فنسأل الله سبحانه
ان يجيزنا عليه من كرمه العميم    وان يجعل صلتنا برحمته انه
البرّ الرؤف الرحيم    وصلّى الله على سيّدنا محمد
وآله وصحبه وسلّم تسليمًا    والحمد لله ربّ
العالمين
تم

---

consignationem correxissem et emendassem — postquam annorum numeri multum inter se discrepaverant — et saepe hic illic, cum tempus, quo auctor quidam mortuus erat, non esset commemoratum — tempus consignavi, ut articulus perfectus esset neque alia auctoritate egeret. — Praeterea ordini convenienter libros post Haji Khalfae mortem compositos et enumeratione dignos — et ex libris et glossis quae praetermiserat, ea quae inveniri poterant, suo loco inserui. — Quaecunque hic post tempus ejus mortis edita commemorantur, addita sunt — et quae auctorem libri ex iis, quae antea composita sunt, fugerant, non sunt diserte consignata tanquam a me adjecta, donec perfectio hujus recensionis tempore effulgeret, quo sol ortus est feria prima et quidem die quarto mensis Rebí II. anni centesimi septuagesimi post septimum mille annorum spatium (1170 inc. 15. Sept. 1756). — Precamur autem Deum laudibus praedicandum, ut mercedis loco copiosam suam generositatem in nos conferat — et largiter nos misericordia sua donet, nam liberalis, benevolus et clemens est — et benedicat Deus domino nostro *Mohammed* ejusque familiae et sociis, et salutem ei summam praestet. — Sit laus Deo, mundorum domino. —

FINIS.

آثار نو

# NOVA OPERA

AB

## AHMED HANÍFZÁDEH

AD CONTINUANDUM HAJI KHALFAE LEXICON BIBLIOGRAPHICUM COLLECTA
ET AD ORDINEM LITERARUM
DISPOSITA.

AD CODICIS VINDOBONENSIS FIDEM PRIMUM EDIDIT

GUSTAVUS FLUEGEL.

بسم الله الرحمن الرحيم

الحمد لله الذى علّم القرآن خلق الانسان علّمه البيان والصلوة والسلام على سيّدنا محمد صاحب المقام المحمود والمعراج المشهود الذى نزل فى شأنه الافخم اقرأ وربّك الاكرم الذى علّم بالقلم علّم الانسان ما لم يعلم وعلى آله واصحابه مفاتيح الرجا ومصابيح الدجى ثم انّ الله تعالى جعل العلماء ورثة الانبياء فبادروا لاحياء العلوم من المنطوق والمفهوم وصنّفوا كتبا كالدرّ المنثور والمنظوم والّفوا تحفا بسيطة ووجيزة ومنح الغفّار ما تحيّر منه ابكار الافكار وبعد معلوم متتبّعان علوم دركه علّامهٔ دوم كاتب چلبى مرحومك كشيدهٔ تحريرى اسامى كتب اثر جليلى كه بيك التمش حدودنه جارى تأليف اولنان اثارلرى جمع وترتيب ايدوب كشف الظنون عن اسامى

---

Nomine Dei misericordis et clementis.

Laus Deo, qui „Coranum docuit" — hominem creavit, „eum distinctam elocutionem docuit" — et precatio et salus super dominum nostrum Mohammed, qui loco (in coelo a Deo) laudato — et ascensu in coeli contignationes, cui angeli intererant, honoratus est — de cujus dignitate magnifica revelatum est: — „Lege: et Dominus tuus honoratissimus — qui docuit (scripturam) per calamum, — docuit hominem id, quod nesciebat" — et super ejus familiam et socios, claves spei — et lucernas in obscuritate noctis. — Tum Deus excelsus viros doctos — prophetarum heredes constituit — ut certatim properarent ad vitam et vigorem doctrinis conciliandum, tam illis, quae diserte pronuntiatae sunt, quam illis, quae in mente repostae manent — et libros scriberent, qui margaritae quasi essent orationis solutae et ligatae — et folia ampla et brevia componerent. — Et donavit Deus condonator — unde virgines cogitationum ornarentur. —

Deinde vero objectum pervestigationis doctrinarum diligentis hoc *est*, quod secundi Aristotelis, ***Kâtib Jelebi*** bonae memoriae, scriptum compositum, opus scilicet illustre ***Asâmi kutub*** i. e. Tituli librorum, quod libros per spatia mille sexaginta annorum editos complectitur, hos collegit et disposuit, et quod illud opus nomine ***Kashf el-tzonûn***

الكتب والفنون اسميله مسمّى ايلمشلردر وبعده بعض نكته شناسان دخى بطريق الذيل تأليف جديدهلرى جمع وتسويد ايدوب نكن تبييض وتشهيردن عارى اولمغين بو حقير حنيف زاده احمد طاهر فقير على قدر الظفر رؤيت واستماعنه مظهر اولدوغمز تأليفات نوادر اساميلرك اخذ وبر حروف تهجّى بر تحفه جزئى اولمق داعيه سيله ترتيب وتهذيبنه عزيمت ايدوب آثار نو ناميله بنام قيلندى

الله ولى التوفيق ونعم الرفيق

---

*an uskmi el-kutub we el-fonûn* insignitum est. — Postea nonnulli ex viris ingeniosis continuando iterum nova scripta collegerunt et primis lineis consignarunt; attamen hae appendices cum nitide non exararentur neque in vulgus ederentur, contemtus hic *Hanifzâdeh Ahmed* integer et pauper, quot conspectu et auditu cognoverat, tot nomina operum dispersorum comprehendit et ad ordinem alphabeticum disposuit, id cupiens, ut donum parvum esset; et postquam illa disponere et emendate perscribere studuit, libello titulum Novorum Operum dedit. —

Deus autem auxilii dator, et certe hic
adjutor egregius est.

# حرف الالف

١٤٥٠٢ احكام القرانات في النجوم فارسي لمؤلّفه الفاضل الاديب محيي الدين بن بدر
الدين الانارى تأليف السنة سبع عشر ومائة والف أوّله خوبترين كلامى كه چون آفتاب
عالمتاب وماهتاب جهانتاب الخ ١٤٥٠٣ آداب الحكّام في الاخلاق تركي لمؤلّفه شعبان زاده
محتشم افندى تأليف السنة ثمان عشر ومائة والف أوّله حمد موفور وشكر نامحصور كه
باز بلند پرواز عقل الخ ومرتّبة على ثمانية ابواب ١٤٥٠٤ آصف نامه منظوم في الحكايات
لمؤلّفه كامى محمد افندى مرحوم اتحفه بنام مصاحب مصطفى پاشا ١٤٥٠٥ اسامي اصحاب
بدر لمرتّبه والد جامع الحروف شارح شفاء الشريف مولانا الحاج ابرهيم حنيف افندى
سلّمه الله تأليف السنة خمسين ومائة والف اوله الحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA ELIF INCIPIUNT.

14502. **Ahkám el-ckiránát**, statuta constellationum judiciaria de astrologia. Composuit hunc librum, qui ita incipit: Pulcherrima oratio, quae tanquam sol mundum illuminans et splendor lunae orbem illustrans etc., auctor bene meritus et philologus *Mohyi-ed-dín Ben Bedr-ed-dín El-Onári* anno 1117 (inc. 14. Apr. 1705). — 14503. **Adáb el-hokkám**, praecepta judicibus observanda. Opus ethicum ab auctore *Sha'bánzádeh Muhteshim Efendi* anno 1118 (inc. 4. Apr. 1706) compositum, quod ita incipit: Laus copiosa et immensa gratiarum actio, quod falco mentis altivolans etc., et in octo capita distributum est. — 14504. **Asaf-námeh**, liber *Asafi*. Carmen narrationes continens, quod auctor *Kámi Mohammed Efendi* bonae memoriae *Mustafápáshae* sodali Sultani intimo obtulit. — 14505. **Asámi as'háb Bedr**, nomina sociorum prophetae, qui proelio Bedrensi interfuerunt. Composuit pater compilatoris hujus libelli et interpres operis *Shefá Sherif* Molla noster *El-Hájj Ibrahim Hanif Efendi*, cujus memoriae Deus benedicat, anno 1150 (inc. 20. Apr. 1737) librum illum, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino, et benedictio et salutatio super legatum

على رسولنا الخ ١٤٥٠٦ اسب نامه منظوم تركى لمؤلفه سليمان دانش المصرف السلطانى اسبق تأليف السنة اثنى وستين ومائة والف اوله

خان محمود جهاندارى هميشه مولا

شوكت ودولت ايله ايليه مسند پيرا

١٤٥٠٧ اشارات فى الادبيات عربى لمؤلفه السيد محمد حاكم افندى الوقعه نويس لدولة العلية تأليف السنة سبع وسبعين ومائة والف فى اواخر صفر اوله حمد وسپاس بى قياس اول صاحب عظمت ونوال قدرت كه الخ ومرتبة على الاشارات ١٤٥٠٨ اصول الرؤيا عربى فى تعبير الرؤيا مجلد كبير لمؤلفه حسين بن محمود المدعو بيكان الصوفى خليل افندى تأليف السنة تسع وستين ومائة والف اوله الحمد لله رب العالمين والعاقبة للمتقين وصلى الله على سيدنا محمد خاتم النبيين الخ ورتبه على سبعة وخمسين بابا ١٤٥٠٩ اعداد فى اعداد الزاد للمعاد تركى بحث مجموع الفنون لمؤلفه المشار اليه ابرهيم حنيف افندى سلمه الله تأليف السنة اثنى

---

nostrum etc. — 14506. Esb-námeh, liber equorum. Carmen turcicum, quod *Soleimán Dánish*, pristinus aulae Sultanicae numularius, anno 1162 (inc. 11. Dec. 1748) composuit. — Incipit ita:

Principem laude dignum et orbis moderatorem Dominus semper
Potestate et imperio ornamentum throni faciat. —

14507. Isharát, indicia de speciminibus philologicis. Composuit arabice El-Seyyid *Mohammed Hákim Efendi*, historiae imperii scriptor ad aulam sublimem, extremo mense Safer anni 1177 (inc. 1. Jul. 1763) hunc librum, qui ita incipit: Laus et gratiarum actio immensa illi majestatis possessori et potentiae datori, qui etc., et in *Isharát* (indicia) dispositus est. — 14508. Osúl el-ruyá, principia somniorum. Volumen magnum de somniorum interpretatione, quod *Hosein Ben Mahmúd Khalil Efendi*, vulgo *Yekán El-Sufi* dictus, anno 1169 (inc. 26. Sept. 1755) arabice composuit. Liber ita incipit: Laus Deo, mundorum domino, et praemium Deum timentibus, et Deus propitius sit domino nostro *Mohammed* prophetarum sigillo etc., et in quinquaginta septem capita dispositus est. — 14509. A'dád fi i'dád el-zád lil-meád, utensilia numerata de viatico ad alteram vitam praeparando. Liber turcicus, in quo de universis disciplinis quaeritur. Auctor *Ibrahim Hanif Efendi* supra laudatus, cui Deus benedicat, eum anno 1172 (inc. 24. Aug. 1758) composuit, et ita orsus est:

وسبعين ومائة والف اوّله الحمد لله الواحد الماجد الاحد الحيّ الوتر المفرد الصمد الخ

١٤٥١٠. اقرباذين في الطبّ تركي لمؤلّفه رئيس الاطبّاء السلطاني المرحوم نوح افندى تأليف السنة ست وعشر ومائة والف اوّله حمد نامحدود اول حكيم حيّ ودود دركاهنه عرضه داشته قلنور كه الخ     ١٤٥١١ امرة نفيسة في النحو لمؤلّفه مولانا المرحوم عارف عبد الباقي افندى قاضي عساكر روم توفي لسنة خمس وعشرين ومائة والف اوّله . . .     ١٤٥١٢ انفع الوسائل في تحرير المسائل في الفقه لمؤلّفه ابرهيم افندى بن علي بن احمد الطرسوسي تأليف في زمان السلطان محمود خان اوله الحمد لله الذي نوّر قلوب العلماء بمصابيح خلاصة الرعاية الخ     ١٤٥١٣ انيس العشاق منظوم في نظائر الابيات التركيّة لمرتّبه السابق المصرف السلطاني دانش سليمان افندى تاريخ تأليف

قلدى ترتيبنه دانش تاريخ

به نه دلكش اثر پاك جديد

اوّله

---

Laus Deo unico, gloria conspicuo, uni, vivo, singulari, incomparabili, sempiterno etc. — 14510. Ecrabádín, dispensatoria medica. Scripsit turcice medicorum Sultani princeps bonae memoriae *Núh Efendi* anno 1116 (inc. 25. Apr. 1704), et orsus est ita: Laus, immensa aulae illius sapientis, vivi et dilecti offertur, qui etc. — 14511. Imret Nefíset, accessio pretiosa. Liber grammaticus, quem Molla noster bonae memoriae *Arif Abd-el-bácki Efendi* summus Rumeliae judex, anno 1125 (inc. 17. Jan. 1713) mortuus, composuit. Incipit ita: . . . — 14512. Anfa' el-wesáil, utilissimum praesidiorum, de accurata quaestionum juridicarum recognitione. Composuit *Ibrahím Efendi Ben Alí Ben Ahmed El-Tartúsí* tempore Sultani *Mahmúd Khán* hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui corda virorum doctorum lucernis purissimae observantiae illuminavit etc. — 14513. Anís el-oshshák, sodalis amantium. Carmen turcicum de iisdem verbis in versibus vario significatu obviis, quod *Dánish Soleimán Efendi*, pristinus aulae Sultanicae nummularius, in ordinem disposuit. Ad tempus compositionis significandum hunc versum condidit:

Fecit *Dánish* in opus suum hoc chronogramma:

Quale, papae! opus delectans purum et novum!

Carmen ita incipit:

كلك هنرانرا قصب السبق كمالات

تاكى بو سكونده سكه دوشمز بو خموشى

## حرف الباء

١٤٥١٤ بديعية فى . . . لمؤلّفه محمود افندى بن خليل الشهير بداماد بياضى زاده توفى لسنة تسع وستين والف ١٤٥١٥ بركات الابرار فى الفقه لمؤلّفه الواعظ عثمان افندى بن يعقوب بن حسين الكماخى تأليف فى حدود خمس وخمسين ومائة والف اوّله الحمد لله الذى امرنا بالتخلّق بالاخلاق الحميدة والتقوى والصلوة والسلام على رسوله الخ ١٤٥١٦ بضاعة الحكّام فى الصكّ تركى لمؤلّفه محمد افندى بن مصطفى بن محمود الاستانبولى الشهير بحاجب زاده الّفه ابتداء سنة ١٠٦٤ تكميل السنة ١٠٨١ ومرتّبة بر فصل وبر مقدمة وبر كتاب وبر تذنيب وبر خاتمة ١٤٥١٧ بلبل نامه تركى لمؤلّفه مولانا شيخ الاسلام محمد اسعد افندى توفى لسنة ست وستين ومائة والف ١٤٥١٨ بعثت نامه منظوم حاوى خمسمائة والف ابيات

---

Docto calamo debetur praemium in certamine ingeniorum excultorum,
Dummodo in hoc otio non indulgeas huic silentio.

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA BÁ INCIPIUNT.

14514. **Bedíiyet fi . . .**, *Caṣída* de arte ornate dicendi, auctore *Mahmúd Efendi Ben Khalíl*, vulgo *Dámád Beyádhízádeh* dicto et anno 1069 (inc. 19. Sept. 1658) mortuo. — 14515. **Berekát el-abrár**, benedictiones justorum de jurisprudentia. Composuit *Othmán Efendi Ben Ya'cúb Ben Hosein El-Kumákhi* Concionator circa annum 1155 (inc. 25. Febr. 1742) hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos moribus laudandis et timore Dei ornare nos jubet, et precatio et salutatio super ejus legatum etc. — 14516. **Bidháat el-hokkám**, promtuarium judicum de actis judicialibus. Composuit turcice *Mohammed Efendi Ben Mustafá Ben Mahmúd El-Istánbúli*, vulgo *Hájibzádeh* dictus, qui anno 1064 (inc. 12. Nov. 1653) scribere incepit, et anno 1081 (inc. 11. Mai. 1670) hoc opus, in sectionem, praefationem, librum ipsum, appendicem et conclusionem distributum, absolvit. — 14517. **Bulbul-námeh**, liber lusciniae, a Molla nostro Sheikh el-islám *Mohammed As'ad Efendi*, anno 1166 (inc. 28. Oct. 1752) mortuo, turcice compositus. — 14518. **Ba'thet-námeh**, liber missionis.

لمؤلّفه مولانا شيخ الاسلام وصّاف عبد الله افندى الشهير بايران قاضيعسكرى توفى سنة اربع وسبعين ومائة والف اوّله . . .

## حرف التآء

١٤٥١٩ تعديل امزجة فى الطبّ لمؤلّفه مترجم فرهنك شعورى مرحوم حسن افندى توفى سنة ثلثين ومائة والف . ١٤٥٢٠ تاريخ تركى للدولة العثمانيّة سمّاه واقعات لدولة العثمانيّة لمؤلّفه عبد الله بن ابرهيم الاسكدارى الخليفة بقلم موقوفاتى ابتداء ضبطه سنة ١١٠٠ الى سنة ١١٠٦ اوّله . . . ١٤٥٢١ تاريخ منجم باشى عربى مجلّدين كبيرين سمّاه جامع الدول لمؤلّفه رئيس المنجّمين احمد دده افندى ابتداء ضبطه من اوّل خلقة ادم عليه السلام الى السنة ثلث وثمانين والف يتلوه ترجمة ١٤٥٢٢ تاريخ آل عثمان سمّاه مجمع الاخبار فى تعريف الاخيار تركى لمرتّبه الحاج احمد افندى المدرّس بمدرسة على باشاى عتيق تأليف السنة

---

Carmen mille quingentos versus continens, quod Molla noster Sheikh el-islám *Wassáf Abdallah Efendi*, vulgo *Irán Cádhiaskeri* dictus et anno 1174 (inc. 2. Aug. 1760) mortuus, composuit. Incipit ita: . . . —

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA TÁ INCIPIUNT.

14519. Ta'díl emzijeh, temperatio humorum. Opus medicum, quod *Hasan Efendi* bonae memoriae, interpres libri *Ferhenghi Shuúri*, anno 1130 (inc. 24. Nov. 1717) mortuus, composuit. — 14520. Taríkh, historia dynastiae Othmanicae, *Wákiát li dewlet el-othmáníyet* i. e. „Res gestae dynastiae Othmanicae" inscripta, quam *Abdallah Ben Ibrahim Uskudári* assessor in camerae aerarialis cancellaria aestimationum *Mewkúfát calemi* dicta anno 1100 (inc. 16. Oct. 1688) usque ad annum 1106 (inc. 12. Aug. 1694) scripto mandare incepit. — Incipit ita: . . . — 14521. Taríkh Monejjimbáshi, historia *Monejjimbáshii* arabice scripta et duobus voluminibus magnis comprehensa, quae titulum *Jámi' el-dowel* i. e. „Sylloge dynastias complectens" prae se fert. Composuit astronomorum princeps *Ahmed Dedeh Efendi*, qui compositionem ab initio creationis Adami incepit et usque ad annum 1083 (inc. 19. Apr. 1672) pervenit. — Infra translatio sequetur. — 14522. Taríkh ál Othmán, historia dynastiae Othmanicae *Mejma' el-akhbár fi ta'rif el-akhyár* i. e. „Sylloge historiarum de cognitione virorum optimorum" inscripta. Composuit turcice *El-Hájj Ahmed Efendi* professor ad collegium *Alipáshae* Prisci anno 1142 (inc. 16 Jul. 1729), et

To: www.al-mostafa.com

اثنى واربعين ومائة والف اوله الحمد لله الباقى وكل من عليها فان الدائم سلطانه الخ ومرتبة على مقدمة وتسعة فصول ١٤٥٢٣ تاريخ وقائع آل عثمان سماه وقائع نامه لمرتبه عبد الرحمن الشهير بنشانجى عبدى پاشا ابتداء ضبطه السنة ثمان وخمسين والف انتهى لسنة سبع وتسعين والف اوله

الهى ابتدم اسمكله بدايت
كه هپ سندندر انعام وعنايت
سكا مخصوصدر حمد وثنا هپ

١٤٥٢٤ تاريخ وقائع سماه زبدهء وقائعات لمرتبه محمد پاشا الشهير بداماد ابتداء ضبطه السنة اثنى وثمانين والف انتهى السنة خمس وعشرين ومائة والف اوله حمد كثير اول سلطان كبيره ومالك الملك القدير ومدبر فى وزير الى اخره ١٤٥٢٥ تاريخ وقائع سماه روضة الحسين لمرتبه نعيما مصطفى افندى ابتداء ضبطه السنة الف انتهى السنة سبعين والف اوله لتنادف

---

liber, qui ita incipit: Laus Deo perduranti, dum omnia quae super terram sunt evanescunt, cujus imperium sempiternum est etc., in praefationem et novem sectiones distributus est. — 14523. **Taríkh wacái' ál Othmán**, historia rerum a dynastia Othmanica gestarum titulo ***Wacái'-námeh*** i. e. „Liber rerum gestarum" insignita. Auctor ***Abd-el-rahman***, vulgo ***Nishánji*** i. e. „scriba a rebus publicis" ***Abdipásha*** dictus, scriptionem ab anno 1058 (inc. 17. Jan. 1648) incepit et usque ad annum 1097 (inc. 18 Nov. 1685) pervenit. Historia ita incipit:

O Deus, a Tuo nomine initium feci,
Nam omnia a Te veniunt; gratia et favor
Tibi propria sunt, et omnis laus et gloria. —

14524. **Taríkh wacái'**, historia rerum gestarum ***Zubdet wacái'át*** i. e. „Cremor rerum gestarum" inscripta. Composuit ***Mohammedpásha***, vulgo ***Dámád*** dictus, qui ab anno 1082 (inc. 30. Apr. 1671) scribere incepit et usque ad annum 1125 (inc. 17. Jan. 1713) pervenit. Historia ita incipit: Laus copiosa illi Sultano magno, principi regni potenti et gubernatori sine Weziro etc. — 14525. **Taríkh wacái'**, historia rerum gestarum ***Raudhat El-Hosein*** i. e. „Viridarium ***Hoseini***" inscripta. Composuit ***Naímá Mustafá Efendi***, qui ab anno 1000 (inc. 9. Oct. 1591) scribere incepit et usque ad annum 1070 (inc. 8. Sept. 1659) pervenit. Liber ita incipit:

حمد وسپاس وشرآنف شکر و[ثنا] فی قیاس الخ مجلّدین ١٤٥٢٦ تاریخ وقآئع لمرتّبه مولانا محمد راشد افندی ابتداء ضبطه السنة سبعین والف انتهی اربع وثلثین ومائة والف علی ترتیب ثلث مجلّدات اوله حمد اول مبدع کارگاه ایجاد وتکوین جنابنه که الخ جلد اوّل . . . ثانی سی . . . ثالث سنة ١١٣٠ ١٤٥٢٧ تاریخ وقآئع لمرتّبه سامی مصطفی افندی ابتداء ضبطه السنة ثلث واربعین ومائة والف انتهی السنة سبع واربعین [ومائة] والف ١٤٥٢٨ تاریخ وقآئع لمرتّبه مرحوم شیخ الاسلام کوچک چلبی زاده اسمعیل عاصم افندی ابتداء ضبطه السنة اربع وثلثین ومائة والف انتهی السنة احدی واربعین ومائة والف اوله حمد که بنور قدس اراسته است حمد که چو بزم انس پیراسته است الخ ١٤٥٢٩ تاریخ وقائع لمرتّبه صبحی محمد افندی ابتداء ضبطه السنة ثلث واربعین ومائة والف جلد اوّل اوّله حمد وسپاس بیحدّ وشمار وشکر فی قیاس ممتنع الانحصار اول خدای واجب الوجود الخ مجلد کبیر در ١٤٥٣٠ تاریخ وقآئع لمرتّبه عزّی سلیمان افندی ومرتّبه علی جلدین ابتداء

---

Elegantiae laudis et gloriae et praestantiae nobiles gratiarum actionis et [elogii] immensi etc., et e duobus voluminibus constat. — 14526. Tarîkh wacâi', historia rerum gestarum. Composuit Molla noster *Mohammed Râshid Efendi*, qui librum ab anno 1070 (inc. 8. Sept. 1659) scribere incepit et usque ad annum 1134 (inc. 11. Oct. 1721) progressus est. — Historia, quam per tria volumina disposuit, ita incipit: Laus illi majestati primi officinae creationis et productionis confectoris, qui etc. — Primum volumen ab anno . . ., secundum ab anno . . . et tertium ab anno 1130 (inc. 24. Nov. 1717) incipit. — 14527. Tarîkh wacâi', historia rerum gestarum. Composuit *Sâmi Mustafâ Efendi*, qui ab anno 1143 (inc. 6. Jul. 1730) scribere incepit, et usque ad annum 1147 (inc. 23. Mai. 1734) pervenit. — 14528. Tarîkh wacâi', historia rerum gestarum. Composuit Sheikh el-islâm bonae memoriae *Cutschuk Jelebizâdeh Ismail Asim Efendi*, qui ab anno 1134 (inc. 11. Oct. 1721) scribere incepit et usque ad annum 1141 (inc. 27. Jul. 1728) progressus est. — Liber ita incipit: Laus, quae luce divinitatis condecorata est, laus, quae instar epularum humanitatis sollemnium ornata est etc. — 14529. Tarîkh wacâi', historia rerum gestarum. Composuit *Subhi Mohammed Efendi*, qui ab anno 1143 (inc. 6. Jul. 1730) scribere incepit. Volumen primum, quod magni ambitus est, ita incipit: Laus et gloria infinita et innumerabilis et gratiarum actio immensa et numero non comprehenda illi Deo, qui absoluta existentia fruitur etc. — 14530. Tarîkh wacâi', historia rerum gestarum. Auctor *Izzi Soleimân Efendi* librum, quem in duo volumina disposuit, ab anno 1157

ضبطه لسنة سبع وخمسين ومائة والف الى ستين ومائة والف فى ذى الحجة واوّل جلد اوّل

يا رب بو رياض ابجره زلال كرمكله
بو تازه قلم اشلمه سن بارور ايله
قيلدك فى چون وقعه نويس در دولت
فيضك ايله آثارميده معتبر ايله

ابتداء ضبط جلد ثانى لسنة احدى وستين ومائة والف الى خمس وستين ومائة والف واوّل جلد ثانى الحمد لمن جعل وقائع الاسلاف عبرة للاخلاف والصلوة والسلام على من بين سبيل الرشد والعفاف الخ ١٤٥٣١ تاريخ وقائع حاليا لمرتبه وقعه نويس السيد محمد حاكم افندى ابتداء ضبطه السنة ستين ومائة والف الى ثمانين ومائة والف غرّه رجب ١٤٥٣٢ تاريخ وقائع بوسنه سفر سر عسكر على پاشا لمرتبه مشار اليه صبحى محمد افندى اوّله جناب فتاح ولايت ايجاد واختراع حضرت وهاب ايالت والله يؤتى ملكه من يشاء الخ ١٤٥٣٣ تاريخ

---

(inc. 4. Febr. 1744) scribere incepit et usque ad mensem Dzu'lhijjet anni 1160 (inc. 2. Jan. 1747) progressus est. Volumen prius ita incipit:

O domine, in hoc viridario aqua limpida generositatis Tuae
Hujus calami recentis laborem frugiferum redde.
Fecisti cannam historiographo imperii similem;
Gratia Tua abundante mea quoque opera haud contemnenda redde. —

Historiae compositio posterioris voluminis, quod ita incipit: Laus ei, qui eventa majorum posteris exemplum esse voluit, et precatio et salutatio super eum, qui viam rectitudinis et abstinentiae clare monstravit etc., ab anno 1161 (inc. 22. Dec. 1748) proficiscitur et ad annum 1165 (inc. 9. Nov. 1751) pertinet. — 14531. **Tarikh wacái'**, historia rerum tempore praesenti gestarum. Composuit imperii historiographus El-Seyyid *Mohammed Hákim Efendi*, qui historiam ab anno 1160 (inc. 2. Jan. 1747) scribere incepit et usque ad initium mensis Rejeb anni 1180 (inc. 29. Mai. 1766) progressus est. — 14532. **Taríkh wacái' Bosna**, historia rerum in expeditione contra Bosinam a duce exercitus summo *Alipásha* gestarum. Composuit *Subhi Mohammed Efendi* supra commemoratus, qui ita orsus est: Dignitas augusta apertoris terrae creationis et novae productionis, majestas datoris dominii (verborum): „Deus autem tribuit suum regnum, cui vult“ etc. — 14533. **Taríkh**

دیکر غزوات دیار بوسنه لمرتّب ابرهیم افندی از متفرقات درکاه عالی طابع الکتب بتبییض مسوّده بوسنوی عمر افندی [نوفی] لسنة ١١٥٤ محرم ابتداء ضبطه لسنة ١١٤٩ محرم غرّه الی سنة ١١٥٢ ماه جمادی الاولی سلخنه کلنجه اوله چون ارادت علیه ازلیه زمرهٔ مؤمنین وموحدینه مبذول عنایات فی غایت غیر ممنونهسی جملهیه اعلان وعیان الخ  ١٤٥٣٤ تاریخ وقایع قمنچه لمرتّبه مرحوم نابی یوسف افندی الفه بنام احمد پاشا ابتداء ضبطه السنة اثنی وثمانین والف اوله

بی نام خدا سخنده تأثیر اولمز
بی رهبر حمد سوز جهانکیر اولمز

١٤٥٣٥ تاریخ آل جنکیز ترکی سمّاه سبع السیار فی اخبار ملوک التاتار لمؤلّفه مولانا السیّد محمد رضا افندی القریمی تألیف السنة خمسین ومائة والف اوّله حمد نامعدود وثنای نامحدود معبود ومسجود اولان جناب واجب الوجوده الخ  ١٤٥٣٦ تاریخ آل عثمان لمرتّبه

**dighar ghazewáti diyár Bosna**, historia alia expeditionum bellicarum contra Bosinae terras susceptarum. Composuit *Ibrahím Efendi*, unus ex equitibus portae sublimis securitatem principis custodientibus, qui libros Bosinensis *Omar Efendi* primis lineis conceptos nitidissime impressit. Mortuus est mense Moharrem anni 1154 (inc. 8. Mart. 1741), et historiam ab initio mensis Moharrem anni 1149 (inc. 1. Mai. 1736) scribere incepit et usque ad finem mensis Jomádzi I. anni 1152 (inc. 30. Mart. 1739) pervenit. Liber ita incipit: Cum benevolentia sublimis et aeterna societati fidelium et unum Deum profitentium, largitio vero infinitarum gratiarum, quae nunquam exprobrantur, omnibus patefacta et manifestata sit etc. — 14534. **Taríkh wacái' Cameniтsche**, historia rerum ad Caminiec gestarum. Composuit *Nábi Yusuf Efendi* bonae memoriae, et *Ahmedpáshae* librum obtulit, cujus scriptionem ab anno 1082 (inc. 30. Apr. 1671) inchoavit. Ille ita incipit:

Sine nomine Dei in verbo nulla est efficacitas,
Sine duce Laudis vox non est orbis terrarum expugnator. —

14535. **Taríkh ál Jenghíz**, historia *Jenghízi*darum titulo *Seb'o' el-seyyár fi akhbár molúk El-Tátár* i. e. „Septem planetae de historiis principum Tatarorum" insignita. Composuit turcice hunc librum, qui ita incipit: Laus innumerabilis et gloria immensa majestati reverendae et adorandae, quae absoluta existentia fruitur etc., Molla noster El-Seyyid *Mohammed Ridhá Efendi El-Chirimi* anno 1150 (inc. 20. Apr. 1737). — 14536. **Taríkh ál Othmán**, historia dynastiae Othmanicae. Composuit *Ibrahím*-

دفتردار ابرهيم پاشا الشهير بپچوى توفى سنة احدى وستين والف ١٤٥٣٧ تاريخ مختصر تركى سمّاه دول نامه ابتداء هبوط ادم عليه السلام الى السنة ثمان وثلثين ومائة والف لمؤلفه رازى افندى زاده عبد الرحمن منيب افندى الّفه بنام ابرهيم پاشا فى السنة المذكورة اوله حمد وسپاس وشكر بى قياس لاحد صمد لم يلد ولم يولد ولم يكن له كفوًا احد الخ ١٤٥٣٨ تاريخ اغوانيان فى دولت شاهان ايران زمين تركى لمؤلفه زمره درويشاندن سياح نامنده بر شخص تأليف السنة احدى واربعين ومائة والف ابتداء ضبطه سنة ٩٠٦ انتهى فى حكومت اشرف خان اوله الحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام على جميع الانبياء والمرسلين الخ ١٤٥٣٩ تاريخ فتح شهيد على پاشا در موره سمّاه روضة العلى فارسى لمؤلفه محمد پاشا تأليف السنة ثمان وعشرين ومائة والف اوله . . . ١٤٥٤٠ تاريخ وقائع سلطان مصطفى خان ثانى در ادرنه لمؤلفه سرّى ابرهيم افندى الّفه بنام سلطان مذكور وتوفى لسنة احدى وعشر ومائة والف اوله . . . ١٤٥٤١ تاريخ خلفاء سمّاه كلشن خلفاء تركى لمؤلفه نظمى

*pásha* thesaurarius, vulgo *Petschewi* dictus et anno 1061 (inc. 15. Dec. 1650) mortuus. — 14537. Tarikh mokhtasar, compendium historiae turcicum, titulo *Duwel-námeh* i. e. „Dynastiarum liber" ornatum. Auctor *Rázi Efendizádeh Abd-el-rahmán Munib Efendi* hanc historiam, quae ita incipit: Laus et gloria et gratiarum actio immensa „uni, sempiterno. Non genuit, et non est genitus. Et non fuit illi par ullus" etc., a descensione Adami, cui Deus propitius sit, incepit et ad annum 1138 (inc. 29. Aug. 1725) continuavit, eamque anno dicto *Ibrahimpashae* obtulit. — 14538. Tarikh Aghwániyán, historia Afghanorum de dynastia Shahorum terrae persicae. Composuit turcice vir aliquis ex agmine Derwishorum, *Seyyáh* (viator) dictus, anno 1141 (inc. 27. Jul. 1728), et scriptionem historiae, quae ita incipit: Laus Deo, mundorum domino, et precatio et salutatio super prophetas et legatos omnes etc., ab anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) inchoavit, et usque ad imperium *Eshref Khán*i progressus est. — 14539. Tarikh fat'h shehíd Alípasha, historia victoriae martyris *Alípasha* in Morea *Raudhat el-olá* i. e. „Viridarium sublimium factorum" inscripta. Composuit persice *Mohammedpasha* anno 1128 (inc. 16. Dec. 1715), et liber ita incipit: ... — 14540. Tarikh wacái' Sultán Mustafá Khán thání, historia rerum Adrianopoli gestarum Sultani *Mustafá Khán II.* Scripsit *Sirri Ibrahim Efendi*, anno 1111 (inc. 19. Jun. 1699) mortuus, et librum, qui ita incipit: ..., Sultano modo laudato obtulit. — 14541. Tarikh kholafá, historia Khalifarum *Gülsheni kholafá* i. e. „Rosarium Khalifarum" inscripta. Composuit

زاده مرتضى افندى البغدادى تأليف السنة ثلثين ومائة والف اوّله مطلع انوار كلام قديم
ميمنت افزاى امور جهان حبل متين الخ ابتداء ضبطه سنة ١٠٢٧ انتهى لسنة ست وعشر
ومائة والف ١٤٥٤٢ تاريخ مصر قاهرة تركى لمؤلّفه محمد بن يوسف الحلاق تأليف السنة
ثلث وعشرين ومائة والف مجلّد كبير ١٤٥٤٣ تحفة الأمثال تركى فى الضروب لمؤلّفه نابى
محمد افندى القنوى توفى لسنة خمس وثمانين والف ١٤٥٤٤ تحفة الحرمين فى التأريخ
لمؤلّفه نابى يوسف افندى المشهور تأليف السنة تسع وثمانين والف اوّله

اى بيت حرامى صفّ غفرانه مقام
وى باب سلامى مدخل دار سلام

١٤٥٤٥ تحفة الحرمين فى تأريخ المدينة المنوّرة لمؤلّفه محمد ناطق الشهير بجليلى زاده توفى
لسنة تسع وعشرين ومائة والف اوّله . . . ١٤٥٤٦ تحفة الحكايات فى المناقب لمؤلّفه مولانا
مصطفى رحى افندى ألّفه بنام صدر الاعظم حكيم زاده على پاشا توفى لسنة خمس وسبعين

---

*Murtedhá Efendi El-Baghdádi*, vulgo *Natzmizádeh* dictus, anno 1130 (inc. 24. Nov. 1717), et historiam, quae ita incipit: Qui ortum dat luminibus orationis aeternae, et prosperitatem rerum mundi auget, vinculum firmum (i. e. Coranus) etc., ab anno 1027 (inc. 19. Dec. 1617) scribere inchoavit, et usque ad annum 1116 (inc. 25. Apr. 1704) progressus est. — 14542. **Tarikh Misr Cáhira**, historia urbis Cáhira. Magnum volumen, quod *Mohammed Ben Yusuf El-Hallác* anno 1123 (inc. 8. Febr. 1711) turcice composuit. — 14543. **Tohfet el-amthál**, donum proverbiorum. Composuit turcice *Mohammed Efendi El-Cunewi*, vulgo *Nábi* dictus et anno 1085 (inc. 28. Mart. 1674) mortuus, de arte proverbia proferendi. — 14544. **Tohfet el-haramein**, donum duarum urbium sacrarum Mekka et Medina. Opus historicum, quod celeberrimus *Yusuf Efendi*, vulgo *Nábi* dictus, anno 1089 (inc. 13. Febr. 1678) composuit, et ita orsus est:

O domus sacra, seriei condonationis statio,
O porta salutis, introitus domus beatitatis! —

14545. **Tohfet el-haramein**, donum duarum urbium sacrarum Mekka et Medina. Historia Medinae illuminatae ita incipiens: . . ., quam *Mohammed Nátic*, vulgo *Jelilizádeh* dictus et anno 1129 (inc. 5. Dec. 1716) mortuus, composuit. — 14546. **Tohfet el-hikáyát**, donum narrationum. Panegyricus, quem Molla noster *Mustafá Ruhi Efendi*, anno 1175 (inc. 22. Jul. 1761) mortuus, composuit et summo Weziro

ومائة والف    ١٤٥٤٧ تحفة النعمان تركى لمؤلفه طائب احمد افندى الشهير بعثمان زاده توفى لسنة خمس وثلثين ومائة والف    ١٤٥٤٨ تحفة الوزراء وبهجة الندماء تركى منظوم لمؤلفه مولانا كامى محمد افندى بن الشيخ ابرهيم الادرنوى توفى لسنة ست وثلثين ومائة بعد الالف    ١٤٥٤٩ تاريخ عجائب مصر قاهرة تركى لمؤلفه الشيخ عبد الدين بن الشيخ عبد الرحمن السيواسى الفه بنام عبدى باشا الوالى بمحافظه سيواس ثمان وعشر ومائة والف اوله يا من نصب دلائل على عظم ملكوته ويا من انطق المكونات بكمال جبروته الخ ١٤٥٥٠ تاريخ هزارفند سماه تنقيح تواريخ تركى لمؤلفه مرحوم حسين افندى الشهير بهزارفند الفه سنة ١٠٨١ تكميل سنة ١٠٨٣ شوال اوله حمد وحد حمد اول حضرت ذى الجلال المجيده كاره كيم جويبار شمشير سلاطين عدل آيين ايله حديقهء زوى زمينى لاله زار امن وامان ايلدى الخ ورتبه على تسعة ابواب وفصول كثيرة    ١٤٥٥١ تحفة اللبيب تركى فى بيان مراقد الاولياء والعلماء

*Hakímzádeh Alipasha* obtulit. — 14547. **Tohfet El-No'mán**, donum *No'máni*. Composuit turcice *Táib Ahmed Efendi*, vulgo *Othmánzádeh* dictus et anno 1135 (inc. 1. Oct. 1722) mortuus. — 14548. **Tohfet el-wozará we Behjet el-noamá**, donum Khalifarum et oblectamentum delicatorum. Carmen turcicum a Molla nostro *Kámi Mohammed Efendi Ben* El-Sheikh *Ibrahim Edrenewi*, anno 1136 (inc. 20. Sept. 1723) mortuo, compositum. — 14549. **Taríkh ajáib Misr Cáhira**, historia miraculorum urbis Cáhira. Scripsit turcice Sheikh *Abd-ed-dín Ben* El-Sheikh *Abd-el-rahman El-Siwási* anno 1118 (inc. 4. Apr. 1706), et librum, qui ita incipit: O ille, qui argumenta pro magnitudine regni sui invisibilis constituit, o ille, qui rebus creatis linguam dedit, ut de perfectione omnipotentiae ejus loqui possent etc., *Abdipashae* gubernatori et praesidiario sanjacatus Siwás obtulit. — 14550. **Taríkh Hezárfend**, historia *Hezárfendi*, *Tenckíh tewárikh* i. e. „Recognitio accurata historiarum" inscripta. Composuit turcice *Husein Efendi* bonae memoriae, vulgo *Hezárfend* dictus, anno 1081 (inc. 11. Mai. 1670), et mense Shewwál anni 1083 (inc. 19. Apr. 1672) absolvit. Liber ita incipit: Laus et centies laus illi majestati gloriosae, quae creata fecit, quae fluvio gladii Sultanorum justorum hortum superficiei terrae aream securitatis et tranquillitatis tulipis consitam fecit etc., et in novem capita et multas sectiones distributus est. — 14551. **Tohfet el-lebíb**, donum cordati de descriptione sepulcrorum virorum sanctorum et doctorum in regione et vicinitate

بحوالی وقرب تبریز لمؤلّفه محمود لبیب الشاعر الرومی الّفه بنام سلطان احمد خان غازی لسنة ثمان وثلثین ومائة والف اوله الحمد لله الذی نصر الاولیآء بجنود التوفیق والوفاق وسقاهم عاجلا شراب الفتوح لذیذ المذاق الخ ورتّبه علی پنج مرتبة وبش باب وبر خاتمة

١٤٥٥٢ تحفة رسمیّة فی التصوّف ترکی لمؤلّفه مرحوم مشهور الشیخ اسمعیل الحقی بن مصطفی البروسوی توفی لسنة اثنی وثلثین ومائة والف اوّله وهدوا الی الطیّب من القول وهدوا الی الصراط الحمید الخ ١٤٥٥٣ وتحفة اسمعیلیّة ١٤٥٥٤ وتحفة خاصّکیّة لمؤلّفه مشار الیه مرحوم ١٤٥٥٥ تخمیس قصیدة بردة لمؤلّفه نحیفی محمد سلیمان افندی تألیف السنة فی حدود ثلث وعشرین ومائة والف اوله

حمد اول اله واحد قیومه دمبدم

کم ایلدی عبادینی مستغرق نعم

١٤٥٥٦ تخمیس قصیدة مضریّة لمؤلّفه ایضا اوّله

---

urbis Tibríz. Composuit turcice *Mahmúd Lebíb El-Rumi* Poeta, et anno 1138 (inc. 29. Aug. 1725) Sultano *Ahmed Khán Gházi* obtulit. Historia ita incipit: Laus Deo, qui viros sanctos legionibus auxilii et consensus adjuvit, et iis potum revelationum gustu dulcem jam in hac vita propinavit etc., et in quinque ordines, quinque capita et conclusionem disposita est. — 14552. **Tohfet Resmíyet**, donum rituale de theosophia. Composuit turcice hunc librum, qui ita incipit: „Et directi fuerunt ad bonum ex dicto (i. e. ad dictum bonum, nempe ad confessionem unitatis Dei) et directi fuerunt ad viam laudatam" etc., celeberrimus Sheikh *Ismaíl El-Haccki Ben Mustafá El-Burusewi* bonae memoriae, anno 1132 (inc. 3. Nov. 1719) mortuus. — 14553. we **Tohfet Ismaílíyet**, et donum *Ismaíl*iticum. — 14554. we **Tohfet Khássekíyet**, et donum Sultanae Khasseki oblatum, eodem auctore bonae memoriae modo laudato. — 14555. **Takhmís Casídet Burdet**, *Casída Burdet* elocutione quinquiplicata circumscripta. Composuit *Nahífi Mohammed Soleimán Efendi* circa annum 1123 (inc. 8. Febr. 1710), et orsus est ita:

Laus illi Deo unico, constanti sibi et firmo, in omni puncto temporis,
Qui cultores suos beneficiis immergit. —

14556. **Takhmís Casídet Modharíyet**, *Casída Modharíyet* elocutione quinquiplicata reddita, eodem auctore. Incipit ita:

الهی ایلیوب اشراف او سیّد البشری

یکانه ایلدی اشراف ایچنده اول کهری

١٤٥٥٧ تخمیس کلام حضرت علی لمؤلّفه شیخ محمد المصری توفی لسنة خمس ومائة والف اوّله . . . ١٤٥٥٨ تخریج احادیث لشرعة الاسلام عربی لمؤلّفه مولانا شارح شفآء شریف الحاج ابرهیم حنیف افندی سلّمه الله والد حقیر الّفه لسنة خمس وسبعین ومائة والف

١٤٥٥٩ تخمیس قصیدهٔ دمیاطیّة عربی لمؤلّفه السیّد محمد حاکم افندی الوقعه نویس حالاً لدولة العلیة الّفه حدود السنة ثمان وستین ومائة والف اوّله الحمد لله وحده والصلوة والسلام علی نبیه محمد لا نبی بعده الخ ١٤٥٦٠ تخمیس قصیدهٔ دمیاطیّة عربی لمؤلّفه شیخ الاسلام مولانا محمد اسعد افندی الّفه حدود السنة ثمان واربعین ومائة والف اوّله . . .

١٤٥٦١ وتخمیس قصیدهٔ بردة ١٤٥٦٢ وتخمیس قصیدهٔ همزیّة لمؤلّفه مولانای مشار الیه

١٤٥٦٣ تزیین المطالع فی تمرین المطالع فی المنطق لمؤلّفه محمد سزائی من قضاة روم ایلی

---

O is Deus, qui dominum illum hominum nobilitavit,
Qui illustrem illam personam unicam inter nobiles fecit. —

14557. **Takhmís kelám hadhreti Alí**, apophthegmata *Alii* excellentis elocutione quinquiplicata circumscripta a Sheikho *Mohammed El-Misri*, anno 1105 (inc. 23. Aug. 1693) mortuo. — Incipiunt ita: . . . — 14558. **Takhríj ahádíth**, traditiones ex opere *Shir'at el-islám* enucleatae. Composuit arabice Molla noster interpres libri *Shefá Sherif* et pater auctoris contemti hujus libelli *El-Hájj Ibrahím Haníf Efendi*, cui Deus propitius sit, anno 1175 (inc. 22. Jul. 1761). — 14559. **Takhmís Casídet Dimyátíyet**, *Casída Dimyátíyet* elocutione quinquiplicata arabice circumscripta a Seyyid *Mohammed Hákim Efendi* aulae sublimis historiographo hujus temporis. Composuit hanc recensionem, quae ita incipit: Laus Deo soli, et precatio et salus super ejus prophetam *Mohammed*, post quem nullus propheta venit etc., circa annum 1168 (inc. 7. Oct. 1754). — 14560. **Takhmís Casídet Dimyátíyet**, *Casída Dimyátíyet* elocutione quinquiplicata a Sheikh el-islám Molla nostro *Mohammed As'ad Efendi* circa annum 1148 (inc. 13. Mai. 1735) arabice circumscripta, quae ita incipit: . . . — 14561. **we Takhmís Casídet Burdet**, *Casída Burdet* elocutione quinquiplicata reddita. — 14562. **we Takhmís Casídet Hemzíyet**, et *Casída Hemzíyet* elocutione quinquiplicata circumscripta, eodem auctore Molla nostro modo laudato. — 14563. **Tezyín el-metáli'**, exornatio ortuum luminum de exercitatione attente legentis. Opus logicum a *Mohammed Sezáyi* Rumeliae judice anno 1070 (inc. 8.

تأليف السنة سبعين والف اوّله الحمد لله الذى جعلنا من مطالع كتاب الكريم وجبلنا على محبّة كلامه القديم الخ ١٤٥٦٤ ترتيب جميل لشرح تركيب الجليل للامام تفتازانى فى النحو لمؤلّفه شيخ الاسلام دبّاغ زاده محمد افندى تأليف السنة فى اواخر خمس وتسعين والف اوله الحمد لله الذى جعل العلماء ورثة الانبياء الخ اسم كتاب تأريخ تأليفه ١٤٥٦٥ ترتيب زيبا ومفردات لغت القرانية عربى مجلّدين كبيرين لمؤلّفه المرحوم شيخ محمد مراد النقشبندى الكشميرى تأليف السنة احدى وثلثين ومائة والف اوله سورة فاتحة بعده بقرة الى تفلحون ثم الحمد لله الذى هدانا لهذا وما كنا لنهتدى لولا ان هدانا الله لقد جاءت رسل ربّنا بالحقّ الخ ١٤٥٦٦ ترتيب زيبا سمّاه انهار الجنان من ينابيع آيات القرآن لمؤلّفه امير الحجّ عبد الله پاشا الشهير بچتهجى تأليف سنة اربع وستين ومائة والف اوّله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب وآتاه الحكمة وفصل الخطاب الخ ١٤٥٦٧ ترتيب زيبا لمؤلّفه الشيخ العالم الفاضل عبد الغنى النابلسى رحمه الله تأليف سنة مائة والف اوّله . . . ١٤٥٦٨

---

Sept. 1659) compositum, quod ita incipit: Laus Deo, qui nos inter lectores libri augusti esse voluit et nos ad amorem sermonis sui aeterni conformavit etc. — 14564. Tertíb Jemíl, dispositio elegans. Commentarius in compositionem pretiosam Imami *Teftázání* de grammatica a Sheikh el-islám *Debbághzádeh Mohammed Efendi* exeunte anno 1095 (inc. 10. Dec. 1683) compositus, qui ita incipit: Laus Deo, qui viros doctos heredes prophetarum constituit etc. — Titulus libri tempus compositionis significat. — 14565. Tertíb zíbá, compositio ornate polita et voces singulares dictionis coranicae. Duo volumina magna a Sheikh *Mohammed Murád El-Nachshibendi El-Kashmíri* bonae memoriae anno 1131 (inc. 13. Nov. 1718) arabice composita, quae a prima Surata incipiunt, quam secunda *Bacarat* inscripta usque ad vocem *toflihúna* excipit. Tum sequuntur verba: „Laus Deo, qui direxit nos ad hoc, et non fuissemus (apti), ut dirigeremur, nisi direxisset nos Deus. Jam quidem venerunt legati domini nostri cum veritate etc." — 14566. Tertíb zíbá, compositio comta *Anhár el-jinán min yenábí' ayát El-Cor'an* i. e. „Flumina hortorum ex fontibus versuum Corani" inscripta. Composuit Emír el-hajj *Abdallahpasha*, vulgo *Tschetehji* dictus, anno 1164 (inc. 19. Nov. 1750), et liber ita incipit: „Laus Deo, qui demisit super servum suum librum augustum" et dedit ei „sapientiam et distinctionem sermonis, (ut sapienter loqui posset de omni re)" etc. — 14567. Tertíb zíbá, compositio comta. Composuit Sheikh doctus et bene meritus *Abd-el-ghani El-Nabulusi*, cujus Deus misereatur, anno 1100 (inc. 16. Oct. 1688). Liber ita incipit: ... — 14568. Tarjemet

ترجمة ابن زيدون في الادبيّات لمترجمه شيخ الاسلام محمد سعيد افندى الشهير بقره خليل افندى زاده تأليف سنة في حدود ثلث وثلثين ومائة والف اوّله سپاس بى حدّ وشكر لا يعدّ اول خالق فرد وصمده اولسون كه الخ ١٤٥٦٩ ترجمة اشهر اسماء في الفارسيّة تاريخ تيمور لابن عرب شاه لمترجم نظمى زاده مرتضى افندى البغدادى تأليف السنة عشر ومائة والف ١٤٥٧٠ وترجمة ثانى في التاريخ المذكور بالتركيّة لمؤلّفه المشار اليه تأليف سنة احدى وعشرين ومائة والف اوّله الحمد لله الذى يفعل ما يشآء ويحكم ما يريد ذى الطول لا اله الّا هو العزيز الحميد الخ ١٤٥٧١ ترجمة تاريخ منجّم باشى احمد دده لمترجم المرحوم نديم احمد افندى ابتداء شروع ترجمة السنة اثنى وثلثين ومائة والف تكميل السنة اثنى واربعين ومائة والف اوّله لحمد لوليّه والصلوة على نبيّه الخ مجلّدين كبيرين در ١٤٥٧٢ ترجمة افاضة المنّان في نشر فضائل ليلة النصف من شعبان للشيخ زين العابدين محمد القياسى للخليفة الآفه بنام شهزاده عبد الحميد بن احمد خان لمترجم مولانا ابرهيم حنيف

---

**Ibn Zeidún**, translatio (turcica) *Ibn Zeidúni* de literis humanioribus ab interprete Sheikh el-islám *Mohammed Saíd Efendi*, vulgo *Carah Khalíl Efendizádeh* dicto, circa annum 1133 (inc. 22. Oct. 1720) facta et edita, quae ita incipit: Laus infinita et gratiarum actio innumerabilis sit illi creatori unico et aeterno, qui etc. — 14569. **Tarjemet ashhar asmá**, translatio celeberrimi nominum persica historiae *Tímúri* ab *Ibn Arabsháh* editae. Transtulit eam *Murtedhá Efendi El-Baghdádi*, vulgo *Natzmizádeh* dictus, anno 1110 (inc. 30. Jun. 1698). — 14570. **Tarjemet tháni**, translatio secunda ejusdem historiae modo laudatae turcica ab eodem interprete commemorato anno 1121 (inc. 2. Mart. 1709) edita, quae ita incipit: Laus Deo, qui facit, quod ipsi placet et constituit quod vult, „largitori. Non est Deus nisi ipse", potenti, laude digno etc. — 14571. **Tarjemet Taríkh Monejjimbáshi**, translatio historiae praefecti astronomorum aulicorum *Ahmed Dedeh*. Transtulit *Nedím Ahmed Efendi*, qui translationem duobus magnis voluminibus comprehensam, quae ita incipit: Laus illi, qui ea dignus est, et precatio super ejus prophetam etc., anno 1132 (inc. 3. Nov. 1713) incepit et anno 1142 (inc. 16. Jul. 1729) absolvit. — 14572. **Tarjemet Ifádhat el-mennán**, translatio operis *Ifádhat el-mennán* i. e. „effusio gratiae benignissimi de divulgatione virtutum diei quarti decimi mensis Sha'bán" a Sheikh *Zein-elábidín Mohammed El-Chiyási El-Khalífa* edita. Composuit hanc translationem, quae ita incipit: Laus Deo laude digno, et precatio super ejus prophetam, hujus familiam et socios etc., Molla noster *Ibrahím*

افندی شارح الشفاء تألیف السنة ثمانین ومائة والف اوله الحمد لله حق حمده والصلوة على نبيه وعلى آله وحزبه الخ ١٤٥٧٣ وترجمة نتیجة الفكر فی خبر مدينة سيد البشر لشيخ مشار اليه الفه بنام شهزاده او لمترجم مولانا مذكور الفه فی التاریخ المزبور اوله . . .

١٤٥٧٤ ترجمة جزری فی القراءة لمترجمه السيد حسين الحسنی امام بجامع سلطان محمد الفاتح الفه لسنة تاریخ سنة ١٠٥٣

اولدی اتمامی میسر روز جمعه سیدا

اوله

باشله بسم الله ایله هرکار خیره ابتدا

ابتر اولور دیدی اول ایش بل رسول کبریا

١٤٥٧٥ ترجمة بستان العارفين فی الفقه سماه قصر المتين لمؤلفه مولانا شيخ الاسلام اسحق افندی مرحوم تألیف السنة ثمان وثلثین ومائة والف اوله محدث زبان معجز بیان ادمیان

---

*Hanif Efendi* interpres libri *Shefá* anno 1180 (inc. 29. Mai. 1766), et *Sháhzádeh*o *Abd-el-hamid Ben Ahmed Khán* obtulit. — 14573. we Tarjemet Netíjet el-fiker, et translatio libri *Netíjet el-fiker* i. e. „Fructus meditationum de historia urbis domini generis humani" ab eodem Sheikho commemorato editi, qui illum eidem *Sháhzádeh* obtulit. Transtulit Molla noster modo laudatus eodem tempore notato, et translatio ita incipit: . . . — 14574. Tarjemet Jezeri, translatio libri *Jezerii* de lectione coranica a Seyyid *Hosein El-Hasani* Imamo ad aedem cathedralem Sultani *Mohammed* Expugnatoris confecta. Ad annum compositionis translationis 1053 (inc. 12. Mart. 1643) significandum his utitur verbis:

Perfectio ejus prospere contigit die Veneris, o domine! —

et translatio ita incipit:

Incipe a „Nomine Dei" tanquam principio cujusque boni operis;

Non est imperfectum, scias, illud opus, dixit legatus majestatis divinae.

14575. Tarjemet Bostán el-árifín, translatio libri juridici *Bostán el-árifín* i. e. „Hortus cognoscentium" *El-Casr El-Metín* t. e. „Castellum firmiter munitum" inscripta. Composuit Molla noster Sheikh el-islám *Is'hac Efendi* bonae memoriae anno 1138 (inc. 29. Aug. 1725), et translatio ita incipit: Nova loquens, mira facundia praeter ceteros ornatus inter homines in enarratione gratiarum sublimium

تحديث نعم سنيه سبحانه وبحمده الخ   ١٤٥٧٦ ترجمة تحفة المؤمنين لمحمد مؤمن حسين في مفردات الطبّ الفارسي سمّاه غنية المحصلين لمترجم رئيس الاطبّاء والمنجّمين للدولة العلية مولانا ثاني احمد افندي ألّفه بنام سلطان محمود خان صاحب صدر حكيم زاده علي پاشا اوله الحمد لله واهب الآمال دائما بالغدوّ والاصال واصلي على الرسول الامين وعلى صحبه هداة الدين الخ ورتّبه على خمسة تشخيص وثلثة دستور وتأليف السنة ست واربعين ومائة والف ۞

١٤٥٧٧ ترجمة جانب الغربي في مشكلات فصوص الشيخ محيي الدين العربي لابي الفتح محمد بن مظفر الدين المكي في التصوف سمّاه فضل الوهبي للمترجم مولانا نيلي احمد افندي الشهير بميرزا زاده تأليف السنة ثمان واربعين ومائة والف اوّله الحمد لله الذي فتح بمفاتيح الغيوب اقفال القلوب الخ ورتّبه على بابين وخاتمة   ١٤٥٧٨ ترجمة حبيب السير لمير خواند بالفارسي سنة ثمان وثلثين ومائة والف له صدر اعظم داماد ابرهيم پاشا ترجمة اولمسني مراد

divinarum etc. — 14576. Tarjemet Tohfet el-muminín, translatio libri *Tohfet el-muminín* i. e. „Donum fidelibus oblatum" a *Mohammed Mumin Hosein* de remediis medicinae simplicibus persice editi. Translatio, quae titulum *Ghunyet el-mohassilín* i. e. „Institutio sufficiens eorum qui cognitionem sibi comparare student" prae se fert et a medicorum et astronomorum ad aulam sublimem principe Molla nostro secundo *Ahmed Efendi* summi Weziri *Hakímzádeh Alípasha* discipulo, qui eam Sultano *Mahmúd Khán* obtulit, anno 1146 (inc. 3. Jun. 1733) composita est, ita incipit: Laus Deo spei datori semper tempore matutino et vespertino, et precor super prophetam fidum ejusque socios, qui recta via ad religionem ducunt etc., et in quinque *Teshkhís* i. e. distinctiones et tres *Destúr* i. e. regulas est distributa. — 14577. Tarjemet El-Jánib El-Gharbi, translatio *El-Fadhl El-Wehbi* i. e. „Cognitio altior a Deo donata" inscripta libri *El-Jánib El-Gharbi* i. e. „Latus occidentalis", qui commentarius est *Abu'lfat'hi Mohammed Ben Motzaffer-ed-dín El-Mekki* in difficultates libri theosophici *Fosús el-hikem* a Sheikho *Mohyi-ed-dín Ibn Arabi* editi. Transtulit Molla noster *Neili Ahmed Efendi*, vulgo *Mírzázádeh* dictus, anno 1148 (inc. 13. Mai. 1735), et translatio ita incipit: Laus Deo, qui clavibus arcanorum invisibilium seras cordium aperit etc., et in duo capita et conclusionem distributa est. — 14578. Tarjemet Habíb el-siyer, translatio operis persici *Habíb el-siyer* i. e. „Amicus biographiarum" a *Mírkhond* editi. Summus Wezírus *Dámád Ibrahímpasha* cum anno 1138 (inc. 29. Aug. 1725) illius libri

14661. **Háshiyet Adáb ala El-Mír**, glossae ad librum *El-Míri* de regulis. Opus logicum, quod *Mohammed Efendi*, vulgo *Debbághzádeh* dictus, anno 1106 (inc. 12. Aug. 1694) composuit. — 14662. **Háshiyet Beháíyet**, glossae *Behá-ed-dín*icae. Opus arithmeticum, quod *Mohammed Efendi Ben Ahmed Efendi* anno 1110 (inc. 30. Jan. 1698) composuit. — 14663. **Háshiyet Tefsír Beidháwi**, glossae ad *Beidháwi*i commentarium coranicum. Decem volumina magna titulo *Tahrír el-háwí* i. e. „Scriptio diligens conquisitoris“ ornata, quae Sheikh *Abd-el-ghaní Ben Ismaíl El-Nabulusí* anno 1120 (inc. 12. Mart. 1708) edidit. — Incipiunt ita: Laus Deo, arcano absoluto, cujus perceptio omnibus mentibus porta clausa est etc. — 14664. **Háshiyet Tefsír Beidháwi**, glossae ad *Beidháwi*i commentarium in Coranum. Duo volumina, quae Sheikh *Haccki Ismaíl Efendi El-Burusewí* bonae memoriae circa annum 1120 (inc. 12. Mart. 1708) composuit. — 14665. **Háshiyet Beidháwi**, glossae ad *Beidháwi*i commentarium in Suratam septuagesimam octavam „Nuntius“ inscriptam. Composuit concionator *Othmán Ben Ya'cúb Ben Hosein Ben Mustafá*,

تأليف في حدود السنة ستين ومائة والف وهو مجلّد كبير ١٤٦٦٦ حاشية بيضاوى لمؤلفه عبد الباقى افندى الشهير بعشاقى زاده تأليف في حدود السنة ست وسبعين والف ١٤٦٦٧ حاشية تفسير بيضاوى ١٤٦٦٨ وحاشية سورة نبا على العصام لمؤلفه مولانا شيخ الاسلام السيّد فيض الله افندى توفى لسنة عشر ومائة والف اوله . . . ١٤٦٦٩ حاشية تلويح لمؤلفه الشيخ سيّد عثمان افندى بن فتح الله الجلوتى توفى لسنة ثلث ومائة والف ١٤٦٧٠ حاشية منح الغفار لشرح تنوير الابصار فى الفقه لمؤلفه السيّد عبد الرحيم بن ابى اللطف تأليف في حدود السنة ثلث وتسعين والف اوله . . . ١٤٦٧١ حاشية طوالع بيضاوى لمؤلفه احمد بن خير الدين الشهير باسحق خواجهسى البروسوى الّفه فى حدود السنة خمس وعشر ومائة والف ١٤٦٧٢ حاشية منلا جامى على الكافية لمؤلفه محمد افندى بن خليل الشهير ببياض زاده دامادى توفى لسنة تسع وتسعين والف ١٤٦٧٣ حاشيه ديكر لمؤلفه شارح

---

in urbe Kumákh natus et postea Constantinopolis inquilinus, circa annum 1160 (inc. 2. Jan. 1747). — Volumen magnum. — 14666. **Háshiyet Beidháwi**, glossae ad *Beidháwi*i commentarium in Coranum. Composuit *Abd-el-bácki Efendi*, vulgo *Oshúckizádeh* dictus, circa annum 1076 (inc. 4. Jul. 1665). — 14667. **Háshiyet Tefsír Beidháwi**, glossae ad *Beidháwi*i commentarium in Coranum. — 14668. **we Háshiyet Suret Neba**, et glossae ad *Isám-ed-dín*i commentarium in Suratam septuagesimam octavam *Neba* i. e. „Nuntius" inscriptam. Composuit Molla noster Sheikh el-islám El-Seyyid *Feidhallah Efendi*, anno 1110 (inc. 30. Jun. 1698) mortuus, et glossae ita incipiunt: . . . — 14669. **Háshiyet Telwíh**, glossae ad librum *Telwíh*. Scripsit Sheikh Seyyid *Othmán Efendi Ben Fat'hallah El-Jelweti*, anno 1103 (inc. 14. Sept. 1691) mortuus. — 14670. **Háshiyet Manh el-ghaffár**, glossae ad commentarium *Manh el-ghaffár* i. e. „Donum Dei clementissimi" inscriptum in librum juridicum *Tenwír el-absár* i. e. „Illustratio intelligentiarum". Composuit El-Seyyid *Abd-el-rehím Ben Abi'llutf* circa annum 1093 (inc. 31. Dec. 1682), et glossae ita incipiunt: . . . — 14671. **Háshiyet Tawáli' Beidháwi**, glossae ad *Beidháwi*i librum *Tawáli' el-anwár* i. e. „Ortus luminum". Composuit *Ahmed Ben Kheir-ed-dín Burusewi*, vulgo *Is'hac Khojasi* dictus, circa annum 1115 (inc. 6. Mai. 1703). — 14672. **Háshiyet Menlá Jámi**, glossae ad *Menlae Jámi* commentarium in *El-Káfiyet*. Composuit *Mohammed Efendi Ben Khalíl Dámádi*, vulgo *Beyádhzádeh* dictus et anno 1099 (inc. 28. Oct. 1687) mortuus. — 14673. **Háshiyet digher**, glossae aliae, quas interpres libri *Multecá Mustafá Efendi*

ملتقى مصطفى افندى بن عمر بن محمد توفى لسنة ثلث وتسعين والف ١٤٦٧٤ حاشية
على شرح منية المصلّى سمّاه وسيلة التعلّى لمؤلّفه سليمان سعد الدين بن محمد الشهير
بمستقيم زاده افندى تأليف لسنة خمس وخمسين ومائة والف ١٤٦٧٥ حاشية مير ابى
الفتح فى الآداب لمؤلّفه مولانا يحيى افندى بن عمر الشهير بمنقارى زاده تأليف السنة ثمانين
والف اوّله الحمد لمن رفع قدر من تاهب لاظهار الصواب الخ ١٤٦٧٦ حاشية شرح فصوص
لصدر الدين ' ١٤٦٧٧ وحاشية مختصر فى المعانى ١٤٦٧٨ وحاشية مطول لمؤلّفه عثمان
افندى بن فتح الله الجلوتى توفى لسنة ثلث ومائة والف ١٤٦٧٩ حاشية قول احمد على
الفنارى لمؤلّفه الشيخ على بن شعبان الاقسرائى توفى لسنة احدى وعشر ومائة والف
١٤٦٨٠ حاشية درّ المختار فى شرح تنوير الابصار المسمّى بتحفة الاخيار على الدرّ المختار مجلّدين
كبيرين لمؤلّفه الشيخ ابرهيم افندى المدرّس للحلبى بلدًا الحنفى مذهبًا ابن الشيخ مصطفى بن

---

***Ben Omar Ben Mohammed***, anno 1093 (inc. 31. Dec. 1682) mortuus, composuit. — 14674. **Háshiyet ala shárh Manyet el-mosalli**, glossae ad commentarium in ***Manyet el-moslli*** i. e. „Votum precantis" ***Wesílet el-taalli*** i. e. „Subsidium altius ascendendi" inscriptae. Composuit ***Soleimán Sa'd-ed-dín Ben Mohammed***, vulgo ***Musteckimzádeh Efendi*** dictus et anno 1155 (inc. 25. Febr. 1742) mortuus. — 14675. **Háshiyet Mír Abi'lfat'h**, glossae ad librum Emíri ***Abu'lfat'h*** de regulis. Composuit Molla noster ***Yahya Efendi Ben Omar***, vulgo ***Mincárízádeh*** dictus, anno 1080 (inc. 22. Mai. 1669), et glossae ita incipiunt: Laus ei, qui dignitatem eorum, qui se ad veritatem manifestandam accingunt, effert etc. — 14676. **Háshiyet sharh Fosús**, glossae in commentarium ad librum ***Fosús***, auctore ***Sadr-ed-dín***. — 14677. **we Háshiyet Mokhtasar**, et glossae ad compendium rhetoricum de sententiarum doctrina. — 14678. **we Háshiyet Motawwel**, et glossae in ***Motawwel***, auctore ***Othmán Efendi Ben Fat'hallah El-Jelweti***, anno 1103 (inc. 14. Sept. 1691) mortuo. — 14679. **Háshiyet Cúl Ahmed**, glossae ad glossas ***Cúli Ahmed*** in commentarium, quem ***El-Fenári*** in ***Abahrii Isághúji*** scripsit, auctore Sheikh ***Ali Ben Sha'bán El-Acsrráyi***, anno 1111 (inc. 19. Jun. 1699) mortuo. — 14680. **Háshiyet El-Dorr El-Mokhtár**, glossae ad commentarium ***El-Dorr El-Mokhtár*** i. e. „Margaritae electae" in librum ***Tenwír el-abtár*** i. e. „Illustratio intelligentiarum" inscriptum. Hae glossae titulo ***Tohfet el-akhyár ala El-Dorr El-Mokhtár*** i. e. „Donum optimis oblatum ad commentarium ***El-Dorr El-Mokhtár***" ornatae, quas Sheikh ***Ibrahím Efendi Ben*** El-Sheikh ***Mustafá Ben Ibrahím***, professor ex urbe

ابرهيم تأليف في حدود السنة ثمان وستين ومائة والف اوله وبه الاعانة والتوفيق الخ ١٤٦٨١ حديقة الوزرآء في التاريخ تركي لمؤلفه مولانا تائب احمد افندى الشهير بعثمان زاده تأليف السنة ثلثين ومائة والف اوله حمد وثناى مالك الملك جهان افرين وصلوة وسلام على سيد الانبيآء والمرسلين الخ ابتدأ علآء الدين على باشا على الترتيب انتهى رامى باشا يأتى الذيل في حرف الذال والزآء ١٤٦٨٢ حسن التقويم في الفقه تركي لمؤلفه سليمان سعد الدين بن محمد الشهير بمستقيم زاده افندى تأليف السنة سبع وستين ومائة والف اوله . . . ١٤٦٨٣ حسينية في الآداب لمؤلفه اديب حسين افندى الانطاكي توفي لسنة ثلثين ومائة والف ١٤٦٨٤ حل المجملات الطيبة منظوم في القرآءة عربي لمؤلفه على بن سليمان المقرئ المنصوري ثم المصري تأليف السنة سبع ومائة والف اوله

قال على وهو المنصوري      الحمد للمهيمن الغفور
وافضل الصلوة والتسليم      على نبي الرؤف الرحيم

---

Haleb oriundus et sectae hanefiticae addictus, circa annum 1168 (inc. 7. Oct. 1754) composuit, duo volumina magna explent, et ita incipiunt: Et penes eum est adjumentum et auxilium faustum etc. — 14681. Hadícat el-wozará, hortus Wezirorum. Opus historicum a Molla nostro *Táib Ahmed Efendi*, vulgo *Othmánzádeh* dicto, anno 1130 (inc. 24. Nov. 1717) turcice compositum, quod ita incipit: Laus et gloria possessoris imperii et creatoris mundi, et precatio et salutatio super dominum prophetarum et legatorum etc. — Incipit auctor ab *Alá-ed-dín Alipásha* secundum ordinem et usque ad *Rámipásha* progreditur. Appendix infra in literis *Dzál* et *Zá* commemorabitur. — 14682. Hosn el-tecwím, pulchritudo dispositionis rectae. Liber juridicus a *Soleimán Sa'd-ed-dín Ben Mohammed*, vulgo *Mustechimzádeh Efendi* dicto, anno 1167 (inc. 18. Oct. 1753) compositus, qui ita incipit: . . . — 14683. El-Hoseiníyet fi el-adáb, tractatus *Hoseinicus* de speciminibus philologicis. Composuit philologus *Hosein Efendi El-Antáki*, anno 1130 (inc. 24. Nov. 1717) mortuus. — 14684. Hall el-mujmelát el-tayyibet, explicatio summariorum gratissimorum. Carmen de lectione Corani ab *Ali Ben Soleimán* Corani legendi magistro, primum Mansúrae, serius Cahirae inquilino, anno 1107 (inc. 2. Aug. 1695) arabice compositum, quod ita incipit:

Dicit *Ali, El-Mansúri* scilicet:
Laus Deo nos securos reddenti, condonatori clementi,
Et precatio praestantissima et salutis apprecatio
Super prophetam Dei benigni et misericordis. —

١٤٦٨٥ حليه انبيا منظوم تركى لمؤلفه الشيخ احمد نشاطى المولوى توفى السنة تسعين بعد الالف اوله

منت الله وحده كه باصفى اجلال
ابا بدى ادم علم افراز جمال

١٤٦٨٦ حرز جان منظوم تركى فى العقائد لمؤلفه الشاعر المشهور بمدامى تأليف السنة ثمان وثمانين بعد الالف فى شهر جمادى الاخر اوله

حمد اكا كم يوقلرى وار ايلدى
كنز لطفن خلقه ايثار ايلدى

## حرف الخآء

١٤٦٨٧ خيريه منظوم فى النصائح لمؤلفه نابى يوسف افندى از خواجكان ديوان عالى المشهور من الشعرآء توفى لسنة اربع وعشرين ومائة والف اوله

---

14685. **Hilyeï anbiyá**, descriptio prophetarum externa. Carmen turcicum a Sheikh *Ahmed Neshâti El-Mewlewi*, anno 1090 (inc. 2. Febr. 1679) mortuo, compositum, quod ita incipit:

Gratia sit Deo, quod amplificatione honoris primitiva
Adamus signifer pulchritudinis factus est. —

14686. **Hawzi ján**, lucrum animae. Carmen turcicum de fidei articulis, quod poeta, vulgo *Mudámi* dictus, mense Jomádzi II. anni 1088 (inc. 24. Febr. 1677) composuit. Incipit ita:

Laus illi, qui ex non-entibus entia fecit,
Qui thesaurum benevolentiae suae hominibus donavit. —

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA KHÁ INCIPIUNT.

14687. **Kheiriye**, carmen „Salutare" dictum de bonis consiliis, quod poeta celeberrimus et praesidum unus Diwani sublimis *Nábi Yusuf Efendi*, anno 1124 (inc. 29. Jan. 1712) mortuus, composuit. — Incipit ita:

حمد اول الله عظيم الشانه مبدع دائره امكانه

١٤٦٨٨ خيراباد ايضا منظوم لمؤلّف او

## حرف الدال

١٤٦٨٩ درّ الثمين في شرح حديث الاربعين لعلى القارى لمؤلّفه مولانا شارح الشفاء للحاج ابرهيم حنيف افندى سلّمه الله تأليفه بالمدينة المنوّرة لسنة ثلث وخمسين ومائة والف اوّله ربّ زدنى علمًا يا كريم الخ ١٤٦٩٠ درّة البرهانيّة عربى في العقائد لمؤلّفه محمد افندى ابن احمد بن ابرهيم الشهير بدندانى تأليف سنة سبعين والف اوّله الحمد لله الذى جعلنا امّة وسطًا خير الامم الخ ورتّبه على اربع فصول وسبقت ترجمة ١٤٦٩١ درّ المكنون في الحكايات سبقت في حرف الجيم ١٤٦٩٢ دستور الطبيب في عمل ميزان التركيب في الطبّ تركى لمؤلّفه رئيس الحكماء بدار الشفاء لسلطان احمد خان وضواظ مصطفى افندى

---

Laus sit Deo illi dignitate summa praedito,
Creatori rerum omnium existentiae non necessariae.

14688. **Kheirabád**, urbs salutis. Carmen ab eodem poeta compositum. —

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA DÁL INCIPIUNT.

14689. **El-Dorr El-Themín**, margaritae pretiosae. Commentarius in quadraginta traditiones *Alii* Corani lectoris, quem Molla noster interpres libri *Shefá El-Hájj Ibrahim Hanîf Efendi*, cui Deus salutem donet, Medinae anno 1153 (inc. 18. Mart. 1740) composuit. — Incipit ita: Domine, auge mihi scientiam, o munifice etc. — 14690. **El-Dorret El-Borhánîyet**, margarita demonstratoria de articulis fidei. Scripsit arabice *Mohammed Efendi Ben Ahmed Ben Ibrahîm*, vulgo *Dendáni* dictus, anno 1070 (inc. 8. Sept. 1659) hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos „populum eximium", imo optimum populorum fecit etc., et in quatuor sectiones distributus est. — Translatio libri jam antea commemorata est. — 14691. **El-Dorr El-Meknún**, margaritae reconditae de narrationibus. Vide supra literam *Jîm*. — 14692. **Destúr el-tabîb**, regula medici de usu proportionis in compositione. Opus medicum, quod *Wadhwátz Mustafá Efendi* medicorum in nosocomeo Sultani *Ahmed Khán*

تأليف بنام رئيس الاطبّاء عمر افندى اوّله حمد بى نامحصور اول حكيم حىّ وغفور دركاهنه لايق وسزادر كه الخ ورتّبه على مقدّمة وثلث مقالات ١٤٦٩٣ دوحة المشايخ فى طبقات المفتين بدار السلطنة العليّة لمؤلّفه سليمان سعد الدين بن محمد الشهير بمستقيم افندى زاده تأليف سنة سبع وخمسين ومائة والف اوّله

يا رب قلمم بوى فنادن صقله

تحريرمى طعن سفهادن صقله

اشبو بيك يوز يتمش سكز سالنده مجدّدا ترتيب وذيل ايدوب عصرك ولى النعمى درى زاده مصطفى افندى‌يه منتهى اولنجه على الترتيب ذكر وبيان ايدر ١٤٦٩٤ درّة البيضاء فى الفقه مجلّدين لمؤلّفه درّى محمد افندى المفتى جمع وتأليف ايدوب لكن تبييض اولمادن وفات اتمكين اوغلى شيخ الاسلام مصطفى افندى سنة اثنى وسبعين ومائة والفده تحرير وتشهير ايلمسنه بادى اولمشدر ١٤٦٩٥ درّة العصماء فى بيان ابهى الاسماء تركى لشرح اسماء النبى لمؤلّفه مولانا شارح شفا الحاج ابرهيم حنيف افندى سلّمه الله تأليف السنة اثنى

---

princeps turcice composuit et principi medicorum *Omar Efendi* obtulit. — Incipit ita: Laus immensa aulae sapientis illius, vivi et condonatoris debita et conveniens est, qui etc., et in praefationem et tres dissertationes dispositum est. — 14693. **Dauhat el-mesháikh**, arboretum Sheikhorum de classibus Muftiorum in sede sublimis sultanatus. Composuit *Soleimán Sa'd-ed-dín Ben Mohammed*, valgo *Mustekím Efendizádeh* dictus, anno 1157 (inc. 4. Febr. 1744) hunc librum, qui ita incipit:

O domine, calamum meum ab afflatu mali tueare,

Compositionem meam a temerariorum obtrectatione tueare!

Hoc anno millesimo centesimo sexagesimo octavo (inc. 7. Oct. 1754) denuo disposuit et continuavit, et Muftios usque ad *Dorrizádeh Mustafá Efendi*, patronum hujus temporis, ex ordine commemorat et describit. — 14694. **El-Dorret El-Beidhá**, margarita candida. Liber juridicus duobus voluminibus comprehensus, quem quidem *Dorrí Mohammed Efendi* El-Mufti collegit et composuit, attamen morte impeditus est, quo minus eum nitide exararet. Itaque filius Sheikhi el-islám *Mustafá Efendi* anno 1172 (inc. 24. Aug. 1758) opus nitide exarare et in vulgus edere incepit. — 14695. **El-Dorret El-Asmá**, margarita alba de expositione splendidissimorum nominum. Scripsit turcice ad nomina prophetae explicanda Molla noster et interpres libri *Shefá El-Hájj Ibrahím Haníf Efendi*, quem Deus salute donet, anno 1172 (inc. 24. Aug. 1758)

وسبعين ومائة والف اوّله الحمد لله الذى علّم صفيه ادم الاسمآء وسمّى حبيبه محمدًا باحسن الاسمآء الخ ١٤٦٩٦ ديوان چلبى زاده شيخ الاسلام مولانا اسمعيل عاصم افندى ترتيب السنة سبعين ومائة والف اوّله

يا ربّ بو معناى بيلور هپ عالـم

كيم عبده سوا جرم وعطا در سكا ؟

١٤٦٩٧ ديوان عرفى تركى لمرتّبه محمد عرفى كتخداى اوجاق بوستانيان ادرنه ترتيب بنام حكيم زاده على پاشا اوّله

حمد ايدلم لطفكه بز ابتدا

بوله ثناكيله دلم چوق عطا

١٤٦٩٨ ديوان راسم لمرتّبه شيخ الوقت خطاط محمد راسم افندى ترتيب السنة سبع وستين ومائة والف اوّله حمد وشكر فى غايه اول آمرزكار كنهكاران اولان جناب مولايه كه الخ
١٤٦٩٩ ديوان راغب محمد پاشا الصدر الاعظم ترتيب السنة خمس وسبعين ومائة والف اوّله

---

hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui sincerum suum amicum Adamum nomina docuit, et dilectum suum *Mohammed* pulcherrimis nominibus appellavit etc. — 14696. **Diwán Jelebízádeh**, Diwánus Mollae nostri Sheikh el-islám *Ismail Asim Efendi*, vulgo *Jelebízádeh* dicti. Composuit anno 1170 (inc. 15. Sept. 1756) et orsus est ita:

Hanc sententiam totus mundus scit, o domine,
Quod hominibus eodem omnibus modo peccare, Tibi autem condonare proprium est.

14697. **Diwán Orfi**, Diwánus *Orfii*. Composuit turcice *Mohammed Orfi* ordinis hortulanorum Adrianopoli praefectus, et *Hakímzádeho Alípásha* hanc carminum syllogen obtulit, quae ita incipit:

Praedicare Tuam gratiam incipiamus,
Per Tuam laudem lingua mea multa dona abs Te accipiat. —

14698. **Diwán-Rásim**, Diwánus Sheikhi hujus temporis *Khattát Mohammed Rásim Efendi*. Ordinavit hanc carminum syllogen, quae ita incipit: Laus et gratiarum actio infinita illi domino majestate ornato, peccantium condonatori, qui etc., anno 1167 (inc. 18. Oct. 1753). — 14699. **Diwán Rághib Mohammedpásha**, Diwánus supremi Weziri *Rághib Mohammedpásha*. Disposuit anno 1175 (inc. 22. Jul. 1761) hanc syllogen, quae ita incipit:

حبذا فرخنده شب صد ليلة القدرش فرا

ميشود كرد شه صبحش هزار ايام عيد

١٤٧٠٠ ديوان يكتا فارسي لمير محمد اشرف يكتاى بخارى بن مير ابى البركة اكابر سلسلة النقشبندية لمرتبه سعيد محمد پاشا الشهير بيكرمي سكز چلبي ترتيب السنة سنة ١١٦٣ بالكعبة المكرمة وتوفى صاحب الديوان سنة ١١٧٣ اوله كوهر تعريف زبان وجوهر توصيف بيان خالق يكتاى راست كه اشرف مخلوقاترا الخ ١٤٧٠١ ديوان نظمى زاده لمرتضى افندى البغدادى توفى لسنة ثلث وثلثين ومائة والف ١٤٧٠٢ ديوان هوايى ١٤٧٠٣ ديوان صبحى احمد افندى توفى لسنة احدى ومائة والف ١٤٧٠٤ ديوان طالب محمد البرسوى توفى لسنة خمس وعشر ومائة والف ١٤٧٠٥ ديوان نقشى لمرتبه مصاحب شهريارى نقشى مصطفى اغا توفى لسنة ثمان وسبعين ومائة والف اوله

يا رسول الله سكا تعظيم ايچون قيلدى عطا

ما تقدمدن قمو اشيانى خلق ايدوب خدا

---

Quam pulchra est augusta nox, cui respondent centum noctes Cadr;
Mille dies festi circa Shâhum ejus aurorae se congregant. —

14700. **Diwán Yektá**, Diwánus persice compositus ab Emíro *Mohammed Eshref Yektái Bokhári Ben* Emíri *Abu'lbereket* maximo catenae *Nacshibendi*tarum. Eum *Saíd Mohammedpásha*, vulgo *Igkirmi sekiz Jelebi* dictus, anno 1163 (inc. 30. Nov. 1749) ad Ka'bam augustam in ordinem redegit, et auctor sylloges, quae ita incipit: Gemma manifestationis linguae et margarita descriptionis expositionis creatori unico est, qui nobilissimum creaturum etc., anno 1173 (inc. 14. Aug. 1759) vita decessit. — 14701. **Diwán Natzmízádeh**, carminum sylloge, auctore *Murtedhá Efendi El-Baghdádi*, vulgo *Natzmízádeh* dicto et anno 1133 (inc. 22. Oct. 1720) mortuo. — 14702. **Diwán Hewáyi**, carminum sylloge, auctore *Hewáyi*. — 14703. **Diwán Subhí**, carminum sylloge, auctore *Ahmed Efendi*, vulgo *Subhi* dicto et anno 1101 (inc. 5. Oct. 1689) mortuo. — 14704. **Diwán Tálib**, carminum sylloge, auctore *Tálib Mohammed El-Burusewi*, anno 1115 (inc. 6. Mai. 1703) mortuo. — 14705. **Diwán Nacshi**, Diwánus *Nacshíi*. Composuit sodalis intimus principis *Nacshi Mustafá Agha*, anno 1178 (inc. 20. Jun. 1764) mortuus, hanc syllogen, quae ita incipit:

O legate Dei, ad te honorandum dedit
Et creavit Deus ab aeterno res omnes.

مرتب ومكمل كبير ديواندر ١٤٧٠٦ ديوان طرسى ١٤٧٠٧ ديوان صائب فارسى كبير اربع مجلدات لمرتبه محمد صائب الاصبهانى المشهور توفى لسنة ثمان وسبعين والف ١٤٧٠٨ ديوان شوكت فارسى لمرتبه شوكت بخارى فى المجاذيب الشيعى ترتيب زمان شاه اسمعيل ثانى

ديوان شعرا عددنه نهايت اولماغين بو قدرله اكتفا اولنوب باقيسى ترك ايله تذاكير شعرايه حواله اولندى

## حرف الذال وحرف الزاى

١٤٧٠٩ ذيل تاريخ فذلكه لكاتب چلبى مجلدين كبيرين لمؤلفه خواجه زاده محمد بيك السلحدار شهريارى الشهير بفندقلى ابتداء ضبطه السنة خمس وستين والف وانتهى لسنة خمس وعشر ومائة والف اوله

خدايه حمد ومنت اوله هر آن
او در لطفى ايدن انسانه احسان

Bene dispositus et perfectus magnus Diwánus est. — 14706. Diwán Tirsi, Diwánus *Tirsli*. — 14707. Diwán Sáib, sylloge carminum persica magna quatuor volumina comprehendens, quam *Mohammed Sáib Isfaháni* celeberrimus, anno 1078 (inc. 13. Jun. 1667) mortuus, composuit. — 14708. Diwán Shewket, sylloge carminum persica a *Shewket Bokhári*, qui ex Shiitis inspirationibus divinis in exstasin abreptis erat, edita. Disposuit eam tempore Sháhi *Ismail II*. —

Numero Diwánorum poetarum cum finis constitui non possit, haec quantitas enumerata ceteris praetermissis sufficiat, et lectorem ad libros poetarum memoriales relegamus.

## LIBRÍ QUORUM TITULI A LITERIS DZÁL ET ZÁ INCIPIUNT.

14709. Dzeil taríkh Fedzlekeh, appendix ad historiam *Fedzlekeh* a *Kátib Jelebi* editam. Duo volumina majora, quae *Khojazádeh Mohammedbeg* pristinus Sultani ensifer (*Siláhdár*), vulgo *Fundukli* dictus, ab anno 1065 (inc. 1. Nov. 1654) scribere incepit et usque ad annum 1115 (inc. 6. Mai. 1703) continuavit. Appendix ita incipit:

Deo sit laus et gratia omni tempore;
Hic is est, cujus clementia in hominem beneficia confert. —

١٤٧١٠ ذيل حديقة الوزرآء لعثمان زاده لمؤلفه رئيس الكتاب مرحوم دلاور زاده عمر افندى تأليف السنة احدى وستين ومائة والف اوله حمد خداى عز وجل دخى نعت حبيب رب كريم الخ ١٤٧١١ ذيل زبدة قاف زاده فى تذكرة الشعرآء لمرتبه محمد افندى ابن النقيب سيرك زاده الشهير بعاصم توفى لسنة ست وثمانين بعد الالف ١٤٧١٢ ذيل زبدة قاف زاده فى تذكرة الشعرآء سمّاه نخبة الآثار لذيل زبدة الاشعار لمؤلفه السيد اسمعيل بليغ البروسوى الشاعر تأليف بنام ابرهيم پاشا المقتول لسنة ثمان وثلثين ومائة والف اوله قصائد مطبوعه پسنديده طرح سپاس مقياس اول ناظم امور جمهور ناسه سزادر كه مقادير طبائع الخ

١٤٧١٣ ذيل ذيل شقائق لعطائى نوعى زاده حديقة الحقائق لمؤلفه مولانا السيد ابرهيم بن السيد عبد الباقى الشهير بعشاقى زاده تأليف بنام سيد فيض الله افندى المفتى وصدر الاعظم على پاشا ابتداء ضبط وفات . . . انتهاى عطائى لسنة اثنى وثلثين والف الى غاية لسنة

---

14710. **Dzeil Hadícat el-wozará**, appendix ad librum *Hadícat el-wozará* i. e. „Hortus Wezirorum" ab *Othmánzádeh* editum. Composuit princeps scribarum bonae memoriae *Diláwerzádeh Omar Efendi* anno 1161 (inc. 22. Dec. 1748) hanc appendicem, quae ita incipit: Laus sit Deo potenti et glorioso, item elogium amico domini generosi etc. — 14711. **Dzeil Zubdet Cáfzádeh**, appendix ad librum memorialem poetarum *Zubdet Cáfzádeh* i. e. „Cremor carminum a *Cáfzádeh* editus". Composuit *Mohammed Efendi Ibn-elnackib Sírekzádeh*, vulgo *Asim* dictus et anno 1086 (inc. 18. Mart. 1675) mortuus. — 14712. **Dzeil Zubdet Cáfzádeh**, appendix ad librum memorialem poetarum *Zubdet Cáfzádeh* i. e. „Cremor carminum a *Cáfzádeh* editus". Titulum prae se fert *Nukhbet el-athár li dzeil Zubdet el-ash'ár* i. e. „Opera selecta ad librum *Zubdet el-ash'ár* continuandum", et El-Seyyid *Ismaíl Belígh El-Burusewi* poetam auctorem habet. Composuit hunc librum, qui ita incipit: Casidae venuste formatae et facete conceptae, quarum argumentum laus est, debentur illi ordinatori rerum universorum hominum, qui rerum naturalium constitutiones (fecit) etc., anno 1138 (inc. 29. Aug. 1725) et *Ibrahímpáshae* interfecto obtulit. — 14713. **Dzeil Dzeil Shecáic**, appendix, qua appendix *Atáyi Newizádeh* ad *El-Shecáic*, *Hadícat el-hacáic* i. e. „Hortus veritatum" inscripta continuatur. Composuit Molla noster El-Seyyid *Ibrahím Ben* El-Seyyid *Abd-el-bácki*, vulgo *Oshákizádeh* dictus, hanc appendicem, cujus scriptio a morte *Atáyi*, qui ad annum 1032 (inc. 26. Oct. 1622) pervenerat, usque ad finem anni 1043 (inc. 28. Jun. 1633) incipit — (quod spatium *Atáyi* imperfectum reliquerat) —, auctoritate Muftii Seyyid *Feidhallah Efendi* et summi Weziri

ثلث واربعين والف اولّه سپاس فصاحت قرين وستايش بلاغت رهين امانى دهندهء جهانيان روزى بخشندهء عالميان جناب يزدان غيبدان دركاه رفيع وباركاه منيفنه شايسته در كه الخ وتاريخ تأليف نظم

تمام اولدى چون بو كتاب عجيب
در اغوش كام اولدى وصل حبيب
الكا اختتامينه تاريخ تام
بو لفظيله دوشدى ختمنا بطيب

سنة ١١١٤ ١٤٧١٤ ذيل ذيل عطايى لمؤلفه الشيخ محمد بن شيخ فيضى حسن افندى الشهير بشيخى مجلّدين ترتيب اولنوب جلد اوّل عطايى منتهاسى بيك قرق اوچ سالندن بيك طقسان سكز غايتنه منتهى در جلد ديكرى بيك طقسان طقوزدن لسنة ثلثين ومائة والف جاويدر ١٤٧١٥ ذيل الذيل لمزبور لمؤلفه مرحوم شيخى مخدومى حسن افندى

---

*Alipásha.* — *Oshâckizâdeh* ita incipit: Gratiarum actio cum facundia contexta et laus cum eloquentia conjuncta aulae sublimi et palatio eminenti domini mundanorum optatis satisfacientis et incolis mundi victum quotidianum largientis, Dei majestate ornati, secreta cognoscentis debetur, qui etc., et ad tempus compositionis significandum hos ad finem adjecit versus:

Hic liber mirificus cum perfectus sit,
    Cum in desiderii amplexu conjunctio cum amata obtigerit,
In ejus absolutionem chronogramma perfectum
    His verbis obvenit *khatamnâ bi tîb* (absolvimus cum suavitate) —

quibus annus 1114 (inc. 17. Mai. 1702) indicatur. — 14714. Dzeil Dzeil Atáyi, appendix e duobus voluminibus constans, qua appendix *Atáyi*i continuatur, auctore Sheikh *Mohammed Ben* Sheikh *Feidhi Hasan Efendi*, vulgo *Sheikhi* dicto. Hac appendice in ordinem disposita, prima pars incipit ab anno 1043 (inc. 28. Jun. 1633), ad quem *Atáyi* substiterat, et ad annum 1098 (inc. 7. Nov. 1686) progreditur. Altera pars spatium ab anno 1099 (inc. 28. Oct. 1687) usque ad annum 1130 (inc. 24. Nov. 1717) complectitur. — 14715. Dzeil El-Dzeil, appendix, qua appendix *Atáyi*i laudati continuatur. Composuit *Sheikhi*i patronus *Hasan Efendi* bonae memoriae, qui postulante

صدر اعظم حکیم زاده علی پاشا التماسیله صدارت ثانیه لرنده تاریخ مذکور انتهاسندن ثلث واربعین ومائة والف سالنه کلنجه ذیل الذیل ایلمشلردر اوله پیرایهٔ دیباجهٔ سخن وسرنامهٔ صحائف بهجت افکن لوحهٔ زراندود حمد نامحدود معبود الخ ١٤٧١٦ ذیل سیر ویسی لمؤلفه عبد الکریم البسنوی الشهیر بسامعی توفی لسنة ست وتسعین والف اوله . . .

١٤٧١٧ ذیل سیر ویسی دیکر سمّاه ذیل السیر لمؤلفه نابی یوسف افندی از خواجکان دیوان عالی توفی لسنة اربع وعشرین ومائة والف اوله

یا ربّ سحاب فیضی باران ایله

اول فیضله کشت کامی ریان ایله

ابتداء غزوهٔ بدر کبریدن وقعهٔ اعظم فتح مکهٔ محترمیه منتهی در وبعده کنه کندیلری ذیل وتکمیل ایلمشلردر شهید علی پاشا التماسیله ١٤٧١٨ ذیل ذیل سیر نابی لمؤلفه نظمی زاده مرتضی افندی البغدادی توفی لسنة ثلث وثلثین ومائة والف اوله

---

summo Weziro *Hakimzâdeh Alipâsha* inter ejus Weziratum secundum ab anno indicato inde usque ad annum 1143 (inc. 6. Jul. 1730) hanc appendicem appendicis confecit, quae ita incipit: Ornamentum splendidi orationis exordii et titulus foliorum venustate radiantium tabula est inaurata laudis infinitae domini adorandi etc. — **14716.** **Dzeil Siyer Weisi**, appendix ad *Weisi*i biographiam *Mohammedis*, auctore *Abd-el-kerím El-Bosnewi*, vulgo *Sâmii* dicto et anno 1096 (inc. 28. Nov. 1684) mortuo. Incipit ita: . . . — **14717.** **Dzeil Siyer Weisi**, appendix ad *Weisi*i biographiam *Mohammedis* alia, *Dzeil El-Siyer* i. e. „Appendix libri *Siyer*" inscripta. Composuit *Yusuf Efendi* unus ex Diwâni sublimis praesidibus, vulgo *Nâbi* dictus et anno 1124 (inc. 29. Jan. 1712) mortuus, hanc appendicem, quae ita incipit:

O domine, nubem effusionis gratiae pluere fac,

Et illa gratiae effusione desiderii campum irriga.

Ab initio proelii majoris Bedrensis usque ad eventum grandem expugnationis Mekkae venerabilis pervenit. Deinde vero denuo ipse appendicem et perfectionem postulante martyre *Alipâsha* edidit. — **14718.** **Dzeil Dzeil Siyer Nâbi**, appendix, qua appendix *Nâbi*i ad *Weisi*i biographiam *Mohammedis* continuatur, auctore *Murtedhâ Efendi El-Baghdâdi*, vulgo *Natzmizâdeh* dicto et anno 1133 (inc. 22. Oct. 1720) mortuo. — Haec appendix ita incipit:

يا رب دلمى لوحهء عرفان ايله
مرآت تجليات رحمتن ايله

۱۴۷۱۹ زبدة المقال فى الاوليات لمؤلفه محمد بن احمد الشهير بشوقى توفى لسنة مائة والف

۱۴۷۲۰ زرين نامه تركى منظوم لمؤلفه عبد الرحمن افندى الشهير باشرف تأليف بنام ابرهيم پاشا المقتول اوله

مقدمش شاه ربيعك ايدوب اعلان زرين
گلشنه مژده رسان كلدى شتابان زرين

۱۴۷۲۱ زبدة الصلوات فى الادعية لمؤلفه المرحوم المشهور الشيخ محمد مراد افندى النقشبندى الكشميرى ۱۴۷۲۲ زبدة الصلوات ديكر لشيخ المشهور عبد الله افندى الشيخ بزاوية اوزبك فى ايوب انصارى

## حرف الراء

۱۴۷۲۳ رسالة آداب اولى الالباب فى الاخلاق لمؤلفه سليمان سعد الدين الشهير بسقيم زاده

O domine, linguam meam tabulam cognitionis fac,
Speculum manifestationum misericordis fac. —

**14719. Zubdet el-mecál**, cremor sermonis de rebus primitivis, auctore *Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *Shewcki* dicto et anno 1100 (inc. 16. Oct. 1688) mortuo. — **14720. Zerrín-námeh**, liber aureus. Carmen turcicum, quod *Abd-el-rahman Efendi*, vulgo *Eshref* dictus, composuit et *Ibrahímpáshae* interfecto obtulit. Incipit ita:

Adventum regis Veris annuncians, in aureum
Rosarium laetum nuntium perferens, venit properanter Aureus (liber). —

**14721. Zubdet el-salawát**, cremor precationum solemnium de precibus faciendis, auctore celeberrimo Sheikh *Mohammed Murád Efendi El-Nacshibendi El-Kashmíri* bonae memoriae. — **14722. Zubdet el-salawát**, cremor precationum solemnium. Liber praecedenti similis, auctore Sheikh celeberrimo *Abdallah Efendi* antistite coenobii *Uzbek* ad *Eyyúbi Ansári* templum. —

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA RÁ INCIPIUNT

**14723. Risálet adáb uli el-elbáb**, tractatus bonorum morum virorum cordatorum. Opus ethicum, quod *Soleimán Sa'd-ed-dín*, vulgo *Sackimzádeh Efendi*

افندى الّفه لسنة ثمان وستين ومائة والف ١٤٧٢٤ رسالة برغوثية لمؤلّفه مشار اليه اوّله الحمد لله الذى خلق الموجودات بالكاف والنون لا فيه فتور الخ ١٤٧٢٥ رسالة ترجمة سلم السمآء لغياث الدين الكاشى فى الكرة سمّاه تحفة الوزرآء بنام ابرهيم پاشا لمؤلّفه مصطفى زكى افندى المولى بقضآء اسكدار اسبق الّفه فى حدود السنة اثنى واربعين ومائة والف اوّله حمد وسپاس ومنّت خالق الانس والجان اوزننده زمين وزمان جلّ شأنه وعمّ نوالديه الخ

١٤٧٢٦ رسالة دخان سمّاه الصلح بين الاخوان فى حكم اباحة الدخان لمؤلّفه الشيخ عبد الغنى بن الشيخ اسمعيل النابلسى رحمه الله الّفه لسنة تسع ومائة والف اوّله الحمد لله الذى جعل استعمال دخان التتن نافعا بتجفيفه للرطوبات الزآئدة فى الاجسام الخ ورتّبه على سبع فصولات ١٤٧٢٧ رسالة تجديد ايمان لمؤلّفه محمد المرعشى الشهير بساجقلى زاده اوّله بسم الله وبحمده وصلوة على رسوله الخ ١٤٧٢٨ رسالة تحجّى فى حروف التهجّى لمؤلّفه

---

dictus, anno 1168 (inc. 7. Oct. 1754) composuit. — 14724. **El-Risálet El-Burghuthíyet**, tractatus de pulicibus, eodem auctore modo laudato. Incipit ita: Laus Deo, qui res existentes verbo „Fiat" creavit, ut in eo nulla appareat lassitudo etc. — 14725. **Risálet tarjemet Sollem el-semá**, tractatus, qui translationem libri *Sollem el-semá* i. e. „Scala coeli" a *Ghiyáth-ed-dín El-Káshi* de globo terrestri editi continet, et *Tohfet el-wozará* i. e. „Donum Weziris oblatum" inscriptus est. Composuit *Mustafá Zeki Efendi*, antehac judicio urbis Scutari praepositus, circa annum 1142 (inc. 16. Jul. 1729) auctoritate *Ibrahímpáshae* hunc tractatum, qui ita incipit: Laus et gloria et gratiarum actio sit hominum et geniorum creatori, universi conditori, cujus dignitas excelsa est et cujus beneficentia omnes complectitur etc. — 14726. **Risálet el-dukhán**, tractatus de fumo herbae Nicotianae hauriendo, *El-Sulh bein el-ikhwán fi hukm ibáhat el-dukhán* i. e. „Conciliatio inter fratres de decisione juridica, fumum tabaci bibere licitum esse" inscriptus. Composuit Sheikh *Abd-el-ghání Ben* El-Sheikh *Ismaíl El-Nabulusi*, cujus Deus misereatur, anno 1109 (inc. 10. Aug. 1697). Tractatus, quem in septem sectiones distribuit, ita incipit: Laus Deo, qui usum fumi tabaci ad siccandos humores in corporibus abundantes utilem reddidit etc. — 14727. **Risálet tejdíd el-ímán**, tractatus de renovanda fide, qui ita incipit: A verbis „Nomine Dei et Laus Deo" et precatione super ejus legatum (incipio) etc. Scripsit *Mohammed El-Mer'ashi*, vulgo *Satjaclízádeh* dictus. — 14728. **Risálet el-tehajji**, tractatus studii assidui de literis alphabeti. Edidit Sheikh

شيخ حقّى مرحوم ١٤٧٢٩ رسالة تنزيه المصطفى المختار عمّا لم يثبت من الآثار فى الحديث لمؤلّفه الفاضل الشيخ احمد بن العجمى تأليف السنة تسع وسبعين والف اوّله الحمد لله الذى أيّد نبينا محمّدًا صلى الله عليه وسلّم بالمعجزات الظاهرات والآيات البيّنات الخ ١٤٧٣٠ رسالة جامع مهمّات الطلاب لمؤلّفه الشيخ المرحوم حقّى اسمعيل افندى المعلوم ١٤٧٣١ رسالة حكم ماء المخمصة لمؤلّفه الشيخ عبد الغنى النابلسى تأليف السنة تسع وثمانين والف اوّله الحمد لله وسلام على عباده الذين اصطفى الخ ١٤٧٣٢ رسالة حاشية عصام على الجامى لمؤلّفه محمد عصمت الشهير بحاجى چلبى ألّفه لسنة خمسين ومائة والف اوّله يا من شرح صدور العرفاء بانواره الكافية الخ ١٤٧٣٣ رسالة ربع سمّاه اسحاقيّة لمؤلّفه مشهور اسحاق خواجهسى احمد افندى البرسوى ١٤٧٣٤ رسالة رفد النضر على عقائد الخضر لمؤلّفه مشار اليه عصمت حاجى چلبى ألّفه لسنة ثلث واربعين ومائة والف اوّله الحمد لله الذى وفقنا لشرح مطالب علم العقائد الخ ١٤٧٣٥ رسالة شرح استعاره فارسى سيّد

*Hacchi* bonae memoriae. — 14729. Risálet tenzíh el-mustafá el-mukhtár, tractatus traditionarius de propheta electo et praeoptato ab iis effatis liberando, quae genuina esse non constat. Composuit Sheikh bene meritus *Ahmed Ben-elajemi* anno 1079 (inc. 1. Jun. 1668), et tractatus ita incipit: Laus Deo, qui prophetam nostrum *Mohammed*, quem Deus benedictione et salute donet, miraculis supernaturalibus manifestis et versibus perspicuis adjuvit etc. — 14730. Risálet jámi' mohimmát el-tolláb, tractatus res omnes studiosis maxime necessarias comprehendens, auctore Sheikh cognito *Hacchi Ismail Efendi* bonae memoriae. — 14731. Risálet hukm má el-makhmasat, tractatus de statuto aquae famis. Composuit Sheikh *Abd-el-ghani El-Nábulusi*, anno 1089 (inc. 13. Febr. 1678) mortuus, et tractatus ita incipit: Laus Deo et salus super ejus cultores, quos elegit etc. — 14732. Risálet háshiyet Isám ala El-Jámi, tractatus glossas *Isám-ed-dín*i ad *El-Jámi* continens, qui ita incipit: O Tu, qui pectora intelligentium luminibus Tuis sufficientibus dilatasti etc. Edidit *Mohammed Ismet*, vulgo *Háji Jelebi* dictus, anno 1150 (inc. 20. Apr. 1737). — 14733. Risálet el-rob'i', tractatus de quadrante *Is'háckiyet* i. e. „*Is'háckicus*" inscriptus, auctore *Ahmed Efendi El-Burusewi*, vulgo *Is'hác Khojasi* dicto. — 14734. Risálet el-rifd el-nadhir, tractatus doni splendidi super iis, quae de *Khidhr* credenda sunt. Composuit *Ismet Háji Jelebi* modo laudatus anno 1143 (inc. 6. Jul. 1730), et tractatus ita incipit: Laus Deo, qui nos ad quaestiones doctrinae de fidei articulis explicandas secundavit etc. — 14735. Risálet sharh El-Istiáret,

عصام لمؤلفه ايضا الفه سنة اثنى وخمسين ومائة والف اوله بهترين بيانها وشكرسپارترين سخنلرها حمد خداوند بيزوالست كه الخ ١٤٧٣٦ رسالة شرح بيت لمولانا لمؤلفه شارح الشفاء مولانا الحاج ابرهيم حنيف افندى سلمه الله ١٤٧٣٧ رسالة وصف قدم شريف فى ايوب الانصارى لمؤلفه مشار اليه الفه لسنة اربع واربعين ومائة والف اوله جواهر حمد وثنا اول سلطان سراپردهء غيب وشهنشاه عادل بى علت الخ ١٤٧٣٨ رسالة شرح حديث امّ الزرع تركى الفه سنة احدى وخمسين ومائة والف ١٤٧٣٩ رسالهء حديث اربعين لفظتين الفه سنة خمسين ومائة والف ١٤٧٤٠ رسالهء حديث اربعين فى حق رمى السهام الفه سنة اثنى وسبعين ومائة والف ١٤٧٤١ رسالة لوامع الالهام فى نقط اسماء الرسول الفه سنة خمس وخمسين ومائة والف اوله . . . ١٤٧٤٢ رسالة الراسخ فى المنسوخ ١٤٧٤٣ ورسالهء تفسير

---

tractatus commentarium in *Isám-ed-dín*i librum persicum *Istiáret* i. e. „Dictio metaphorica" continens. Composuit idem *Ismet* anno 1152 (inc. 30. Mart. 1739) hunc tractatum, qui ita incipit: Optimum expositionis, dulcissimum orationis laus est Dei aeterni, qui etc. — 14736. **Risálet sharh beit li Mewláná**, tractatus commentarium in versum Mollae nostri (*Jelál-ed-dín Rumi*) continens, auctore Molla nostro *El-Hájj Ibrahím Haníf Efendi* libri *Shefá* interprete, cui Deus salutem donet. — 14737. **Risálet wasf el-cadem el-sheríf**, tractatus descriptionem sanctissimi pedis in coenobio *Eyyúb El-Ansári* continens. Composuit Molla noster modo laudatus anno 1144 (inc. 25. Jun. 1731) hunc tractatum, qui ita incipit: Gemmae laudis et gloriae illi Sultano tabernaculi mundi invisibilis et Sháhinsháho justo, qui existentiae suae caussam nullam habet etc. — 14738. **Risálet sharh hadíth Omm el-zar'í'**, tractatus turcicus commentarium in traditionem *Omm el-zar'í'* (*El-Zar'í'*) i. e. „Mater segetis" dictam continens et ab eodem auctore anno 1151 (inc. 10. Apr. 1738) compositus. — 14739. **Risáleï hadíth arbaín laftzatèin**, tractatus de quadraginta traditionibus bina tantum verba continentibus, ab eodem anno 1150 (inc. 20. Apr. 1737) compositus. — 14740. **Risáleï hadíth arbaín**, tractatus in traditiones quadraginta de sagittis jaculandis ab eodem anno 1172 (inc. 24. Aug. 1758) compositus. — 14741. **Risálet lewámi' el-ilhám**, tractatus *Lewámi' el-ilhám* i. e. „Splendores inspirationis de nominibus legati punctis diacriticis insigniendis" inscriptus et ab eodem anno 1155 (inc. 25. Febr. 1742) compositus, qui ita incipit: . . . — 14742. **Risálet el-rásikh**, tractatus ejus, qui magnopere versatus est in cognitione versuum coranicorum et traditionum abrogatorum. — 14743. we **Risálet tefsír el-ayet**,

آيت ان الصلوة تنهى عن الفحشآء تركى الفه سنة خمسين ومائة والف وتفسير سبع سور
مهملا عربيا       ١٤٧٤٤ رسالة وصف مكة المكرمة تركى لمولفه الحاج احمد بن شيخ تاج
العارفين تأليف السنة اربع وعشر ومائة والف اوله الحمد لله الذى جعل البيت الحرام
قبلة الانام وشرفه وجعل مقصد الخاصّ والعامّ الخ       ١٤٧٤٥ رساله عقائد فى حق البيع
والشرآء تركى لمولفه حمزه افندى المفتى بدرنده الفه زمان سلطان احمد خان ثالث ورتبه
على مقدمة وثلثة ابواب وخاتمة اوله الحمد لله الذى بيّن الحلال والحرام وجعل التعليم
والتعلم كمال الانام الخ       ١٤٧٤٦ رسالة مولود النبى تركى منظوم لمولفه مصيب افندى
كاتب الديوان الفه بنام صدر اعظم محمد سعيد پاشا       ١٤٧٤٧ رساله نجوم سماه فتوح
العلائية عربى لمولفه فايض خليل الشهير بيدىقلهلى الفه لسنة سبع وعشرين ومائة والف
اوله الحمد لله الذى رفع الافلاك بغير عمد كما ترى الخ       ١٤٧٤٨ رساله معالجات علت نقرس

---

et tractatus turcicus explicationem versus coranici „Certe precatio a flagitiis refinet" continens et ab eodem anno 1150 (inc. 20. Apr. 1737) compositus. Idem commentarium in septem Suratas arabice ita scriptum edidit, ut verba punctis diacriticis carerent. — 14744. **Risálet wasf Mekka El-Mukerremet**, tractatus turcicus de descriptione urbis Mekkae augustae. Composuit *El-Hájj Ahmed Ben* Sheikh *Táj el-árifín* anno 1114 (inc. 17. Mai. 1702) hunc tractatum, qui ita incipit: Laus Deo, qui templum Mekkae sacrum locum constituit, versus quem homines (inter precandum) se converterent, honore illud nobilitavit et metam hominibus ordinum superiorum et inferiorum propositam esse voluit etc. — 14745. **Risálet el-acáid**, tractatus turcicus statuta fundamentalia de jure venditionis et emtionis continens. Composuit *Hamza Efendi* Mufti urbis Derendę tempore Sultani *Ahmed Khán III.*, et tractatum, qui ita incipit: Laus Deo, qui quod licitum et illicitum est exposuit, et docendi et discendi facultatem hominum ornamentum esse voluit etc., in praefationem, tria capita et conclusionem distribuit. — 14746. **Risálet mewlud el-nebi**, tractatus de natalibus prophetae. Carmen turcicum, quod *Mosíb Efendi* cancellariae sublimis scriba composuit et summo Weziro *Mohammed Saídpásha* obtulit. — 14747. **Risálet el-nojúm**, tractatus de astris, *El-Fotúh El-Aláiyet* i. e. „Revelationes de corporibus superioribus" inscriptus. Scripsit arabice *Fáidh Khalíl*, vulgo *Yedicullelí* dictus, anno 1127 (inc. 27. Dec. 1715), et tractatus ita incipit: Laus Deo, qui sphaeras coelestes, ut vides, sine columine erexit etc. — 14748. **Risálet moálaját illet el-nicris**, tractatus de curando

لمؤلّفه مرحوم رئيس الاطبّاء وصدر روم اسبق مولانا كاتب زاده محمد رفيع افندى اوّله لحمد لله لحكيم العليم والصلوة على من اوتى لحكمة والكتاب الكريم الخ ١٤٧٤٩ رسالهء كى سمّاه فيض الحمّا لمؤلّفه فقهى محمد افندى تأليف السنة ست وستين ومائة والف اوّله الحمد لله مشايخ الصواب والصلوة على نبيه المستطاب الخ ١٤٧٥٠ رشحات النصيح فى شرح الحديث الصحيح فى الموعظة لمؤلّفه محمد بن محمود بن شيخ احمد الشهير بدبّاغ زاده تأليف السنة مائة والف اوّله ومنه العون بحمد لله ومنه الستر بقوته وحسن توفيقه وعونه استنجد الخ وهو مجلّد كبير ١٤٧٥١ روضة القضاة فى الصكّ مجلّدين تركى لمؤلّفه مصطفى افندى بن الشيخ محمد الّفه حدود السنة ١١٢٥ اوّله . . . ١٤٧٥٢ روضة الاعجاز منظوم فى السير لمؤلّفه الشيخ عثمان دده تأليف السنة خمس وعشرين ومائة والف اوّله

بسمله وحمدله وصلوله
موجب تأليف اولور اهل دله

---

morbo arthritidis, auctore medicorum principe et pristino Rumeliae Cádhiasker Molla nostro bonae memoriae *Kátibzádeh Mohammed Refí' Efendi.* Tractatus ita incipit: Laus Deo sapienti et omniscienti, et precatio super eum, qui sapientia et libro augusto donatus est etc. — 14749. **Risálet el-keiy**, tractatus de ustione cauterio facienda, *Feidh el-hummá* i. e. „Effusio gratiae contra febrem" inscriptus. Composuit *Fic'hí Mohammed Efendi* anno 1166 (inc. 28. Oct. 1752) hunc tractatum, qui ita incipit: Laus Deo rectum diligenter observanti et precatio super ejus prophetam amabilem etc. — 14750. **Rashahát el-nasíh**, stillae monitoris fidi de explicatione traditionum verarum. Opus paraeneticum a *Mohammed Ben Mahmúd Ben* Sheikh *Ahmed*, vulgo *Debbághzádeh* dicto, anno 1100 (inc. 16. Oct. 1688) compositum, quod ita incipit: Ab eo auxilium venit per *Hamd lillah* et ab eo praesidium per ejus vim, et beneficum ejus favorem et adjumentum imploro etc. — Volumen magnum. — 14751. **Raudhat el-codhát**, viridarium judicum de actis judicialibus. Duo volumina a *Mustafá Efendi Ben* El-Sheikh *Mohammed* circa annum 1125 (inc. 17. Jan. 1713) turcice composita, quae ita incipiunt: . . . — 14752. **Raudhat el-i'jáz**, viridarium dictionis miraculosae. Carmen biographiam prophetae continens et a Sheikh *Othmán Dedeh* anno 1125 (inc. 17. Jan. 1713) compositum, quod ita incipit:

*Besmeleh* et *Hamdeleh* et *Salweleh*
Sunt conditio necessaria compositionis cordatis.

١٤٧٥٣ رياض علما في تراجم رجال تركي لمؤلفه سليمان سعد الدين بن محمد الشهير بمستقيم زاده افندى تأليف السنة اثني وخمسين ومائة والف اوله . . . ١٤٧٥٤ رياض القاسمين عربي في الفقه لمؤلفه مولانا محمد كامي افندى الشهير بادرنهلى چلبى توفي لسنة ست وثلثين ومائة والف اوله الحمد لله حق حمده والصلوة على خير خلقه الخ ١٤٧٥٥ رياض المؤمن في الاخلاق تركي لمؤلفه نقيب الاشراف مولانا سيد محمد رضا افندى القريمي تأليف السنة سبع واربعين ومائة والف اوله حمد اول خداى خالقه كه مخلوق ذاتني بلمكده قصوريته ما عرفناك حق معرفتك كافي الخ

## حرف السين

١٤٧٥٦ ساقي نامه تركي منظوم لمؤلفه على بن شيخ محمد توفي لسنة اثني وعشر ومائة والف اوله

كل اى ساقى كلكه اولوب تيز كام

---

**14753. Riyádh el-olamá**, viridaria virorum doctorum de biographiis primorum traditionum relatorum. Scripsit turcice *Soleimán Sa'd-ed-dín Ben Mohammed*, vulgo *Musteckimzádeh Efendi* dictus, anno 1152 (inc. 30. Mart. 1739), et liber ita incipit: . . . — 14754. **Riyádh el-cásimín**, viridaria distribuentium. Opus juridicum a Molla nostro *Mohammed Kámi Efendi*, vulgo *Edreneli Jelebi* dicto et anno 1136 (inc. 20. Sept. 1723) mortuo, compositum, quod ita incipit: Laus Deo talis, qualem meretur, et precatio super optimum hominum suorum creatorum etc. — 14755. **Riyádh el-mumin**, viridaria fidelis. Opus ethicum, a principe Sheriforum Molla nostro Seyyid *Mohammed Ridhá Efendi El-Chirimi* anno 1147 (inc. 23. Mai. 1734) compositum; quod ita incipit: Laus illi Deo creatori, cujus essentiam non satis cognitam esse a creatis satis declarant haec verba: Te non ita cognoscimus, ut cognosci mereris etc. —

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA SÍN INCIPIUNT.

14756. **Sácki-námeh**, liber pincernae. Carmen turcicum ab *Ali Ben* Sheikh *Mohammed*, anno 1112 (inc. 7. Jun. 1700) mortuo, compositum, quod ita incipit:

Veni, o pincerna, cum tua rosa celeriter praeterest.

تيمهسا زخم دوا اولر مدام

١٤٧٥٧ سلامة الانسان فى حفظ اللسان من اللغة الغريبة والمنكرة بالعرف لمؤلفه مولانا محمد سالم افندى بن شيخ الاسلام ميرزا مصطفى افندى تأليف السنة حدود ثلثين ومائة والف بنام داماد ابرهيم پاشا اوّله ان الزم ما يتعمّد الانسان بالايراد فى عنوان كتابه قبل تحرير ما يراد الخ ورتّبه على خاتمة واحد عشر ابواب ١٤٧٥٨ سلسله نامهء خلوتيه لمؤلفه الشيخ اسمعيل حقى المرحوم تأليف السنة حدود سبع وثلثين ومائة والف ١٤٧٥٩ سور نامه فى ختان شهزادكان سلطان احمد خان لمؤلفه سيّد حسين وهبى الشاعر المشهور تأليف السنة اثنى وثلثين ومائة والف اوّله . . . ١٤٧٦٠ سور نامه ايضا منظوم تركى لمؤلفه شيخ الشاعر تأليف السنة اثنى وثلثين ومائة والف اوّله

طلوع ايتدكده اول شمس منوّر عين دولتدر

ظهور ايتدكده ثم سايه جهان ايچره سعادتدر

١٤٧٦١ سفينة الراغب ودفينة المطالب عربى مجلّد كبير وبحث مجموع العلوم لمؤلفه فاضل

---

Si insolentia vulnera infligit, illud vinum sanationem affert. —

14757. **Selámet el-insán**, integritas hominis de lingua ab iis dictionibus praeservando, quae in lingua arabica inusitatae et reprobandae sunt. Scripsit Molla noster ***Mohammed Sálim Efendi Ben*** Sheikh el-islám ***Mirzá Mustafá Efendi*** circa annum 1130 (inc. 24. Nov. 1717), et hunc librum, qui ita incipit: Certe maxime necessarium, quod homines in titulis operum suorum proferre intendunt, antequam ad argumentum ipsum propositum progrediuntur etc., ***Dámádo Ibrahímpásha*** obtulit, et in conclusionem et undecim capita disposuit. — 14758. **Silsile-námeï Khalwetíye**, liber catenae ordinis ***Khalwetiye*** sive eorum, qui in solitudine contemplationi asceticae student. Composuit Sheikh ***Ismaïl Hacchi*** bonae memoriae circa annum 1137 (inc. 9. Sept. 1724). — 14759. **Súr-námeh**, liber festi de circumcisione filiorum Sultani ***Ahmed Khán***. Composuit Seyyid ***Hosein Wehbi*** poeta celeberrimus anno 1132 (inc. 3. Nov. 1719), et liber ita incipit: ... — 14760. **Súr-námeh**, liber similis festi circumcisionis. Carmen turcicum a Sheikh poeta ... anno 1132 (inc. 3. Nov. 1719) conditum, quod ita incipit:

Postquam sol ille illustrans ortus est, oculus est regni;

Postquam vero simul umbra apparuit, in mundo felicitas est. —

14761. **Sefínet el-rághib we Defínet el-metálib**, navis cupientis et thesaurus rerum requisitarum. Volumen magnum arabice scriptum, in quo de doctrinis omnibus

الاديب الصدر الاعظم ابى المواهب محمد راغب پاشا تأليف السنة ست وسبعين ومائة والف اوّله الحمد لله الذى بوجوب وجوده انقطع [ تسلسل ] سلسلة الحاجات الخ ۱۴۷۶۲ سرکذشت نامه ترکی منظوم لمؤلّفه اسمعيل بليغ البرسوى توفى سنة ثلث واربعين ومائة والف

۱۴۷۶۳ سير النبى ترکی لمؤلّفه مولانا مرحوم عارف عبد الباقى افندى توفى منعزلا بصدارت الروم لسنة خمس وعشرين ومائة والف اوّله ارادت حضرت مفيض الجود افاضه نور وجود ايله انارهٔ محفلکاه شهده الخ ۱۴۷۶۴ سير النبى كبير ترکی لمؤلّفه السيد محمد حاکم افندى الوقعه نويس حالا تأليف بنام مصطفى خان ثالث ورتّبه على اصول وخاتمة اوّله الحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام على رسولنا محمد وآله وصحبه اجمعين الخ

## حرف الشين

۱۴۷۶۵ شرح الاشباه والنظائر سمّاه عمدة ذوى البصائر بحلّ مهمّات الاشباه والنظائر مجاهد

quaeritur. Edidit summus Wezirus eruditione et philologiae studio clarus *Abu'lmewáhib Mohammed Rághibpásha* anno 1176 (inc. 12. Jul. 1762), et liber ita incipit: Laus Deo, cujus absoluta existentia [concatenatio] catenae indigentiarum ad finem pervenit etc. — 14762. **Sergudzesht-námeh**, liber eventorum. Carmen turcicum, auctore *Ismail Belígh El-Burusewi*, anno 1143 (inc. 6. Jul. 1730) mortuo. — 14763. **Siyer el-nebí**, vita et facta prophetae, a Molla nostro bonae memoriae *Arif Abd-el-báckí Efendi* turcice edita, qui a Wezíratu Rumeliae remotus anno 1125 (inc. 17. Jan. 1713) mortuus est. Liber ita incipit: Postquam voluntas majestatis Dei, liberalitatis effusoris, per effusionem luminis existentiae theatrum rerum creatarum illuminavit etc. — 14764. **Siyer el-nebí**, vita et facta prophetae. Magnum volumen ab El-Seyyid *Mohammed Hákim Efendi* praesenti imperii historiographo auctoritate *Mustafáe Khán III.* turcice compositum et in sectiones et conclusionem distributum, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino, et precatio et salus super legatum nostrum *Mohammed*, ejus familiam et socios universos etc. —

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA SHÍN INCIPIUNT.

14765. **Sharh El-Ashbáh we El-Netzáir**, commentarius in librum *El-Ashbáh we El-Netzáir* de iis, quae in juris quaestionibus inter se similia sunt sibique

كبير لمؤلّفه ابرهيم افندى بن حسين بن احمد المفتى بمكة المكرمة تأليف حدود السنة ست وثمانين والف وتوفى لسنة ست وتسعين والف اوّله الحمد لله الذى اعلا منار الفقهآء فى الانام الخ ١٤٧٦٦ شرح ابيات مثنوى لمولانا سمّاه مواعظ السنانية تركى لمؤلّفه سليمان سعد الدين الشهير بمستقيم افندى زاده تأليف لسنة احدى وسبعين ومائة والف ١٤٧٦٧ شرح اسمآء النبى لحنيف افندى سبق فى حرف الدال ١٤٧٦٨ شرح اسمآء الحسنى منظوم تركى لمؤلّفه السيّد محمد حاكم افندى الوقعه نويس حالاً تأليف السنة اربعْ وسبعين ومائة والفْ اوّله

اودر اول ذات پاك حىّ واله

نام ذات شريفى در الله

١٤٧٦٩ شرح انور عرفى للاصل اليونانى فى المنطق وجزئيّات للحكيم الكامل بيوأس فريانوس اليونانى لشارح محمد اسعد بن عثمان الشهير بيانيوى تأليف السنة اربع وثلثين ومائة والف اوّله

---

